clusionẽ quã in hac materia estimo magis ve
rã. Scdõ adducã oppositã opinionẽ cu3
suis motiuis ꝯtra ea3. Et tercio rñdebo ad
Cõcl'o ea. Dico igit̃ ꝑmo ꝙ eq̃litas ĩ diuĩs non ẽ
relatio realis. Quia sicut dicit doctor nr̃ in ꝑ
mo suo scꝑto dist. xxxi. q. i. ꝙ sicut cũ relatiua
mõ potẽtie coincidũt cum relatiuis mõ men
sure. idẽ iudiciũ habendũ est [illegible] vtrisq̃3. sic cũ
si͠litudo ⁊ eq̃litas coincidũt cũ idẽtitate eodẽ
mõ iudicabit̃ de vtrisq̃3. sed in diuinis coinci
dũt. ḡ eq̃litas in diuinis erit relatio ratiõis si
Instantia cut ipsa identitas. Et si dicit̃ quare ḡ poti
us trahit idẽtitas similitudinẽ ⁊ equalitate3
ad suum modũ. s. ad esse relationẽ rõis q̃3 ecõ
Solutio uerso Respõdet doctor nr̃ dicẽs. ꝙ sicut se
habet fundamentũ si͠litudĩs ⁊ eq̃litat̃ ad fũ
damẽtũ idẽtitatis. sic si͠litudo ⁊ eq̃litas se ha
bẽt ad idẽtitatẽ. Sed ĩ diuĩs fũdamentũ si͠li
tudĩs ⁊ eq̃litatis trãsit ĩ fundamentũ idẽtita
tis ⁊ nõ ecõuerso. ḡ equalitas et similitudo ĩ
diuinis non erunt relationes reales sicut nec
Alex. Au ipsa idẽtitas. Sed ꝯ ista dicta doctoris q̃
gustin. ij. q̃ dã sic ꝓcedit. Primo em̃ impugnat modum
lz. q. ij. ꝯ hũc quo doctor nr̃ declarat ꝯclusiõ3. Scdõ
Egidium arguit ꝯ ipsa3 ꝯclusionẽ. Nã cũ doctor di
cit relationẽ eq̃litatis ⁊ si͠litudĩs trãsire ĩ iden
titatem. iste distiguit de idẽtitate. Na3 idẽti/
1 tas accipitur vel vt quelibet ꝑsona. ac etiam
ipsa diuina eẽntia est eadẽ sibĳpsi. ⁊ sic nõ vi
detur dubium quin idẽtitas sit relatio ſm ra
tionẽ. sed isto modo equalitas et similitudo
non transeunt in identitatẽ. q2 nec ꝑsona ali/
qua est similis sibĳpsi. nec essentia est equa/
lis sibĳpsi. Alio modo potest accipi iden/
titas prout in essentia diuina vna persona est
eadem alteri ꝑsone. ⁊ sic similitudo et equali/
tas transire possunt in modũ identitatis. sed
vtrum talis identitas sit relatio ſm ratione3
nõ est minus dubium q̃3 vtrum similitudo
2 ⁊ equalitas sint relationes ſm rationẽ Cõ

tra ꝯclusionẽ aũt arguit sic. Quia opposite re
latões origis fũdant̃ ĩ vna eẽntia diuina. que
tñ sunt relatiões reales ⁊ realiter dñtes. non
obstãte eẽntie vnitate. ḡ relatões cões sicut
sunt similitudo ⁊ equalitas sunt relatiões re
ales. non obstante ꝙ fundantur sup vna ma/
gnitudine vel sup vna sapiẽtia aut bonitate.
Sed ꝯtra eandẽ ꝯclusionẽ arguũt quidã Alij ad
alij sic. Illud quod est in filio ex vi ꝓductio 3
nis qua a patre ꝓducit̃ necessario est reale. q2
nullum ens rationis sibi inest ex vi sue ꝓdu/
ctionis. Sed equalitas inest sibi ex vi sue ꝓ
ductionis. quia August. cõtra Maximinũ
libro. iij. ca. xviij. ait. ꝙ in diuinis pater non
ẽ maior filio. quia equalẽ sibi genuit. P̃. si 4
cut se habet magnitudo dimensiua ad equali
tatem in creaturis. sic se habet magnitudo [illegible]
fectionis ad equalitatẽ ĩ diuĩs. Sed magni
tudo ꝑma fundat equalitatẽ que ẽ relatio [illegible]
lis. cũ eq̃litas sit ꝓprietas quantitatis. ergo
⁊ scdã fundabit realẽ eq̃litatem. P̃. si illud 5
qđ minus videt̃ inesse inest. ⁊ illud qđ mag.
sed min9 videt̃ ꝙ pr̃nitas ⁊ filiatio sint relatio
nes reales stãte reali idẽtitate fundamenti q̃3
eq̃litas. q2 paternitas ⁊ filiatio nõ sunt relati
ones similiũ noĩm ⁊ eq̃pantie. nã paternitas
est relatio superpositionis. ⁊ filiatio supposi
tionis. ⁊ ꝑ ꝯsequens maiorẽ vident̃ requirere ĩ
fundamẽto distinctionẽ. vel saltẽ nõ minorẽ
ad hoc ꝙ sint relationes reales q̃3 equalitas
⁊ cetere relationes similium nominũ ⁊ equi/
parantie. P̃. ſm Anselmũ monologiõ. px 6
omnis ꝑfectio simpliciter est in deo naturalr̃.
et ꝑ ꝯseq̃ns realiter. sed equalitas est ꝑfectio
simpl'r. q2 Aug. de quãtitate aĩe. ca. vij. dicit.
Inequalitati eq̃litatẽ iure preponis. nec quis
q̃3 omino est vt opinor humano sensu predi/
tus cui illud nõ videat̃. Sed illa nõ con Cõtra
cludũt. Quia illa nõ est realis relatio cui9 esse 1
ꝯpletũ dependet ab intellectu. sed equalitas ĩ
diuinis est hmõi. quia pater nõ potest ꝯcipi
equalis filio nisi eadem magnitudo diuina
bis accipiat̃ ꝑ intellectum. puta semel in pr̃e
⁊ semel in filio P̃. Inter eadem extrema su 2
per eodẽ fundamẽto nõ pñt fundari pl'es op
positiones realium relationũ. sed inter patrẽ
⁊ filium sup eodem fundamento fundat̃ pa/
ternitas ex parte patris. ⁊ filiatio ex parte filij
ergo nulla alia relatio fundata inter ea pote/
rit esse realis. P̃. hec est differẽtia inter rela 3
tiones modo potentie ⁊ modo vnius siue mo
do numeri. ꝙ relationibus modo potẽtie fun
damenta nõ referunt̃. nec relationibus quasi

fundāt formaliter denominant̄ .sed solū ipsa
supposita. potētia em̄ generatiua sortis nō est
pater. sed ipse sortes est pater .sed relationib⁹
modo vnius siue mō numeri etiam ipsa fun
damenta pprie referunt̄. ⁊ hmōi relatiōibus
formaliter denominant̄. Non em̄ soluȝ duo
alba sunt similia. sed etiam due albedies sunt
similes. nec solū duo lapides sunt equales. sȝ
etiā ipse q̄ntitates sunt eq̄les. Cū igit̄ in diui
nis nō sint plures magnitudines q̄ relatōne
eq̄litatis ad inuicē referant̄. sequit̄ q̄ supposi
toȝ relatio mō eq̄litatis fūdata sup vna ⁊ ea
dē v̄tutis magnitudine non possit esse realis
q̄ȝ si esset realis etiaȝ ipsa fundamenta ad in
uicē realiter referrent̄ quod est impossibile. cū
Solutio Ad 1 vnū tm̄ sit fundamentū. ḡ ⁊c. Ad primū
igit̄ dōm. q̄ qualitercūq̄ accipiat̄ idētitas dū
mō sit realis idētitas. semp oportet q̄ relatio
extremoȝ sit relatio ſm rationē. q̄ȝ ī tali relati
one semp vtit̄ itellectus vno p duob⁹. al's nō
esset realis identitas. q̄ si tibi hoc est du/
biū. nobis autem de hoc nō est dubiū. q̄uis
em̄ p̄r ⁊ filı⁹ ſm habitudinē origīs duo sint
⁊ relatōibus originis realiter ad inuicem re/
ferant̄. tamē vt idē sunt diuine essentie nō sūt
duo sed vnū tm̄ idētitate seu entitate absolu/
ta diuie essentie. ideo relatio que vt sic eis cō
petit non ē magis realis q̄ȝ ea qua essentia ad
Ad 2 seipsam dicit̄ eadem. Ad secunduȝ dicen/
dum q̄ etiam supposito q̄ reales relatōes op
posite nō requirant semp distincta fundamē
ta. eo q̄ saltem in diuinis possunt fundari in
eodem fundamēto remoto. tamē omnis rea/
lis relatio requirit suoȝ extremoȝ vt extrema
sunt hmōi relationis realeȝ distinctionē. sed
q̄uis pater vt pater est. ⁊ filius vt filius sint
extrema relationū originis. nō tm̄ equalitat̄.
q̄ȝ extrema equalitatis vt extrema sunt. opor
tet q̄ quāta sint. Nūc autē ita est q̄ pater ⁊ fi
lius vt quāti aut magni sunt distincti eē non
possunt. cum eadem virtute magni sint. sed
vt pater ⁊ filius sunt. distīcti sunt realiter. er/
go q̄uis relationes originis sint reales. q̄ȝ ea
rū extrema vt extrema sunt hmōi relationuȝ
realiter distincta sunt. relatiōes tm̄ eq̄litatis ⁊
silitudīs in diuinis reales esse nō pūt. q̄ȝ eaȝ
extrema vt extrema equalitat̄ aut silitudinis
Ad 3 sūt distīcta realr̄ esse nō pūt. ḡ ⁊c. Ad terci
um dicēdū q̄ maior posset negari. q̄ȝ etiā q̄ fi
lius sit idē sibiipsi in est sibi v̄tute sue produ
ctōis. ⁊ tamē illa idētitas vt relatio est ſm ra
tionē est. Dico tamē ad minorē q̄ equalitas
quo ad suū fundamētū p generationē cōicat̄
filio. nō aūt inq̄tum est relatio. q̄ȝ vt sic eadē
magnitudo bis accipit̄. qd̄ necessario fit ab
aliquo intellectu Ad quartū dicēdū q̄ nō Ad 4
est simile. q̄ȝ magnitudines dimēsiue vt fun
dāt eq̄litatē in creaturis sunt realiter distīcte
⁊ p ɔ̄ns extrema illius equalitat̄ vt extrema
sunt realiter distincta sūt. in diuinis aūtē to/
tum oppositū est. vt iam patuit. Ad quin Ad 5
tū nego minorē. Ad probationē dico q̄ q̄uis
ī diuīs p̄nitas ⁊ filiatio in fundamēto salteȝ
remoto non requirant distinctionē. extrema
tamen sua vt extrema sunt realiter sunt distī
cta. ⁊ p ɔsequens nō videt̄ minus q̄ sint rea/
les relatiōes q̄ȝ relationes similiū noīm. quo
rum extrema vt extrema sunt realiter distīcta
in diuinis nō sunt. Ad sextū nego minorē Ad 6
quia nulla relatio est perfectio simpliciter. al's
em̄ aliqua pfectio simpliciter esset in vna per/
sona diuina que non esset in alia. Ad pbatio
nē dico q̄ equale cū sit relatiuū non dicit so/
lam equalitatē. sed implicat fūdamētū ratōe
cui⁹ pōt dicere pfectionē. ⁊ potest eē pfectius
inequali.

Quantū ad terciū Articl's 3

p̄ncipale. vtrȝ equalitas ī diuīs sit relatio rō/
nis. pȝ ɔclusio ex iā dict̄. Quia cū equalitas 1
ſm suā ppriā rationē sit ad aliq̄d. nā equale ē
equali equale. ergo equalitas erit relatio aut
ſm rē. aut ſm rationē. sed ōnsum ē ī scd̄o p̄n/
cipali q̄ eq̄litas ī diuīs nō est relatio realis. ḡ
saltē erit ibi relatio rōis. supposito q̄ ī diuīs
sit eq̄litas. iuxta illud Athanasij. Eq̄lis p̄ri
ſm diuitatē. Et idē dicit q̄ tote tres psone co
eterne sibi sunt ⁊ coequales. P̄. relationes 2
opposite existētes ī vno ⁊ īmediato sbiecto sūt
ſm rōem tm̄. q̄ȝ si essent reales. cum om̄is rea
lis oppositio includat ɔ̄dictionē. seq̄ret̄ q̄ ɔ̄/
dictoria simul verificarent̄ de eodē. Propter
qd̄ semp forme opposite quocūq̄ genere op/
positionis penes idē primū ⁊ immediatū sub
iectū mutuo se excludūt. Sȝ equalitas dicit
oppositionē relatiuā qua eq̄le eq̄li oppont̄.
⁊ ī diuīs ei r̄ndet p īmediato ⁊ p̄mo subiecto
ipsa diuīa magnitudo q̄ vna est et indiuisa.
ḡ equalitas nō erit ī diuīs relatio real'. For Instantia
dicetur q̄ maior nō est vera. quia paterni/
tas ⁊ filiatio diuina non minus respiciunt es/
sentiam diuinā vt primū ⁊ immediatuȝ sub
iectum q̄ȝ magnitudinem diuinam respiciat
ipsa equalitas. ⁊ tamen paternitas et filiatio
sunt relationes reales. R̄ndeo q̄ instātia Solutio

falsum assumit. q2 si p̄rn itas vel aliq̄ alia re/
latio originis respiceret diuinā eēntiam tan.
q̄z primū ꝛ imediatū subiectū. tunc denomia
ret diuinam essentiam. vel saltem denomina/
ret suppositum cum reduplicatione concreti
ipsius deitatis. puta vel deitas esset pater. nō
solum idētice sed etiā formaliter. vel tale sup
positum inq̄ztum deus esset pater. quoꝝ neu
trum est verum. quia ad primū sequeret̄ ꝙ di
uina essentia generaret. quod est reprobatū
supius. Ad scdm sequeret̄ ꝙ spūsscūs gene
raret. q2 q̄cq̄d ꝯuenit diuino supposito inq̄z/
tū deus ē. hoc ꝯuenit oībus tribus indr̄nter.
Un̄ q2 eq̄litas ꝛ ineq̄litas respiciunt magni
tudinē tāq̄z subiectū p̄mū ꝛ imediatū. iō vel
ipse magnitudines erunt eq̄les vel ineq̄les si
distīcte sūt. vel saltē ipsa supposita erūt eq̄lia
3 inq̄ztū eadē magnitudine magna sūt. P̄. si
equalitates in diuinis, ꝛ similitudines essent
relationes reales. tunc infinite relationes rea
les essent in diuinis. quia b̄m quodlibet attri
butum diuinū attendendo modū infinitatꝭ
sue quā trahit a diuina eēntia p̄sone dicūtur
eq̄les. Etiā b̄m pfectō3 cuiuslibet attributi p̄
sone diuine sunt similes. Cum igit̄ talia attri
buta sint infinita. ideo ꝛc̄.

Articl's 4

Quātū ad quartū

principale dico ꝙ idētitas b̄m ꝙ de ea loqui/
1 tur p̄hus. v. metaph. puta b̄m quam aliquid
est idem sibiipsi. est relatio b̄m rationē. Quia
b̄m ꝙ aliq̄d se habet ad aliud. sic aliquo mo/
do participat rationē relationis. cū ppria [illegible]
tio relationis sit ad aliud esse. sed idem com/
patum ad seip̄m nō est ad aliud nisi b̄m rati
onē. igit̄ idētitas hmōi est relatio b̄m rationē
2 P̄. relatio realis req̄rit extrema realiter di/
stincta. sed idem nō potest esse realiter distin
3 ctum a seipso. P̄. relatio dependens ab in/
tellectu est relatio rationis. sed idētitatis rela
tio est hmōi. quia b̄m p̄hm. v. metaph. cū idē
refert̄ ad seipsum. intellectus vtit̄ vno vt du
Cōtra h̄ obus. Contra tamen hanc veritatem qui
dam arguunt sic. Diuersitas ē relatio realis.
igit̄ idētitas est relatio realis. ꝯsequētia patz.
q2 opposita sunt sub eodē genere. vt patz. iiij.
metaph. Idē autē ꝛ diuersum sunt opposita
vt pz. x. metaph. Sed ens rationis ꝛ ens re
Solutio ale nō sunt sub eodem genere. ergo ꝛc̄. Ad
illud breuiter respondeo ꝙ duplex est identi
tas. Quedam absoluta. ꝛ ista est idem quod
rei vnitas. ꝛ opponit̄ diuisioni. ꝛ p̄ ꝯsequens
diuersitati nō relatiue sed p̄uatiue. ꝛ ista idē/
titas nō est determinati generis sed trāscēdē/
tis. quia in omni genere reperitur. sicut etiā ipa
diuersitas. Alia ē idētitas relatiua. puta qua
idē relatiue respicit seip̄z. ꝛ illa nō opponitur
diuersitati relatiue. quia relatiue diuersū op
ponit̄ diuerso. ꝛ idem opponit̄ eidem cū sint
relationes similiū nominū. Forte dicet ad
uersarius ꝙ q̄zuis idem ꝛ diuersum vt relati
ua sunt non opponātur relatiue saltem oppo
nūtur priuatiue. ꝛ p̄ conseqnēs erunt in eodē
genere. quia priuatio ptinet cū habitu ad idē
genus. Respondeo ꝙ vt relationes sunt n̄
opponunt̄ priuatiue nisi ratione suoꝝ funda
mentoꝝ. Dato tn̄ ꝙ sint in eodem genere. ad/
huc tn̄ nō sequitur supradicta ꝯsequētia. pu/
ta si relatio diuersitatis est realis. ꝙ idētitas
sit relatio realis. quia hoc est ppriū ipsius [illegible]
lationis ꝙ ipsa b̄m ppriam ꝛ pfectam ratōē
sui generis est cōmunis rei ꝛ rationi. hoc ē re
alibus relationibus. ꝛ b̄m rationē solummō
ad aliud se habentibus. al's nulla relatio b̄m
esse posset esse relatio b̄m rationē. cū omnis re
latio b̄m esse sit in p̄dicamento relationis. q̄d
est falsum. vt apparet de relatione dn̄i ad ser/
uū. Ad argumentū p̄ncipale dicendū ꝙ
q̄zuis magnitudo realis sit in diuīs. loquen
do de magnitudine virtutis ꝛ pfectōis. eq̄li/
tas tamē nō est relatio realis. eo ꝙ ratione idē
titatis illius magnitudinis extrema illius re
lationis vt extrema sunt. nō sunt realiter di/
stincta. vt patuit supius.

Distinctio tricesimasecunda.

Icoritur que

b stio. Postq̄z mgr̄ assignauit i di
uinis quorūdā cōiu3 appropria/
tōes. hic circa p̄dicta mouet q̄sdā dubitatōēs
Et diuidit̄ i tres ptes. Quia p̄mo mouet q̄ō
nē circa appropriatū spūsscti. Scdo circa ap
propriatū filij. Tercio p̄ modū q̄ōnis vnū isto
rū appropriatoꝝ ꝯpat alteri. Scda ibi. Pr
terea diligēter inuestigari. Tercia ibi. Pretea
diligēter notādū. Prima i duas. Nā primo
mouet hanc questionē. vtꝝ pr̄ vel filius dili
gat spūsancto. Secūdo ponit suam responsi
onē affirmatiuā ptē tenēdo. ibi. Huic questi
oni. Tūc sequit̄ illa ps. Preterea diligen/
ter inuestigari. Et diuidit̄ in quattuor ptes.
b̄m ꝙ circa appropatū filij. iiij. mouet q̄ōnes
Quarū p̄ma est. an pater sit sapiens sapiētia

genita. Scda an filius sit sapiẽs sapia geni/
ta vel ingenita. Tercia an fili⁹ sit sapiẽs seipo
Quarta vtr̄ vna tm̄ i diuis sit sapia. Secũ/
da ps incipit ibi. Post hec autez queri solet
Tercia ibi. Queri autem solet. Quarta ibi.
post hec autem queri solet vtr̄. Quelibet ista
rũ pōt diuidi in duas ptes. ẽm quod magi/
ster primo questionẽ mouet. secũdo ad que/
stionẽ respondet. Et partes patẽt. Sed il
la ps. Preterea diligẽter notãdũ. etiam diui
dit in duas. Quia primo magister tãgit que
stionis illius difficultatẽ. Secundo fatetur
se nō posse videre pp̄ter questionis excessum
et sublimitatẽ. ibi. Difficile mihi zc. Circa
istã. xxxij. dist. quero hanc questionẽ
Trũ pr̄ diligat se spũsctō. Et videt
v q̄ nō. qr sicut se hz pater ad sape sic se
hz ad diligere. sed pater nō sapit sapi
entia genita ẽm Aug. vij. de trinita. ca. ij.
nec p̄ ɔsequens sapit filio qui est sapiẽtia ge/
nita in diuinis. ergo pater nō diligit se spũsã
cto qui est amor procedens in diuinis In
ɔtrarium est btũs Aug. vi. de trini. ca. v. vbi
ait. Spũssãct⁹ ẽ caritas patr̄ z filij. quo vter/
q̄ diligit. quo genitus a gignẽte diligit. sz eo
dem amore pater diligit se quo diligit filium
ergo zc. Hic quattuor sunt vidẽda. Primo
videndũ est. vtr̄ pater z filius diligant se spi
ritusancto. z p̄ hoc patebit etiam ad illud qd̄
querit. Secundo vtrum diligant nos spi
ritusancto. Tercio vtrum pater sit sapiẽs
sapiẽtia genita. Quarto vtr̄ filius sit sapiens
sapia ingenita.

Articlus 1 Quantũ ad primũ
vtrum pater z filius diligant se spũsancto. est
aduertendũ q̄ aliqua se diligere potest intel/
ligi dupliciter. Uno mō amore mutuo. Alio
mō amore reciproco. Primo mō est sensus q̄
pr̄ diligat filiũ spũsancto. z ecōuerso filius di
ligat patrẽ. Scdo mō est sensus q̄ pater dili/
gat seipm̄. z filius diligat seipsum spũsancto
Et ẽm hoc ponam duas conclusiones affir
Cōclo 1 matiuas. Prima est q̄ pater diligit filiũ
1 spũsctō. z ecōuerso. Quia sicut ait. b. aug.
vi. de tri. c. v. Spũsscũs ẽ caritas patris et fi
lij quo vterq̄ cōiungit. quo genitus a gignẽ
2 te diligitur P. omnis diligens alium pro
prie diligit eum amore a se procedente. vt ait
Hugo in quadã ep̄la ad sctm̄ Bern. sed spi/
ritussanctus est amor pcedens a patre z filio
3 vt supius patuit. ergo zc. P. in eadez ep̄la

ait Hugo. si spũssanctus diceret amor cordis
tui sicut dicit amor patris z filij. quis negare
posset te spũsancto diligere. P. amore per/ 4
fecto amatur ille in quem hm̄oi amor proce/
dit ab eo a quo procedit. sed spiritussanct⁹ vt
amor pfectus procedit a patre in filiũ z econ
uerso. ergo zc. Sed ɔtrariũ illius tenuit que Opi. 3ria
daz opinio dicẽs hm̄oi ppositiones esse sim
plr̄ falsas. Dicunt etiam Aug. tales ppositi
ones retractasse i suo libr̄. cũ in suo primo li. re
tractationũ retractat illam. pater est sapiens
sapiẽtia genita Motiua istius opinionis
poterant esse illa. Pater non est sapiens sa 1
pientia genita. ergo nō est diligens amore p
cedente seu producto. nec p̄ consequens spiri
tusancto. ɔsequẽtia patet. Añcedẽs ponit au
gust. i. retractationũ. z. v. de trinitate. ca. vij.
P. diligere dei et velle dei idem est quod es 2
se dei. sed pater z filius non sunt spũssanct⁹.
ergo non diligunt spiritusancto. P. si dili 3
gerent se spũsancto. tunc aliquid esset in eis p
spũmsanctuz seu a spiritusancto. ɔsequẽs est
falsum. ɔsequẽtia patet. quia ablatiuus ipor/
tat habitudinem causalẽ. P. Aug. vij. de 4
trini. ca. v. arguit sic. Si pater esset sapiẽs sa/
pientia genita. tunc pater esset filio. sic in pro
posito. Sed illa opinio est ɔtra veritatez Cōtra opi
z ɔtra manifestã intentionẽ sanctor̄. vt patet nionẽ
p multas auctoritates magistr̄ adductas 1
in illa dist. xxxij. Nec August. hm̄oi ppositi
ones retractauit. qr nō est modus Augu. ali
quid retractare in suo simili. sed in ppria for
ma retractat que vult retractare P. de libro 2
retractationũ remittit ad que dixerat in li
bro d̃ trini. Sed. xv. de trini. ca. vij. dicit hãc
esse falsam. Pater sapit sapientia genita. Et
eodẽ libro ca. xix. dicit hanc esse veraz. Pater
diligit filium z filius patrez spũsancto. ergo
zc. Ad primũ nego consequentiam. Naz Solutio
pp̄ter aliam z aliam habitudinez que concer Ad 1
nũt inter sapere seu intelligere z diligere potest
aliquid ɔcedi de vno z negari de alio. Naz sa
pere significat motum rei ad animã. diligere
ṽo significat motũ anime ad res. ideo q̄uis
ẽm actum amoris anima possit denominari
p̄ illud quod ab ea procedit. tamẽ hoc nō fit
ẽm actum sapiẽtie nisi cum aliquali determi
natiōe. Propter hoc licet hec absolute sit ve
ra. pater diligit filiũ spũsctō q̄ p̄ modũ amor̄
pcedit. tñ nō intelligit spũsctm̄ vel seipsum
filio. qui p̄ modũ sapiẽtie z intellect⁹ pcedit.
q̄uis possit concedi q̄ intelligit se in filio.
Ad secundũ dicendũ q̄ q̄uis in deo esse Ad 2

⁊ diligere sint idē realr̄. dr̄nt tn̄ rōne ⁊ habitu
dine. ꝓpter qđ aliqđ ꝓcedit de vno qđ nō ꝓce
Ad 3 dit de alio. Ad terciū dōm ꝙ pr̄ ⁊ filiꝰ non
dicunt diligere spūsctō tanꝙ forma q̄ sit eis
⁊ ꝑncipiū diligēdi seu dilectōis. sed tanꝙ
ꝯstituto seu ꝓducto actionē. et iō ille ablati
Ad 4 uus nō tenet cāliter. Ad q̄rtū pꝫ ꝑ ea q̄ di
Cōclo 2 cta sūt ad primū. Scđa ꝯclusio est hec. ꝙ
1 pr̄ diligit se spūsctō. Quia sicut se hꝫ v̄bū ad
dicere. ita se hēt amor ꝓcedēs ad diligere. sed
pr̄ dicit se v̄bo. ḡ diligit se amore seu spūsctō.
2 P̄. eodē amore pater diligit filiū ⁊ seipm̄.
sed vt iā patuit diligit filiū spūsancto. ergo et
seipm̄ diliget spūsancto.

Artic's 2 Et per hec eadē me
dia pꝫ qđ sit dōm ad scđm articulū qōnis.
Nā sicut pater eodē verbo q̄ dicit se dicit etiā
oīa alia. sic pater ⁊ filius eodē amore. s. spūsā
cto quo diligūt se: diligūt etiam nos ⁊ oīa
alia a se.

Artic's 3 Quantū ad terciū
articulū dico. ꝙ pater nō dꝫ dici sapiēs sapiā
genita. Rō q̄ ad hoc pꝫ ꝑ ea q̄ dicta sūt ī solu
tōe ꝑmi argumēti ꝓcedētis opinionis. Nā il
lo ē aliqs sapiēs q̄ intelligit. sed pr̄ nō intelli
git sapiā genita. s. filio. ergo nō est sapiens sa
pientia genita.

Artic's 4 Quātū ad quartū
articulū. vtrū filius sit sapiēs sapiā ingenita.
dico ꝙ si ꝑ ingenitā sapiam intelligat ꝑsona
patris. tunc illud quod petit pōt hr̄e dupli
cē intellectum. Unū ꝙ filius sit sapiens sa
piētia ingenita tanꝙ forma sua. Alium ꝙ
sit sapiēs ingenita sapiā tanꝙ ꝓductiuo suo.
Primꝰ intellectus est falsus. Quia simplr̄
simplex a sua forma differre nō pōt. sꝫ filiꝰ rea
liter differt a sapiā ingenita. s. a pr̄e. Sed
1 scđs intellectꝰ ē verꝰ. qꝛ filiꝰ ē ꝓductus a sapiā
ingenita. ḡ est sapiēs sapiētia ingenita. ꝟm ꝙ
2 aliquid dicit tale suo productiuo. P̄. in di
uīs ꝟm. b. Aug. idem est esse ⁊ sapere. sed fili
us est patre seu sapiētia ingenita tanꝙ ꝓdu
ctiuo. ergo vt sic filius sapit sapientia ingeni
ta. hoc est dictum ꝙ filius habet esse ⁊ sapere
a patre. qui pater est ipsa sapiētia ingenita.
Et qꝛ doctor noster iuxta ea q̄ ponit in pri
mo articulo habet ponere amorē productum.
se habentē vt aliquid constitutū in diuinis.

habet etiā ponere iuxta illa sua dicta ⁊ aliqua
supius posita duplicē amorē. s. amorē essenti
alem qui est ꝯmunis tribus. ⁊ amorē ꝑsona
lem qui est ipse spūssanctus. Quoꝝ ꝯtrariū
ꝑ ordinē ponit quidā doctor. Primo igit
recitabo dicta ipsius. Scđo r̄ndebo ad ea.
Dicit ḡ ille doctor primo ꝙ nullꝰ amor pro Auctor
ducit in diuinis. Quia q̄ncunꝙ aliqua sunt 1
idē ꝟm rem ⁊ ꝟm rationē. si vnū non attingit
ꝑ realem productionē nec reliquū. sed eēntia
diuinis est idē quod amor ꝟm ⁊ ꝟm rati
onē. ⁊ eēntia nō producit. vt patet ex determi
natione ꝯcilij. ergo nec amor. P̄. nulla rea 2
litas que est in filio capit esse productionem
nisi ꝓprietas ꝑsonalis filij. ⁊ eodē mō de spū
sancto. sed intellectio infinita nō est idē quod
filiatio ⁊ amor infinitus nō est idē quod pro
cessio q̄ sunt ꝓprietates ꝑsonales v̄bi ⁊ spūs
sancti. ḡ nō potest catholice ꝯcedi ꝙ ī filio sit
aliqua sapiā actualis producta: aut aliquis
amor productus in spūsācto. Scđo dicit Idem
idē doctor ꝙ ī diuis nō p̄nt poni duo amores
aut due sapie. quoꝝ vnꝰ sit eēntialis ⁊ aliꝰ ꝑ
sonalis. Quia impossibile ē ponere duas dei 1
tates quaꝝ vna sit eēntialis ⁊ alia ꝑsonal'. sed
amor ⁊ sapiētia sunt ꝑfectiones. ⁊ ꝑ ꝯñs non
sunt aliud ꝙ deitas. ergo ⁊c̄. Et ꝯfirmat. Cōfirma
Nā cū amor in diuinis sit formaliter infini
tus. ⁊ sapiā formalit sit infinita nec amor nec
sapiā poterunt multiplicari. P̄. si in diuīs 2
ponunt duo amores. vnus eēntialis. ⁊ alius
subsistens. aut in spūsancto est solus amor
subsistens sine essentiali. aut subsistens cum
essentiali distinctus realiter ⁊ formaliter. aut
distinctus formaliter et nō realiter. aut indi
stinctus ⁊ ratione. Nō primū. qꝛ error est
ponere amorē essentialē nō esse in spūsancto.
Nec secundum. quia tunc spūssanctus esset
amans duplici realitate. cuꝫ amores illi sint
beatifici ⁊ infiniti. ipse essꝫ duplici realitate be
atus ⁊ infinitus. ⁊ sic esset beatior pr̄e ⁊ infini
tior pr̄e. Nec terciū. qꝛ saltē formaliter eēt in
finitior et beatior patre. Nec quartum. quia
amor essentialis nō est subsistēs. nec ꝓductꝰ
nec ꝓprius vni ꝑsone. quoꝝ oppositū verifi
caret de alio amore si daretur ⁊ ꝑ consequens
nō possent esse indistincti re ⁊ ratōe. Sed Cōtra
qꝛ ille ad moduꝫ Golye gladium proprium eū
defert ad certamen quo poterit prosterni. ideo
dimissis opinionibꝫ ⁊ multoꝝ sanctoꝝ aucti
bus quibus diuīs asserit tam sapientia ꝙ
amor eēntialis. ac etiā sapiētia ⁊ amor ꝑsona
lis. necnon sapiētia genita ⁊ ingenita ⁊ amor

productus ⁊ improductus. solū adducā cōtra eū ꝓpria sua dicta que ille doctor ponit ī eadē qōne. ī qua ex intētione format ratōnes supradictas. Dicit eīm ꝙ ī deo sint due sapiētie. Una quidē formalis. que est omnis tribꝫ. ⁊ ē ꝑfectio simplr̄. et nō est aliud ꝙ̄ deitas ꝓut sibi sunt oīa in ꝓspectu tāꝙ̄ apta ⁊ nuda. Alia ē sapiā obiectiua q̄ nō est perfectio simplr̄. sed est ipm̄ verbū claudēs ī se deitatem cum proprietate indistincta ab ea. Et silr̄ dicit ꝙ ē duplex amor. Unus quidē formalis qui est ꝑfectio simplr̄. Alius xo ꝓcessiuus. qui nō est aliud ꝙ̄ spūs amātis seu vinculū. cōio vel nexus. Et quia illa dicta clare ɔtradicūt ɔclusionibus ductis ɔtra doctorē nostꝝ. ⁊ quattuor rationibꝫ quas ex dictis illius doctoris adduxi. imo quasi ꝑ singula verba rationes ille possunt duci ɔtra vltima sua dicta. ⁊ dicta ɔtra rationes. igitꝭ non teneret r̄ndere ad eas. gratia tamē exercitij ad eas

Solutio Ad 1 Ad p̄mū ergo dico ad minorē ꝙ ꝙ̄uis eēntia diuina sit idē quod amor productus qui est spūssanctus realiter. dr̄it tamē rōne. q̄ꝛ cū ꝑsona in sua formali ratione formaliter includat proprietatē quā formaliter nō includit essentia ī sua formali ratione. patet ꝙ dr̄īt ratione. ⁊ ꝑ ɔsequēs mīor illa ē simplr̄ falsa. Nā a quocūꝙ̄ inclusū differt ratione ab eodeꝫ includēs differt ratione. sed ꝑsonalis ꝓprietas q̄ includitꝭ ī diuīa ꝑsona differt ratōe a diuīa eēntia cū eēntia ẜm suā formalē rōem sit ad se ⁊ ꝓprietas relatiua sit ad aliud. ergo persona puta amor ꝓductꝰ seu spūsscūs includens talē ꝓprietatē ad minus ẜm rationē differt a diuina eēntia. cuiꝰ oppositū dicebatꝭ ī ꝑdicta minori.

Ad 2 Ad scdm̄ dicēdū ꝙ ꝙ̄uis eēntia filio cōicetꝭ ⁊ sola ꝓprietas producatꝭ. tn̄ illa est vera ꝙ totus filius est genitus ⁊ productus. ⁊ ꝑ ɔsequēs sapiētia ꝑsonaliter sumpta potest dici genita. ⁊ eodem modo de amore ⁊ spiritusācto.

Ad p̄maʒ scd̄e positionis. Ad p̄mā rationē alterius sue positionis dicendū ꝙ ꝙ̄uis amor ꝑsonalis nō sit aliud realiter ꝙ̄ deitas sicut nec ipsa ꝑsona. tamē sicut ꝑsona potest dici producta ratione proprietatis quā formaliter includit que vere est producta. sic ⁊ ipse amor.

Ad cōfirmatōem Ad ɔfirmatōeꝫ dicēdū ꝙ amor ꝑsonalis de quo nos loq̄mur est eo mō infinitus quo quelibet diuina ꝑsona ē infinita puta infinitate diuine essentie. ⁊ sicut nō obstante ꝙ ꝑsona filij vel spūssancti est infinita tamen est producta. sic ⁊ talꝭ amor est productus ꝙ̄uis sit infinitus. ⁊ ꝑ ɔseq̄ns ẜm rationē differēs ab amore eēntiali. igitꝭ vt sic poterit multiplicari.

Ad scdm̄ dicendū ꝙ vterꝙ̄ amor est in spūsancto indistinctꝰ realiter. distinctus tn̄ ẜm rōem. vt supius dixi. Ad 2

Ad argumentū p̄ncipale dicēdū ꝙ nō est simile qd̄ in maiori sumitꝭ ꝑ simili de sapere et diligere. quia ẜm dicta sanctoꝝ sape in diuīs tm̄mmodo sumitꝭ essentialiter. Propter hoc dicit Aug. vij. de trini. ca. v. ꝙ si pater esset sapiens sapiētia genita. cū sapere sit ideꝫ quod eē pater esset filio. sed diligere non solum sumitꝭ eēntialiter. verūetiā notionaliter. ⁊c̄. Ad p̄ncipale argumentū.

Distinctio tricesimatercia.

Post supradi

cta ⁊c̄. Postꝙ̄ mgr̄ a distinctione scd̄a vsꝙ̄ huc tractauit de eēntia diuīa. ꝑsonis. ac ꝓprietatibꝫ. h̄ insistit eoꝝ ad inuicē ɔparationibꝫ. Et diuiditꝭ ī duas ptes. Quia p̄mo ɔpat ꝓprietates ad ꝑsonas ⁊ ad eēntiam. inquirēdo eoꝝ ab inuicē dr̄ntiam. Scd̄o ꝑcise compat ꝑsonas ad eēntiam. dist. xxxiiij. ibi. Predictꝭ est adijciendū. Prima ī duas. Nā p̄mo hic ponitꝭ veritatis determinatio. Scd̄o ɔ̄ria argumētatio. ibi. Hoc sūt negāt. Prima ī duas. Nā p̄mo mgr̄ ondit ꝓprietatē ꝑsonalē esse idē realiter diuine ꝑsone. Secūdo ostēdit eandē proprietatē esse idē realiter diuine essentie. ibi. Q, enī ꝓprietas. Sequitꝭ illa ps. Hoc autē negant. Et diuiditꝭ in duas ptes. Nā primo arguit ɔ̄ istā dictā veritatē ratione. Scd̄o auctoritate. ibi. Uerūtn̄ nondū ⁊c̄. Prima in duas. Nā primo arguit ex dictis quorūdā doctoꝝ. Scd̄o ex dictꝭ hereticoꝝ. ibi. Ceteꝝ hereticoꝝ. Prima in duas. Nam primo ponit Gilberti porretani arguitionē. Secundo mgr̄ interponit suā responsionem. ibi. Eoꝝ doctrinis nouis.

Sequitꝭ illa ps. Ceteꝝ hereticoꝝ. Et diuiditꝭ ī tres ptes. Nā p̄mo mgr̄ ī argumētꝭ hereticoꝝ asserit eē fraudulētiā ⁊ calliditatē. Secūdo r̄ndet eoꝝ argumētꝭ iuxta catholicā ṽitatē. Tercio ondit ex r̄nsiōe sua oriri q̄ndā intelligibilē difficultatē. Scd̄a ibi. q̄rū audacie. Tercia ibi. Sꝫ forte q̄res. Seq̄tꝭ illa ps. Uerūtn̄ nōdū. Et diuiditꝭ ī duas ẜm ꝙ ɔ̄ ꝑdictā ṽitatē arguitꝭ ꝑ duas auctes. Scd̄a ibi. Iteꝫ illꝭ ṽbis. Quelibꝫ illaꝝ diuiditꝭ ī duas Quia p̄mo ꝑ auctē opponit Scd̄o soluit. ⁊ ptes patēt. Circa istā. xxxiij. dist. quero.

Trū ꝓprietas relatiua ī diuīs realiter differat ab essentia. Et videtur ꝙ sic. q̄ꝛ que differūt q̄dditatiue differt

entitatiue. ꝫ ꝑ ɔñs realr. ſꝫ ꝓprietas ꝛ eēntia in diuis dr̃nt q̈dditatiue. cū ſint diuerſoꝝ generꝝ. ğ ꝛc. Cōtra. cū ſūma ſimplicitate nullaten⁹ pōt eē realis drña i eodē ſuppoſito. ſꝫ ꝑſona diuīa vt ħ pꝫ ēeq ſimplex ſic eēntia. ꝛ ꝑ ɔñs eſt ſumme ſimplex. ğ ꝑſona ɔſtat ex eēntia diuīa ꝛ ꝓprietate. ğ ꝓprietas ꝛ eēntia nullo mō poterūt realr̄ differre. Hic ſūt q̈ttuor videda. Pmo de eo qđ qđ q̄rit. Scđo vtꝝ ꝓprietas relatiua realr̄ differat a ꝑſona diuīa. Tercio vtꝝ ꝓprietates diuie ſint i eēntia ꝛ i ꝑſonis. Quarto vtꝝ nō obſtāte ꝙ ꝓprietates diuine differāt ab eēntia diuīa ſola ratione poſſimus ſaluare ꝙ ꝓprietates inter ſe realiter differant. ꝛ ꝑſonas faciant realiter differre.

Articl's 1 **Quātuz ad primuz** vtꝝ ꝓprietas relatiua i diuinis realr̄ differat ab eēntia. ſic procedaꝫ. Ponā em̄ duas ɔcluſiones quas reputo veriores. ꝛ dictis ſanctorum magis cōformes ꝛ recitabo oppoſitaruꝫ opinionū motiua. ꝛ reſpōdebo ad ea. Prima ɔcluſio erit affirmatiua. Scđa erit negatiua.

Cōcl'o 1 Prima ɔcluſio eſt. ꝙ ꝓprietas relatiua a diuīa eēntia differt ꝭm ratiōnē q̈dditatiuā.

1 Quia rationes formaliter includētes talia que ɔtradictorie mutuo ſe excludūt neceſſario differūt. ſed rationes diuine eēntie et ꝓprietatis relatiue ſunt hmōi. ergo ꝛc. Maior patet. ꝓbo minorē. quia ratio diuine eſſentie includit eſſe ad ſe ꝛ nō ad aliud. ſed ratio relatiue ꝓprietatis includit eē ad aliud et non eē ad ſe.

2 P. fundamentū differt ratione ab eo cui⁹ eſt fundamentū. quia alia eſt ratio fūdātis. ꝛ alia fundati. ſed diuina eēntia eſt fundamentū omniū propuetatū relatiuaꝝ. ergo ꝛc.

3 P. qcūq; ſic ſe habent ꝙ ꝭm noſtrū modū intelligendi vnū alteꝝ ꝓſuppōit illa neceſſario differūt ratione. quia alia eſt ratio ꝓſupponētis. ꝛ alia ꝓſuppoſiti. nūq; em̄ ideꝫ ꝭm eandem ratiōnē ſumptum ꝓſupponit ſeipm. ſed ꝭm noſtrū modū intelligēdi ꝓprietas relatiua ꝓſupponit eēntiam. ergo ꝛc.

Aureol' 3 Sed ɔtra iſtā ɔcluſionē eſt quidā doctor qui circa iſtā xxxiij. diſtinctionē dicit. ꝙ relatio in diuinis non ſolum nō differt ab eſſentia realiter ꝛ formaliter. ſed nec ꝭm rationeꝫ differt ab ea. Et iſtud hic nō probat. quia dicit ſe hoc probaſſe diſtinctōe. i. q. i. articulo. ij. ſui ſcripti. vbi cum ipſum ex intētione perlegerē. non inueni ad iſtud ſuum propoſitū niſi hanc ɔſequentiam. Si relatio in diuinis ratione differret ab eēntia. tunc ꝑſona diuina aliquo modo eſſet cōpoſita ꝛ nō omino ſimplex. Et ex dictis ſuis pōt probari ɔñtia. et falſitas ɔſequētis.

Probatio ɔñtie. Probat̄ ɔñtia ſic. Cui⁹ ɔſtituētia drñt ratione ipm ɔſtitutū eſt ɔpoſitū ſaltē ꝭm rōem. qꝛ trāſitus in idētitatē alicui⁹ nō tollit cōpoſitionē niſi illius generꝭ ꝭm ꝙ trāſit. puta ſi trāſit realiter tollit̄ compoſitio realis. ſi formalit̄ tollit̄ cōpoſitio formalis. Si ergo relatio trāſit ꝭm eē ꝛ ꝭm rem. et manet ɔdiſtincta eēntie ꝭm rationeꝫ. igitur ex tali trāſitu non tollitur omnis compoſitio. qꝛ manet ɔpoſitio ꝭm rationē.

Probat̄ falſitas ɔſequētis. Falſitatē ɔñtis poſſumus ꝓbare q̈nq; modis.

1 Pmo ſic. Qui dicit omne nihil excipit. ſed determinatio ɔcilij extra de ſū. trini. ꝛ fi. catho. c. firmiter credimus. dicit ſimplex omino. ergo nullus modus compoſitionis nec realis nec formalis nec rationis ponēdus ē i deo.

2 Scđo ſic. Ois ꝑfectio ſimplr̄ i ſummo ponēda eſt i deo. ſed ſimplicitas ē ꝑfectio ſimplr̄. qꝛ in vnoquoq; melius ē eē ſimplex q̄ꝫ non ſimplex. ergo infinita ſimplicitas erit in qualibet diuina ꝑſona. ſed non eſſet ibi ſumma vel infinita ſimplicitas ſi eſſet aliqua compoſitio rei vel rationis.

3 Tercio ſic. vbicūq; eſt compoſitio conceptuū ibi alter cōceptuū eſt ꝑfectibilis ꝑ alteꝝ tanq̄ꝫ ꝑ ſui ꝑfectionē. vt conceptus aīalis ꝑ conceptū rōnalis. ꝛ vniuerſaliter vbicūq; ē ɔpoſitio ibi vnū cōponibiliū eſt i potētia ad alteꝝ. ꝛ qꝛ potentia imꝑfectionē dicit. ğ vbi ē compoſitio ꝭm rationē ibi eſt imꝑfectio illius generis. ꝛ ꝑ conſequēs talis compoſitio in ꝑſona diuina que ē ꝑfectiſſima poni nō poteſt.

4 Quarto ſic. deus eſt quo maius vel melius cogitari nō poteſt. ꝭm Anſel. proſologion ca. ij. Sed deus cogitatur melior ſi cogitat̄ omino ſimplex re ꝛ ratione. quia vt ſic magis attribuit̄ ſibi perfectio ſimplicitatis in ſummo q̄ꝫ ſi cogitatur ſimplex re. cōpoſitus vero ratione.

5 Quinto ſic. Anſelmus de incarnatione verbi. ca. v. ait. Si eſſet aliquid quod nec actu nec intellectu diſſolui poſſet. maius eſſet q̄ꝫ quod intellectu diſſolubile eſſet. itaq; ſi omne compoſitum ſaltem cogitatione diſſolui poteſt. qui dicit deum eſſe compoſituꝫ dicit aliquid maius deo ſe poſſe intelligere. trāſit ergo eius intellectus vltra deuꝫ. quod nulli⁹ pōt facere intellectus. Et ꝑ hanc auctoritateꝫ ɔcludit ille doctor dicens. ꝙ hec auctoritas adaptatione non indiget. cum ꝓpoſitum contineat euidēter.

Cōtra aureolū. Sꝫ iſtā opiniōꝫ reputo valde diſſonā

1 ꝛ difformē a veritate ꝛ a dictis sctōꝝ. Quia si
relatio diuina nec re nec ratōne distingueretur
ab eēntia. tūc nō magis maneret in diuis ge/
nus relationis q̄ꝫ quantitatis vel qualitatis.
ꝛ sic de alijs. ꝯsequēs ē falsū. ꝛ expsse ꝯtra bo
etium in li. de trini. pbo ꝯsequētiam. qꝛ ꝑ tāto
cetera p̄dicamēta a relatōe nō ꝯnumerāt͛ sube
ī diuinis. qꝛ si diuina eēntia pfecte diffiniret͛
ratio illa comp̄hēderet omne absolutū ī diui
nis. ꝛ ideo realiter absoluta ī diuis transeūt ī
diuinā essentiā ꝫm rem ꝛ ꝫm rationē. Si igi
tur relatio transiret ꝫm rem ꝛ ꝫm rationē non
appareret quomō magis genus relatōis ma
2 neret ī diuis q̄ꝫ genera absolutoꝝ. P̄. si pa
ternitas ꝛ filiatio ī diuis trāsirēt ī diuinā sb/
stātiā ꝫm rē ꝛ ꝫm rationē sicut cetera absoluta
tūc esse patrē vel esse filiū diceret͛ ꝫm subam.
sicut esse magnū vel esse sapientē. quod tamē
expresse negat Aug. q̄. de trini. c. v. Itē. v.
de trini. ca. i. ait. ꝙ deus est sine quātitate ma/
gnus ꝛ sine qualitate bonus. nūq̄ꝫ tn̄ inueni/
tur ꝙ sit sine relatione pater. Ex his igit͛ et
multis ꝯsimilibus apte colligit͛. ꝙ relatio ma
net in diuinis essentie cō distincta magis q̄ꝫ
cetera absoluta. sed nō manet ꝫm reꝫ. vt tu eti
Solutio am dicis. ergo manebit ꝫm rationē. Ad ra
tionē in ꝯtrariū dico ꝙ si loqueris de simpli
citate reali. tūc nego ꝯsequētiā. Si aūt loque
ris de simplicitate ratōis. ita ꝙ hoc solum di
cat͛ omino simplex qd̄ tm̄modo est ꝯceptibi/
le vnica rōne. tūc ꝯcedo ꝯn̄tiā. sed nego falsi/
tatē ꝯn̄tis. qꝛ diuina psona pōt ꝯcipi vt sub/
stātia verissima ratione eēntie. vt sic ꝯcipit͛
ad se. ꝛ potest ꝯcipi vt verissimū relatiuū rati
one relationis qua tēdit ad aliud. ꝛ vt sic cōci
pit͛ ad aliud ꝛ nō ad se. ratione quoꝝ ꝯceptu
um eidē psone competūt due rationes forma
liter ꝯdistincte. ꝫm aliquid ꝛ ad aliq̄d sui. pu
Ad pbati ta ꝫm eēntiā ꝛ relatiōꝫ. Ad pbatōꝫ p̄mā di
onē falsita cēdū. ꝙ diligēter attēdēdo ꝟba illi⁹ decretalis
tis ꝯn̄tꝫ p̄/ tūc illō simplex oīno qd̄ tu assumis de psona
mā. decretalis exp̄mit de essentia diuina. Ista nā
q̄ꝫ sūt ꝟba ad l̄ram illius decretalis. Firmiter
credimus ꝛ simpl͛r cōfitemur ꝙ vnus ē solus
verus deus. etern⁹. immēsus ꝛ incōmutabil͛.
oīpotēs. ineffabil͛ ꝛ incomp̄hēsibil͛. pr̄ ꝛ fili⁹ ꝛ
spūssctūs. tres q̄dē psone sꝫ vna eēntia sba siue
natura simplex oīno. Et iō decretal͛ quā adduc͛
nō est ꝯtra me. quia de plano concedo ꝙ diui
na eēntia. substātia siue natura est simplex et
indistincta re ꝛ ratione. q̄ꝫuis relatio diuia sit
Ad 2 ab essentia distincta ratione. Ad scd̄am di
cendū. ꝙ simplicitas in summo est ponēda in
deo inq̄ꝫtum tollit omnē diuersitatē reꝝ realē
compositionē facientiū. qꝛ vt sic dicit pfectio
nem. nō aūt inq̄ꝫtum tollit distinctionē ratio
nū. talis em̄ simplicitas est impossibilis ī di/
uinis. quia ad ipsā sequit͛ ꝯfusio psonarum.
Nā si paternitas ī diuis esset oīno indisticta
re ꝛ ratione ab eēntia. tūc nō magis sibi ꝯpe/
teret oppositio ad filiationem q̄ꝫ ipsi essentie.
ꝛ ꝑ ꝯsequens nō magis distingueret patrē a
filio q̄ꝫ ipa essentia. ꝑpter quod omnes diuie
psone eēnt indistincte. cū ratione eēntie nullā
haberent distinctionē. Etiam minor cum
sua pbatione posset negari. qꝛ ī tota spera acti
uoꝝ ꝛ passiuoꝝ hoc vniuersalit͛ videm⁹ ꝙ q̄n
to res est cōpositior tāto est pfectior. ꝛ quan/
to ē simplicior tāto impfectior. quod ptꝫ pro
cedēdo a simplici elemēto vsq̄ꝫ ad corpus mi
xtum. a mixto ad vegetatiuū. a vegetatiuo
ad sensitiuū. a sensitiuo ad intellectiuū. pu/
ta ad hominē. qui tā ex pte forme q̄ꝫ etiam ex
pte materie videt͛ esse ꝯpositior. cū forma sua
plures requirat potētias ꝛ in materia sua sint
plures dispositōes ꝛ organa. Ad terciā di Ad 3
cēdū ꝙ maior sic vl͛r sumpta nō ē vera. qꝛ q̄n
taliū ꝯceptuū est ꝯiūctio quibꝫ ex pte rei nul
la respondet realis distinctio. tunc nec vnus
ꝑprie pficit͛ ꝑ alteꝝ. nec vnus est in potentia
ad alterum. potentialitas em̄ vnius ꝯceptus
ad alterum psupponit ex parte rei aliquā po/
tentialitatē. quā totaliter negamus in diuis.
Et ideo distinctio rationū quā ponimus in
diuinis nullā penitus ibi arguit impfectōeꝫ
Ad quartā nego minorē cū sua pbatiōe. Ad 4
maxime loquēdo de tali ꝯpositiōe ratiōis. cui
nullo mō ex pte rei corrn̄det cōpositō. Ad Ad 5
quintā dicēdū ꝙ illa ꝟba Ansel. possūt intel/
ligi de compōe sube cū accidētibꝫ sepabilibꝫ.
ꝛ de compōne eiusdē sube cū accidētibꝫ insepa
bilibꝫ. qꝛ p̄ma dicunt͛ dissolubilia actu. puta
sortes ꝛ albedo. alia ꝟo dicūt͛ dissolubilia co/
gitatiōe ꝛ ītellectu. sic coru⁹ ꝛ nigredo. cign⁹ ꝛ
albedo. vel hō ꝛ risibile. vl͛ corp⁹ d̄ p̄dicamēto
sube. ꝛ trina dimensio q̄ntitatis. ꝛ qꝛ oīs illo
rum dissolutio p̄supponit realē cōpositōem.
ideo maius ꝛ melius est quod isto modo nec
actu nec cogitatōe dissolubile est. Talis autē
dissolutio locum in diuinis nō habet. Sꝫ Cōclo 2
conclusio negatiua quā promisi est illa ꝙ ꝑ
prietas relatiua ī diuis nō differt realiter a di
uina eēntia. Et ꝑ illa ꝯclusiōe possent esse q̄si 1
oīa quibꝫ p̄dictus doctor nitit͛ improbare
distinctionē rationis ī diuis. P̄. si relatio 2
ī diuinis ꝛ essentia differrēt realiter. tunc hec

p̄dicatio eēt falsa. pater est eēntia. quaꝫ tn̄. b.
Aug. sepius ponit. vij. de trini. Patet etiā fal
sitas eiusdē ꝯn̄tis p eundē. xv. de trini. ca. vij.
vbi ait. Simplex habens ē om̄e illud qđ hꝫ.
sed ſm eundē Aug. ꝑsona diuina ē eque sim
plex sicut eēntia. Cōsequētiā ꝓbo. qꝛ ps non
p̄dicat̄ ꝺ toto. sed eēntia esset ps realis ipsius
ꝑsone. qꝛ ꝑsona complecteret̄ duas res disti
3 ctas. puta eēntiā ꝛ relationē. P̄. ſm Ansel.
in diuis om̄ia sunt idē vbi nō obuiat relatio
nis oppositio. sed inter nullā diuinā relatōeꝫ
4 ꝛ eēntiā ē oppositio. ḡ ꝛc̄. P̄. om̄e qđ ē. aut
est creatura aut creatrix essentia. sed relatio di
uina nō est creatura. ḡ nō potent realr̄ differ
5 re a diuina natura q̄ est creatrix eēntia P̄.
dicit̄. x. metaph. Om̄e ad om̄e aut idē aut di
uersū. igit̄ relatio diuina aut est idē qđ eēntia
diuina. ꝛ sic habet̄ ꝓpositū. aut diuersa ab ea
6 ꝛ tūc nccio erit creatura. P̄. impossibile est
esse realē dr̄ntiā inter ea que de seinuicē p̄dicā
tur ī abstracto. sed relatio diuina ꝛ eēntia sūt
hmōi. qꝛ sancti cōiter ꝯcedūt illā. paternitas
ī diuis est diuia eēntia. ꝛ ecōuerso essentia di
uina est paternitas diuina. ḡ ꝓprietas relati
ua nō differt a diuia eēntia. Sed ꝯtrariū
istius quidā tenētes arguūt sic. Eadeꝫ res
ī diuis nō potit esse ꝓncipiuꝫ oppositoꝝ. sed
vnitas ꝛ distinctio sunt opposita. ꝛ eēntia est
cā seu ꝓncipiū vnitatis. ꝛ relatio distinctōis.
qꝛ ſm Boetiū eēntia ꝯtinet vnitatē. ꝛ relatio
2 multiplicat trinitatē. P̄. impossibile est ꝙ
eadē realitate qua aliqua ꝯueniūt realiter dif
ferāt realiter. qꝛ opposita nō pn̄t ꝯuenire aliq̄
bus ſm idē ꝛ rōne eusdē. ſꝫ pr̄ ꝛ filius ab in
uicē realiter differūt realitate paternitatis ꝛ fi
liationis. ꝛ ꝯueniūt realiter realitate sui fūda
mēti. puta realitate diuine essentie. ḡ realitas
relationis diuīe est alia a realitate eēntie. et ꝑ
3 ꝯn̄s realiter dr̄nt relatio et eēntia. P̄. sicut
se habēt modus eēndi ꝑ se ꝛ modus eēndi īn
alio ad ea ī quibꝫ fundant̄. sic modus essendi
ad aliud se habet ad illud ī quo fūdat̄. sed mo
dus eēndi ꝑ se ꝛ modus eēndi ī alio differūt
ab illis ī quibꝫ fundāt̄. qꝛ pn̄t etiā ab ipsis se
pari. sicut pꝫ ī humanitate xp̄i q̄ nō existit ꝑ
se. ꝛ quātitate panis in sacramēto altaris que
nō est in alio. ḡ relatio q̄ est modus eēndi ad
4 aliud silr̄ differt realiter a suo fūdamēto. P̄
illa quoꝝ quodlibet ē vera res et vnū inuenit̄
sine alio. illa nō sunt vna res. et ꝑ ꝯn̄s differt
realiter. sed eēntia diuia ē vera res. et pr̄nitas
diuīa cū sit realis relatio est vera res. ꝛ eēntia
inuenit̄ ī filio ī quo nō paternitas. Si. n. pa

Durādus
et mlti aliq̄
ꝙ relatō
alr̄ dr̄t a fū
damēto 1

ternitas eēt ī filio. tūc filius eēt pr̄. Si aūt es/
sentia diuina nō esset in filio. filius nō eēt de
us. ḡ paternitas ꝛ eēntia differūt realr̄. Et eo
dē mō arguit̄ de aliꝗs om̄ibꝫ relatōibus diui
nis. P̄. quoꝝ eē realiter dr̄nt illa nccio dif 5
ferūt realiter. sed eē ad se qđ est eē diuīe essen/
tie. ꝛ eē ad aliud qđ ē esse diuīe relatiōis dr̄nt
realiter. ergo eēntia ꝛ relatio dr̄nt realit̄. P̄ 6
expositorio syllogismo arguit̄ sic. Hec eēntia
ē hec pr̄nitas nullo mō realr̄ dr̄ns ab ea. hec
eēntia est hec filiatio nullo mō realiter dr̄ns
ab ea. ergo hec filiatio ē hec pr̄nitas nullo mō
realiter dr̄ns ab ea. ꝯclusio est falsa. ergo aliq̄
p̄missaꝝ. ꝛ qua rōne vna ē falsa eadē ratione
ꝛ reliq̄ erit falsa. P̄. de his q̄ sunt realr̄ ideꝫ 7
nō pn̄t verificari ꝯtradictoria p̄dicata. sed
cōicabile verificat̄ de eēntia. nō eē cōicabile ve
rificat̄ de diuina relatōe. ergo eēntia ꝛ relatio
nō erūt realiter idē. P̄. q̄ vni ꝛ eideꝫ nume 8
ro sunt eadē inter se. sunt eadē ad minus illo
mō quo sūt eadē illi eidē numero. ḡ si pater/
nitas ꝛ filiatio sunt realiter idē eēntie. tūc erūt
realiter idē inter se. ꝛ ꝑ ꝯn̄s pater ꝛ filius nul/
lo mō eēnt realiter distincti. cū pr̄nitate ꝛ fili
atione tm̄modo distiguant̄. P̄. sicut rela/ 9
tio ſm rationē se hꝫ modo rōnis ad suū fūda
mentū. sic se habet relatio realis mō reali ad
suū fundamētū. sed nō pōt esse relatio ſm ra
tionē qn differat rōe a suo fūdamēto. ergo nō
potent eē relatio realis qn differat ſm rē siue
realiter a suo fūdamēto. P̄. qn̄cūqꝫ aliqua 10
ꝯueniūt realiter ī aliquo tūc non pn̄t differre
realiter inter se nisi ꝑ ea q̄ addūt sup illud ī q̄
realiter sunt idē. ꝛ ꝑ ꝯn̄s nō pn̄t hr̄e maiorē
dr̄ntiā inter se q̄ꝫ sit dr̄ña illius additi ab illo
ī quo realiter ꝯueniūt. Sed pater ꝛ filiꝰ ꝯue/
niūt realr̄ ī diuia eēntia. ꝛ solā pr̄nitatē ꝛ filia
tionē addūt sup eā quas etiā tm̄modo dif/
ferūt inter se. ergo si pr̄nitas ꝛ filiatio ab essen
tia nō dr̄nt realiter. nec pr̄ ꝛ filius eas pote
rūt realiter differre. P̄. q̄ sunt eadē realiter 11
vno plificato plurificat̄ ꝛ reliquū. sed relatio/
nes diuīe plurificāt̄ ꝛ nō eēntia. ergo ꝛc̄. P̄
quoꝝ ē distincta vnitas eoꝝ est disticta enti/
tas siue realitas. sed relatōis diuīe alia est vni
tas q̄ꝫ eēntie. ergo ꝛ alia realitas. Maior pꝫ.
qꝛ ens ꝛ vnū ꝯuertunt̄. P̄. si relatio nō dif 13
fert realr̄ a fūdamēto. tūc nullum eēt relatiuū
ſm eē. sed omne relatiuū eēt relatiuū ſm dici.
falsitas ꝯn̄tis pꝫ ī p̄dicamētis. ꝯn̄tia etiā pꝫ.
qꝛ illud ē relatiuū ſm dici qđ nō est in p̄dica
mēto relatōis. P̄. si relatio diuina nō dif/ 14
ferret ab essentia. tūc nec ꝑsona diuina posset

differre ab eēntia .ɔseq̄ntia pꝫ.q: ꝑsona nihil
includit nisi relationē ⁊ eēntiam. Sed ꝓbatꝰ
falsitas ɔn̄tis tripl'r. Pͥmo sic Quia q̄ sunt
idē realiter quicq̄d assumitꝰ in vnitatē vnius
etiā assumitꝰ in vnitatē alterius.sed humani/
tas dn̄i nostri iesu xp̄i est assumpta in vnita/
tē ꝑsone.⁊ nō ī vnitatē nature.g̃ ⁊c̄. Scd̄o
sic.q: ꝑsona generat et generatꝰ.sed eēntia nec
generat nec generatꝰ Tercio sic.q: ꝑsona re
5 fertꝰ.sed eēntia nō refertꝰ. P̄.q̄ sūt real'r idēꝫ
illud qđ realiter ɔuenit vni realiter ɔuenit al
teri.sed relatio in diuīs realiter distiguit. eēn
tia ꝟo nō distinguit.g̃ nō sunt realiter idem.
Istā vltimā rōem mgr̄ facit ī lr̄a ꝯ seipm.
Et ꝓpter hanc rationē ⁊ ɔsimiles quas forte
nōdum vidit distincte.ait mgr̄ ex verbis.b.
Hilarij.ꝙ illud nō attingitꝰ nec tenetꝰ. verboꝝ
significātiā rei ipsius natura ɔsumit. Et sub
dit.Mihi ī sensu labes ē.ī intelligētia stupoꝛ
⁊c̄. Vn̄ ego fateoꝛ p̄dictas rōes esse diffici
les. Quia tn̄ sancti doctores q̄si vniuersa
liter.⁊ sp̄aliter Hilarius.Aug.Boetiꝰ.et eti
am magister in lr̄a.sunt p̄me opinionis.ideo
nō solū opiniōe doctoꝝ meoꝝ allectꝰ.sꝫ ī ob/
sequiū catholice fidei ꝓpter determiatōꝫ vl'is
ɔcilij p̄mā ɔclusionē tenebo.⁊ p̄dictaꝝ rōnuꝫ
Decretalis ꝯ.opi. p̄dictam. dissolutōem attēptabo. Determinatio aūt
cōcilij extra de sum.tri.⁊ fi.catho.ca.damna/
mus.q̄tum ad istā materiā sic ait. Nos aūt
1 sacro approbāte ɔcilio credimus ⁊ ɔfitemur
cū Petro.ꝙ vna quedaꝫ res ē incomp̄hēsibil'
quidē ⁊ ineffabilis.que veraciter ē pater ⁊ fi/
lius ⁊ sp̄ūssanctꝰ.tres simul ꝑsone.ac singilla
tim quelibet earundē.et idō ■ deo solūmodo
trinitas ⁊ nō quaternitas.q: quelibet triuꝫ ꝑ
sonaꝝ est illa res.vicꝫ substāna.eēntia seu na
tura diuina. Et.ī.subditꝰ. Licet igitꝰ alius sit
pater.alius filius.aliꝰ sp̄ūssanctus.nō tn̄ ali/
ud.sed illud qđ est pater ē filiꝰ ⁊ sp̄ūssanctus
oīno idē. Istud vltimū verbū nō p̄ōt glo/
sari ꝯ nostraꝫ opinionē.nisi glosa corrūpat te
xtū. Nā si sp̄ūsscts̄ ē oīno idē ei qđ ē p̄r.i. di
uine eēntie.tūc nihil p̄ōt esse in sp̄ūsancto qđ
differat realiter a diuina essentia. P̄.omne
2 quod ē aut est sub̄a. aut accidēs .aut creatoꝛ
vtriusq̄ꝫ.ꝭm ꝙ ait Alphoꝛabius in libro d̄ oꝛ
tu sciētiaꝝ.sed relatio diuina nō potest esse ac
cidēs.cū nullū accidēs sit in deo.nec substan
tia creata.q: tunc ꝑsona ꝑ ipsaꝫ ɔstituta esset
creatura.necessario igitꝰ dabis ꝙ sit ipse crea/
toꝛ.⁊ ꝑ ɔsequens differre nō poterit realiter a
3 creatrice eēntia. P̄.in quacūq̄ꝫ ꝑsona sunt
distincte res.illa necessario ē ɔposita. sed in ■

sona diuina est eēntia diuina ⁊ relatio. igitꝰ si
differrēt realiter.quelibet diuina ꝑsona eēt cō
posita.quod repugnat vere p̄hie .ac etiam ca
tholice veritati. P̄.quicq̄d ē alia entitas a 4
diuina eēntia hoc est alia bonitas.cū ens ⁊ bo
nū ɔuertantꝰ.igitꝰ si diuina relatio differꝛꝫ ab
eēntia realiter.tūc ī diuinis eēt alia bonitas a
bonitate deitatis.⁊ ꝑ ɔsequēs ꝑsona plus ha
beret de bonitate q̄ꝫ eēntia.⁊ ꝑsona patris plu/
res haberet bonitates q̄ꝫ cetere ꝑsone. cuꝫ plu
res ɔtineat relatōnes.q̄ oīa sunt erronea .g̃
erronea videntꝰ ea que ponit p̄dicta opinio ex
quibus sequūtꝰ illa. Ad pͥmuꝫ ergo dico Solutio.
ꝙ q̄uis eidē rei ꝭm eandē compatōeꝫ nō pos rōnuꝫ p̄ai
sint attribui opposita. tamē ꝭm aliā ⁊ aliam cte opionis
compationē nihil obstat eidē rei cōpetere op Ad 1
posita p̄dicata. Hoc eñ videmus etiā in crea
turis. Nā vltima supꝑficies coꝛꝑis locātis re
aliter eadē existēs ꝑ compationē ad coꝛpꝰ cir/
ca quod est vere ē locus. et ꝑ compationē ad
coꝛpus ī quo est nō est locus.q: ita est locus
locati ꝙ nō est locus locātis.⁊ ita est supꝑficies
locātis ꝙ nō est supꝑficies locati. Sic eadem
res que est paternitas compata ad diuinā es
sentiā nō est pͥncipiū distinctōis.q: cū rela
tio ꝑ se ⁊ ꝭm se nō distinguat nec distinguatꝰ
nisi a suo opposito. ad diuinā aūt eēntiaꝫ pa
ternitas nullā hꝫ oppositionē.g̃ compata ad
eēntiam ab ipsa nō distinguitꝰ.sed ꝑ realē trā
situ in ipsam sibi realiter idētificatꝰ.⁊ ꝑ conse/
quēs vt sic nō distinguit sed vnit diuinas ꝑ
sonas.cū oēs sint vnū in diuina eēntia. Ea
dem tn̄ paternitas compata ad filiationē cui
oppositōe relatiua realiter opponitꝰ.distiguit
ꝑsonaꝫ patris cuiꝰ est ꝓprietas realiter a filio
cuiꝰ ꝓprietas ē filiatio.sicut ⁊ ipsa realiter di
stiguitꝰ a filiatione cui realiter opponitꝰ. Ad Ad 2
scd̄m dicēdū ꝙ opposita p̄n̄t cōpetere eidē ra/
tione eiusdē realitatis.aliter tamē ⁊ aliter cō/
pate.sicut patuit de loco ⁊ supꝑficie. In mul/
tis etiā alijs possent cui esset cure similia inue
niri ad illud ꝓpositū declarandū. Idē.n. mo
tus realiter compatus ad agēs.puta ɔsidera
tus vt ꝓcedit ab agēte est actio ⁊ nō passio.et
idē numero motus compatus ad patiēs .est
passio ⁊ nō actio. Ad terciū dicēduꝫ ꝙ isti Ad 3
modi cū sint diuersoꝝ generꝝ nō sunt ad inui
cem compabiles.nec p̄ōt aliquid euidēter ꝓ
bari de vno ꝑ similitudinē reptā in alio. vtrū
tamē esse ꝑ se ⁊ eē ī alio differāt realiter ab his
quoꝝ sunt modi.magis videtꝰ spectare ad ter
ciū libꝝ q̄ꝫ ad p̄mū.igitꝰ vsq̄ꝫ ibi differo hmōi
discussiones. Ad quartū dicēdū ꝙ maioꝛ Ad 4

nō est vera. q2 sortes ē vera res. et hō inuenit
sine sorte. q2 inuenit in platone. ⁊ tn̄ hō i sor/
Instantia te nō est alia res a sorte. Forte diceret q̄ non
Solutio est idē hō in sorte ⁊ platone Rn̄deo q̄ sup
posito q̄ vnitas specifica esset vnitas realis vt
quidā dicūt. tūc oporteret q̄ eadē entitas rea
lis eēt in sorte ⁊ platone q̄ esset vtrīq3 eadem.
⁊ tamē in platone eēt sine sorte. ⁊ in sorte sine
platone. Uel supposita opinione. puta q̄ q̇d
ditas oīm hoīm esset vna idea sepata. tūc sor
tes non diceret aliam rem ab illa idea. q2 tūc
sortes nō esset homo si realiter differret ab il/
la humana quidditate. ⁊ tamē illa eadē q̇d/
ditas inueniret in platone siue sorte. q2 sortes
realiter differret a platone. Sic q̄uis eēntia
diuina sit vera res. et paternitas sit vera res.
⁊ essentia sit in filio in quo nō dicit esse pater/
nitas. ex hoc nō sequit nec cōuincit inter pa/
ternitatē ⁊ essentiā realis differētia. q̄uis con
uincat quedā incōuertētia. Sed fallacia con
sequētis esset si diceret. Ista nō sunt adequa
te ⁊ ꝯuertibiliter idē. ergo nō sunt realiter idē
Ad 5 Ad quintū nego minorē. q2 esse relatōnis
nō est esse nisi inq̄ztum est ad esse. Et quia in
cōpatione ad eēntiam relatio nō adest. cū
nō habeat realē ordinē oppositiōis ad ipsā.
ergo vt sic ipsum adesse transit in ipm̄ esse di/
uine eēntie. cōpatione autē ad oppositum
ipsa relatio adest. et [illegible] sic ipsa adesse distin/
guūtur ⁊ multiplicātur. ⁊ ideo in diuinis est
vnicū esse totius trinitatis. licet ibi sint plu/
ra adesse. que tamē adesse nō ponūt numerū
Ad 6 cū illo vnico esse eo q̄ transeāt in ipm̄. Ad
sextum dicendū q̄ sicut supius pbaui disti/
ctiōe. xxi. q. ij. articulo. i. p expositoriū syllogis
mū nihil concludit necessario qn̄ mediū ex/
cedit ⁊ inadequate se habet cū extremis. ⁊ q2
eēntia diuina excedit paternitatē que est idē
filiationi. a qua differt ipsa paternitas. iō ⁊c.
Un̄ p eandē formā pōt pbari q̄ pater sit
filius p duas p̄missas verissimas. quarū op/
positū dicere est hereticū. vt patet in decretali
supius allegata. Dicā em̄ sic. Hec eēntia est
hic pater. hec essentia est hic filius. ergo hic [illegible]
em. sic quacūqꝫ differētia substantiali addita
vel remota res mutat diffinitionē. ⁊ [illegible] conse/
quens speciē.

Articl's 2 Quantuz ad secun
dū principale. vtrū in infinitū ꝓcedēdo qua/
cūqꝫ creatura data deus semꝑ possit facere ꝑ/
Cōclo fectiorē. dico ꝙ loquēdo de potentia dei abso
luta. tūc qualibet creatura actu ꝓducta deus
potest in infinitū semꝑ nobiliorē ⁊ ꝑfectiorez
1 ꝓducere. Quia si deus hoc nō posset. hoc es/
set pro tanto. quia implicaret̄ cōtradictio. sed
nulla in proposito implicat̄ contradictio. er/
go ⁊c̄. Maior est nota ex. vi. ethicorū vbi di
cit̄. Hoc solo priuat̄ deus. ingenita facere que
vtiqꝫ facta sunt. Hoc exponit̄ a cōmentatore
⁊ doctoribus. id ē ꝯtradictoria simul verifica
ri. Minorē ꝓbo. qꝛ si implicaret̄ ꝯtradictio.
vel hoc eēt ex parte dei producētis. vel ex par
te creature ꝓducte. Nō primū. qꝛ sicut dicit
Chris. ideo deus dicit̄ omnipotēs. qꝛ ei⁹ pos
se nō pōt inuenire nō posse. Nec scdm. quia
oīs creatura actu posita in eē est finite ꝑfectio
nis. igit̄ si addit̄ sibi aliqua finita ꝑfectio. per
hoc nō efficitur infinita. quia finitū additū
finito nō facit totum infinitū. et ꝑ consequēs
creatura vlterius producta capiens ꝑfectio/
nē ꝑcedētis creature vna cum illa finita perfe
ctione addita. ꝑ hmōi additionē nō ponetur
extra limites creature. nec eius esse implica/
bit nō esse. ⁊ eodem modo arguet̄ de creatura
secūdo producta cū finita ꝑfectione addita.
⁊ sic in infinitū. quia semꝑ creatura actu pro/
ducta erit finita in ꝑfectione. cuz nō claudat
in se nisi ꝑfectionē ꝑcedentis creature que est
finita. ⁊ ꝑfectiōem supadditam que similr̄ est
finita. Hec videt̄ eē intētio beati Dyonisij
in de diuis nomib9. vbi creaturas a deo proce
dentes assimilat numeris. ⁊ deū vnitati. Mo
do planuz est ꝙ ꝑfectione numerali ꝓcedunt
numeri in infinitū. ⁊ tamē quilibet numerus
actu acceptus est finitus. cum nō claudat in
se nisi numerū proxime ꝑcedentē. ⁊ vnitatem
additā. que ambo sunt finita. sic eodez modo
in ꝓposito ⁊c̄. P̄. idē Dyonisius in. viij. 2
de diuis nomibus ait. Deus est infinite vir/
tutis. eo ꝙ simpliciter potest īfinite infinitas
alias ab existentibus virtutes producere.
P̄. potētia dei est infinita et simpliciter illi 3
mitata. ergo vltra omnē creaturā productaz
semꝑ poterit producere ꝑfectiorē. Añcedens
patet questiōe ꝓxima ꝑcedēte. Probo conse/
quentiā. quia om̄is creatura cū de facto fue/
rit producta sit finite ꝑfectiōis. vt patet ex iā
dictis. igit̄ si vltra quamlibet creaturā produ
ctam deus nō posset producere ꝑfectiorē. tūc
infinita dei potentia esset limitata ad finituz
effectum. eo ꝙ non posset aliquid vltra ipsuz.
⁊ infinita dei virtus esset adequata [illegible] effectuz
finitū. que omnia vident̄ impossibilia. Con/
sequētia patet. qꝛ tūc intelligit̄ potētia limita
ta. qñ nō potest trāscendere aliquē limitatuz
effectū. et tūc intelligit̄ virt⁹ adequata quādo
potētia nō pōt in maiorē effectū. qꝛ virtus est
vltimū de potētia. vt dicit̄ ī de celo ⁊ mū. Et
hec videt̄ eē intentio beati Aug. xij. [illegible] ciuita.
dei. ca. xviij. vbi ait diuinā sapientiaz incom/
prehensibili cōpꝛhensiōe sic omnia incom/
prehensibilia comprehendere. vt quecunqꝫ
noua ⁊ dissimilia consequentia ꝑcedētibus
si semꝑ facere vellet inordinata et improuisa

habere non posset. nec ea prouideret a prostimo tempe sed eterna psciētia ptineret. Hic trāseo eo breuius. qz illā materiā intēdo tāgere libro .ij. distinctōe .i. Sed ptra illā pclusionē sunt quidā magni doctores q̄ arguunt p sua opinione p̄mo sic. Si possibilis essz processus i infinitū in speciebꝰ ꝰm pfectionez. tūc in intellectu diuino esset aliqua creatura distans in infinitū ab aliqua alia creatura. et p psequens creatura talis esset infinite pfectionis. hoc autē ē impossibile. qđ patet. qz hm̄oi creatura tm̄ excederet illam aliā creaturā quātum excedit eam deus. ꝛ p psequens in infinitum. quia nō potest esse maior excessus excessu infinito. etiā esset eque pfecta vt deus. quia nō potest esset maior pfectō pfectione infinita.

Hēri. got/ fre. ꝛ aure. ꝛ mlt'i aliī.

1

2 ta. P̄. si possibilis esset pcessus specierū i infinitū. aut om̄es hm̄oi species clauderent infra decē p̄dicamenta. aut alique earū essent extra p̄dicamēta. Nō potest dari p̄mū. quia sicut patet p phm in libro p̄dicamētoꝝ. et .vij. metaph. a genere generalissimo descēdit differentijs diuisiuis vsqz ad speciē specialissimaz Sed talis descēsus nunqz posset pfici. si species essent infinite. Nec potest dari secunduz. qz decem p̄dicamēta sufficiēter euacuāt totuz ens. ergo quicq̄d ē extra decē p̄dicamēta ē nō

3 ens siue nihil. P̄. forme sunt sicut numeri. vt patet .viij. metaphi. ꝛ deus se habet ad modum vnitatis. vt patet p Dyoni. sed numeri versus vnitatē nō pcedūt i infinitū. quia nō procedūt vltra binariū. ergo nec species accessum ad deū. puta p augmentū pfectiōis p

4 cedant i infinitū. P̄. vbi est essentialis ordo ibi nō est pcessus in infinitū. sed spēs vniuersi habent essentialē ordinē ad seinuicez.

5 P̄. totū ens creabile est finitū in pfectione. ergo nō potest in infinitū semp creari pfectior creatura. Anācedens patet. qz illud est finitū quo repit̄ aliquid maius. sed deus excedit totum ambitū entis creabilis. ꝛ p psequens est maior toto ente creabili. Cōsequētia patet. qz omne finitū attingit̄ p replicationē graduuz finitorū. al's ad terminū finitū esset accessus

6 infinitus. P̄. appetitus creature nō est infinitus. ergo in creaturis non potest esse pcessus in infinitū. Anācedens patet. Probat̄ cōsequētia. quia deus nō potest facere aliquid i creatura quod nō sit appetibile a creatura. sicut nō potest facere aliquid in creatura ad qđ creatura nō sit aliquo modo in potētia. P̄

7 si deus qualibet creatura semp posset producere pfectiorē. hoc esset p̄o tāto. quia deus in infinitū distat a qualibet creatura quantumcunqz pfecta. sed hoc nō sufficit. quia pari ratione sequeret̄ ꝙ vltra totū ens creabile deus posset pducere creaturā. quod est simpl'r impossibile. qz hoc posito aliqua creatura excederet totū ens creabile. quod manifeste implicat contradictionē. quia omne quod p creationē pducit̄ est creabile. et sic huiusmodi creatura erit creabilis ꝛ nō erit creabilis. Consequētia patet. quia totuz ens creabile distat a deo in infinitū. Et confirmat̄. q̄a inter substantiā ꝛ accidens est distātia imptrāsibilis. ꝛ tamē inter nullam substantiā ꝛ accidēs deus potest facere infinitas species. ergo a simi. ꝛc. Q, autē distantia inter substantiā et accidens sit infinita. probāt p hoc ꝙ nulluz accidēs quantumcūqz pfectū potest adequare gradū entitatis qui est in substātia. P̄. si 8

Cōfirmat̄

possibilis esset processus in infinitū semp ad nobiliorem creaturā. tūc posset esse vna creatura de facto creata que esset infinite nobilitatis ꝛ pfectionis. Falsitas psequētis ptz. Probat̄ psequētia. quia ꝰm Aristotelez .iij. phisicorū. Si esset dare potentiā ad infinituz ꝰm appositionē. illa posset poni in facto esse. sz potentia ad maiorē pfectionē est potētia ꝰm appositionē. ergo ꝛc. P̄. aut deus cognoscit ali 9

quod creabile vltra quod nō est aliud creabile. aut nō. Si sic. tūc illo creato nō erit processus vlterior in infinitum. Si non. tūc deus nō cognosceret omne creabile. quod est impossibile. quia tūc aliquid esset a deo producibile quod deus nō cognosceret. P̄. quāto 10

aliquid ē deo ppinquius tāto videt̄ esse melius et nobilius seu pfectius. Sed humanitate christi nihil potest esse deo ppinquius. ergo ꝛc. P̄. quāto aliquid est purius tanto 11

perfectius. Sed nulla pura creatura pōt esse purior beata virgine Maria. ergo nulla pura creatura potest esse pfectior ea. Maior patet. Minor pbatur. Quia dicit Anselmus in de conceptu virginali. Nempe decuit vt ea puritate virgo niteret quaz deus filio suo matrem elegerat qua maior sub deo nequit intelligi. Sed illa q̄uis sint valde difficilia. tamen oppositum pclusionis p̄dicte nō conuincunt. Ad primū igit̄ dicendū. ꝙ illud cōsequēs nō est impossibile. quia dato ꝙ in effectu nunqz sint due creature distantes ab inuicem in infinitū ꝰm pfectionez. in pspectu tamen cognitionis diuine nō repugnat huiusmodi creaturas esse. Sicut em̄ duo numeri i infinitum distātes pn̄t eē in pspectu diuine

Solutio.

Ad 1

cognitionis. q̄uis nūq̄ deueniat̄ i effectu. sic ꝛc.
Ad pbationē cū dicit̄ ꝙ talis creatura tm̄
excederet aliā creaturā quantū excedit eā de⁹.
nego. Ad pbationē cū dicit̄ ꝙ nō ē maior ex/
cessus excessu infinito. illa ē falsa. Pn̄t em̄ eē
plures excessus infiniti quoꝝ tn̄ vnus est ma
ior alio. Nā linea vnius palmi excedit pūctū
i infinitū. cū sine omni ꝓportōe excedat eū. et
tn̄ insanus mente videret̄ qui diceret ꝙ linee
mille palmorū vel linea infinita nō plus ex/
cedat punctū q̄ linea vnius palmi. Et cū ad
dit̄ q꞉ talis creatura esset eque pfecta sicut de/
us. nego. Nā hm̄oi creatura i infinitū defice/
ret a pfectione diuina. Nā omnē suā pfectio
nem haberet talis creatura pticipatiue ꝛ depē
denter. deus aūt oēm suā pfectionē habet eēn/
Ad 2 tialiter ꝛ penit⁹ independēter. Ad scdm̄ di/
cendū ꝙ oēs clauderent̄ infra decē p̄dicamēta
Ad pbationē dicendū ꝙ licet q̄tum ad spēs
q̄ actu sunt p intellectū finitū possit fieri reso/
lutio a genere generalissimo vsq̄ ad singulas
species spālissimas. tamē a nullo intellectu fi
nito hoc fieri pōt q̄tum ad species que sunt i
potētia. Vn̄ ait ꝯmentator. ij. metaph. ꝙ vl'e
ꝯtinet sub se res infinitas nō actu sed potētia
Quod dictū ꝯmentatoris ꝛ si fortasse posset
habere dubiū aliquod de potētia que est citra
diuinā potentiā. tamē de potētia dei q̄ infinite
infinitas virtutes alias ab existētibus pōt ꝓ
ducere. vt supius allegaui ex dictis Dyoni/
Instantia sij nulli catholico debet esse dubiū Forte di
cet̄ ꝙ ꝯmentator intelligit de rebus i diuinis
ꝛ nō de rebus specie differētibus de quibꝫ ad
Solutio. pn̄s loquimur. Respōdeo ꝙ etiā specierū
infinitatē in potētia videt̄ ponere cōmētator.
Nā in tractatu de sensu et sensato ꝯmentator
ait. ꝙ colores medij possunt esse infiniti. mo/
do planū est ꝙ colores medij ab inuicē diffe/
Ad 3 rūt specie. Ad tertiū dicendū ꝙ vnitas du
pliciter pōt ꝯsiderari. Uno modo formaliter
Alio mō virtualiter. Primo mō excludit nu
merū. ideo accedendo ad vnitatē finit̄ proces
sus numerorū. Scdo mō includit omnē nu
meꝝ. ꝛ iō vt sic accedēdo ad vnitatē nūq̄ fini
tur ꝓcessus numerorū. Et illo secūdo mō sm̄
Dyoni. deus assimilat̄ vnitati. ergo argumē/
tū bn̄ intellectū magis est ꝓ ꝯclusione quā po
Ad 4 sui q̄ ꝯtra eam. Ad quartū dicendū ꝙ ma
ior potest negari. q꞉ in numeris videt̄ eē essen
tialis ordo. cū semp sequēs numerus p̄suppo
nat p̄cedentē. ꝛ tamē in numeris est ꝓcessus i
infinitū. Et idē patet in figuris ꝛ ꝓportioni/
bus ꝛ relatiōibus dictis mō numeri. i quibꝫ
om̄ibus est ꝓcessus i infinitū. ꝛ comp̄hēsa in
his sicut species vniuersi. Pōt etiā dici ad
minorē ꝙ nō est necesse eēntialē ordinē esse ni
si inter ea q̄ actu sunt. q꞉ illa ꝓprie sunt ad in
uicē compabilia que realē ꝛ actualē habēt en
titatē. mō ita est ꝙ species vniuersi q̄ actu sūt
ille finite sunt. Ad quintū dicendū ꝙ licet Ad 5
creatura actu sit finite pfectionis. tamē in po/
tentia nō repugnat ei infinitas. ꝛ quia creabi
le sonat in potentiā. ideo nego an̄cedēs. Ad
ꝓbationē nego maiorē. q꞉ dato ꝙ a centro ter
re versus orientē vna linea ꝓcederet i infinitū
ꝛ alia versus meridiem. ꝛ versus aquilonē ex
vtraq̄ pte ꝓcederet i infinitū. vtraq̄ linea es/
set infinita. ꝛ tamē secunda esset maior q̄ pri
ma. q꞉ esset dupla respectu eius. Forte di/ Instantia
cet̄ ꝙ p̄ma linea nō esset simpliciter infinita.
q꞉ q̄uis versus orientē trāseat i infinitū. ver/
sus tamē centrū finit̄. q꞉ terminat̄ in centro.
et ideo nō repugnat esse aliquid maius ea.
Respōdeo ꝙ eodē modo est in ꝓposito. q꞉ Solutio
q̄uis [illegible] diuinā potentiā supius ꝓcedēdo ad
ipm deū processus pfectionis creaturarū du
ret i infinitū. tamē ꝓcedendo ad inferius: ter
minū habet in ipsa materia prima. infra quā
si descendit̄ itur ad purū nihil. vt patet p Au
gus. in libro ꝯfessionū. et p ꝯmentatorē. i. phi
sicorū. ꝛ ideo omni enti creato ꝛ creabili dabi
tur aliquid maius in pfectione. scꝫ ipse deus
qui simpliciter ē infinitus. Ad sextū p̄mo Ad 6
potest dici ad maiorē. ꝙ licet appetitus creatu
re nō sit simpliciter infinitus. tamē successiue
potest esse ad infinita. Appetitus em̄ materie
pōt esse successiue ad infinitas formas. quas
etiam recipet si mūdus duraret i infinitū. vt
phi sunt opinati. Etiam ꝯsequētia est fal/
sa. Ad pbationē dicendū ꝙ q̄uis i actiōe rei
naturalis appetitus naturalis aliquo mō p̄/
cedat factionē rei. hoc tamē nō fit in actōe dei
qui potest om̄ia de nihilo ꝓducere. q꞉ i illo ni
hilo p̄cedenti talē factionē non potest esse ali
quis appetitus. Forte dicet̄ ꝙ aliqui illo/ Instantia
rū doctorū dicāt q̄dditates reꝝ fuisse ab eter
no. et p ꝯsequēs posset aliq̄s realis appetitus
p̄cedere factionē qua deus facit creaturas.
De istius instātie solutione ad p̄sens tran
seo. q꞉ hāc materiā itēdo tractare i scdo libro.
distin. xviij. q꞉ ibi habet locū. Ad septimū Ad 7
dicēdū ꝙ nō solū ista distātia [illegible] cā. sed isti⁹ p/
cessus cā ē illa q̄ ē assignata supius i p̄ma rōe
q̄ illa ꝯclō pbabat̄. Ad ꝯfirmatōē cū isti Ad cō[illegible]
dicūt ꝙ int̄ sbāꝫ ꝛ accn̄s ē distātia īptrāsibil̄.
dōm ꝙ vel isti p distātiā īptrāsibilē itelligūt

q ex accidēti nō possit generari suba. vel q accidēs nō possit eq̄pollēter ɔtinere ↄ̄tutē sube. Quocūq3 illoꝝ modoꝝ intelligāt apparet q male intelligūt ista. referēdo ad potētiā diuinā. de qua tā ipsi q̄3 nos in p̄nti loq̄mur. q2 ex accidētibus ex̄ntibus i sacramēto altaris q̄nq3 generant vermes q̄ sunt vere suba. Eadē3 etiā accidentia equipollēter habēt totā virtutē substātie panis 7 vini. q2 nihil min⁹ de accidentibus vini existētib9 i sacramēto poss3 aliquis inebriari si immoderate de eis sumeret. q̄3 de ipso vino anteq̄3 esset sanguis ɔsecratus. 7 nō minus cibāt accidētia panis in sacramēto existētia. q̄3 cibaret ipse panis si in corpus xp̄i nō fuisset ɔuersus. Un̄ si in toto vniuerso substātiā panis 7 vini in ppetuū deus conuerteret i corpus suū 7 sanguinē. nihilomin⁹ hoīes nutrirent de talibus accidētib9. q̄3 nūc de ipsis substātijs panis 7 vini. Etiā falsū assumūt cū dicūt. q inter substātiā et accidēs nō p̄nt fieri infinite species. q2 vt patuit sup̄ius p ɔmētatorē. mediȷ colores p̄nt esse infiniti. ergo inter albedinē 7 substantiā p̄nt esse in/
Ad 8 finite spēs. Ad octauū nego ɔsequentia3. Ad pbationē dicēdū q licet maior sit vera loquēdo de appositiōe q̄ fieri pōt ꝑm potentiā naturalē. tn̄ nō est vera loquēdo de appositione q̄ fieri pōt loquēdo ꝑm potētiā dei q̄ est supernaturalis. ꝑm quā potētiā i ꝓposito ponit fieri appositio. Et r̄ō isti⁹ ēē pōt. q2 si ꝑm potētiā nature create fieret appositio ꝑm ptes eiusdē quātitatis i infinitū. tūc oporteret q in natura p̄existeret magnitudo infinita. q2 cū virtus naturalis nō possit creare de nihilo illud quod apponit. optet q hm̄oi rē apponibile3 virtus creata accipiat ab vno 7 addat alteri. siue hoc faciat p modū aggregatiōis. siue viā generatiōis. igit si nō cessabit hm̄oi appositio: oportebit pesse aliquid infinitū. quia omne finitū consumit aliq̄n cōtinuā ablationē ptiū eiusdē quātitatis ab eo. Et hec videt esse intētio Aristot. iij. phisicoꝝ. Hoc tamē nō obstat in p̄nti ꝓposito. q2 nouas spēs deus pōt ɔtinue d̄ nihilo creare. Etiā potētia naturalis agit q̄ntū pōt. igit si natura creata hr̄et posse ad ꝓductōē alic⁹ infiniti. h̄ vtiq3 expleret cū effectu. S3 ꝓpriū ē dei ad extra libere agere. ideo nō agit q̄tū pōt sed q̄tū vult. 7 p ɔns nunq̄3 explet q̄ ad extra suū totū posse.
Ad 9 Ad nonū dōm. q sicut de⁹ p infinitā suā3 sapiā3 ɔphēdit oēs spēs nūeroꝝ. vt patuit supius dist. xxxv. ɔclusiōe. iiij. i solutiōe q̄nti argumēti. 7 tn̄ clare cu3 h̄ cognoscit q i re extra nūq̄3 esse poterit tāt⁹ numer⁹ q̄n possit augeri. sic q̄uis de⁹ cognoscat oīe creabile. tn̄ cū hoc clare videt q i re extra creatura nulla erit nec ēē poterit q̄ p diuinā potētiā nō possit ꝓduci pfectio. Et ex h̄ p3 q ɔntia facta i scd̄a pte inquisitōis isti⁹ rōnis nō ē vera. q2 licet deus nō cognoscat aliqd̄ creabile ponibile in re extra. vltra qd̄ nō possit aliud creari. tn̄ ex h̄ non sequit q de⁹ non cognoscat oē creabile. sicē dato q de⁹ nō cognoscat aliquē nūeꝝ vltra quē nō possit dari alter nūer⁹. tn̄ ex h̄ nō seq̄t q de⁹ nō cognoscat oēm nūeꝝ. Ad. x. dōm q hūani Ad 10
tas xp̄i pōt dupl'r ɔsiderari. Uno mō ꝑm se. Alio mō vt vnita ē psone diuie. Primo mō pōt ēē aliq̄ creatura pfectior ea. licet nō scd̄o modo. Nec h̄ est ɔ p̄ns ꝓpositū. q2 ille excessus non ɔuenit ei vt pura creatura. sed vt rōne vnionis ver⁹ deus ē. Ad. xi. dōm cū di/ Ad 11
cit virgo gl'iosa puritate nitere qua maior sub deo nequit intelligi. illud non pōt intelligi simpl'r 7 absolute. quia al's sequeret q puritas humanitatis xp̄i nō fuisset maior puritate virginis. Est ergo sensus verboꝝ illoꝝ. q sub deo. id ē sub christo nō potest intelligi aliquo homie maior puritas q̄3 fuerit i beata virgine.

Quantum ad terci Artic's 3
um articulū. vtrū deus totū vniuersū potuerit facere melius. est aduertendū q ly melius pōt accipi dupl'r. Est eīm q̄dā mod⁹ aduerbialis. Ille aūt modus vel accipit ex pte facientis. 7 sic de⁹ nihil pōt facere meli⁹ q̄3 fecit. q2 q̄cunq3 fecit semp fecit ꝑm bonitate3 volūtatis sue. 7 ꝑm dictamē sapiētie sue. qui modus meliorari nō potest. sicut nec bonitas 7 sapiētia dei poterūt meliorari. Uel ille modus attēditur ex pte facti. 7 sic ē sensus vtrū virtute diuina vniuersu3 potuerit vel possit cape nobili⁹ et pfectius esse q̄3 cepit. Et sub hoc sensu tractādo illū articulū pono tres ɔclusiones iuxta tria que i vniuerso conspicio. sc3 finē. partes 7 ordinē. Prima ɔclusio est q ratōe fi Cōclo 1
nis vniuersu3 nō potuit fieri melius. nobilius seu pfectius. Quia illud cui⁹ finis ē nobilissimus. optim⁹ 7 pfectissim⁹. hoc nō pt meliorari ex pte finis. vniuersu3 ē hm̄oi. ergo 7c. Maior p3. Minor pbat. q2 de⁹ ē finis toti⁹ vniuersi. vt p3. xij. meth. 7 de⁹ ē nobilissim⁹. Ipse eīm ē nobilit' i fine toti⁹ nobilitatis. vt d3 i eodē. xij. Ipse etiā ē optim⁹. q2 ipse ē summū bonū. 7 vltim⁹ finis. Ideo de ipso dicit ibidē.

Mouet aũt vt desideratũ ⁊ amatũ. Ipse eti
am deus est pfectissim⁹. q2 vt pz. v. metaph.
2 ipse habet i se vl'r pfectões oim generũ. P.
sicut exercit⁹ ordinat⁹ immediate ad impato/
rem seu ad summũ pncipẽ nõ põt meliorari
q̃ztũ ad ducẽ. sic vniuersũ cũ immediate ordi
net ad vltimũ finẽ nõ potest meliorari q̃ ad fi
Cõcl'o 2 nẽ seu ratiõe finis. Secũda ↄclusio q̃ vni
uersũ põt meliorari ratiõe ptiũ bonitate acci
dentali ⁊ nõ bonitate essentiali. Quia illo mõ
quo ptib⁹ vniuersi cõpetit melioratio. eo mõ
etiã cõpetit toti vniuerso. Sed ptibus eisdez
manẽtibus ↄuenit melioratio q̃ztũ ad bonita
tẽ accidẽtalẽ ⁊ nõ eẽntialem. ergo ⁊c. Maior
pz. q2 sicut entitas totius cõstat ex entitate p
tiũ. sic bonitas totius ex bonitate ptiuz. Mi/
- nor ptz ex dictis i articulo pmo istius cõclu
sionis. Istã ↄclusionẽ doctores satis ↄcor
diter tenẽt. posito q̃ omnes ptes vniuersi melio
rent. Sed si alique ptes meliorarẽt ⁊ nõ om
Tho. et pe nes. tũc dicũt aliqui doctores q̃ ex hoc totũ
trus. vniuersũ nõ efficeret melius. q2 tolleret pporz
tio ordinis. ⁊ ideo q̃uis augeret bonuz ptis.
Cõtra tho tñ minueret bonũ toti⁹ vniuersitatis. Sed
mam. illud nõ valet. Quia ex hoc dicto sequeret. q̃
1 ex xpi incarnatõe bonũ totius vniuersi fuissz
diminutũ. et ordo vniuersi fuisset interrupt⁹
⁊ deordinatus. Illud ↄsequẽs ẽ valde horri/
dũ i aurib⁹ fideliũ. Cõsequẽtia ptz. q2 ex illa
incarnatõe natura humana maximã ↄsecuta
est dignitatẽ ⁊ melioratõez. licet oẽs ptes vni
uersi ex hoc nõ fuerit meliorate. q2 natura dã
natorũ spirituũ nullã dignitatẽ vel meliora
2 tionẽ ex hoc ẽ cõsecuta. ergo ⁊c. P. post di
em iudicij sol ⁊ luna meliorabunt. q2 sicut di
cit Isa. tũc lumẽ lune erit sicut nũc lumẽ sol.
⁊ lumẽ solis septempl'r sicut lumẽ septẽ dierũ
Multe aũt ptes vniuersi nõ erũt meliorate.
sicut patet de bestijs. piscib⁹ ⁊ plantis q̃ corrũ
pent. ⁊ tamẽ ordo vniuersi tũc nõ mutabit in
Cõcl'o 3 peius sed in melius. Tercia ↄclusio ẽ q̃ nõ
mutatis ptib⁹ vniuersi: tũc vniuersũ q̃ztũ ad
ordinez nõ potest meliorari. Quia de⁹ qui est
oim artifex pfectissima sua sapiẽtia ptes vni
uersi s̃m naturarũ ⁊ pfectionũ suarũ exigẽti/
am disposuit et ordinauit. ergo non mutatis
ptibus vniuersi. non videt q̃ ordo vniuersi
possit meliorari. sed mutatis ptibus i melius
videt q̃ etiã bonitas originis augeat. quia si
cut melioratis cordis i cythara dulcior resul
tat melodia. sic melioratis singulis ptibus.
tũc in ipso ordine resultãte diuina bonitas pfe
ctius illucescit.

Quantũz ad quar Articlus 4
tũ articulũ. vtrũ deus possit facere aliud vni/
uersũ illo vniuerso manẽte. est notãdũ q̃ vni
uersũ põt dupl'r ↄsiderari. Uno mõ q̃ztũ ad
rõem nois. Alio mõ q̃ztũ ad realitatẽ vel rea
litates expssam vel expssas noie vniuersi. Si Cõcl'o
pmo mõ accipit vniuersuz. tũc nulla virtute
posset fieri aliud vniuersũ illo vniuerso manẽ
te. Quia cũ vniuersuz dicat ab vnitate. dicat
eñ vniuersũ q̃si vnũ ↄuersum. eo q̃ phice loq̃n
do oĩa claudant sub vno pmo mobili. qd' ver
tit ⁊ mouet ab vno pmo motore. igit si pluri/
ficaret iã nõ esset vniuersũ. sz poti⁹ pluriuersũ
eo q̃ plura eẽnt mobilia pma q̃ a pluribus p
mis motorib⁹ verterent ⁊ mouerẽt. et sic esset
vniuersuz ⁊ nõ eẽt vniuersuz. qd' est implica/
tio ↄtradictõis Si aũt loq̃mur de vniuer Cõcl'o
so q̃ztum ad res expssas noie vniuersi. tũc te/
neo ↄclusionẽ affirmatiuã. s. q̃ deus põt face/
re aliud vniuersũ illo vniuerso manẽte. ⁊ hoc
vel simile huic vniuerso. vel nobili⁹ illo. Si/
milit si ex ↄsilibus ptibus isti⁹ vniuersi illud
aliud vniuersũ ↄstitueret. nobilius si ex nobi
liorib⁹ ptib⁹ ipm vniuersũ ↄstitueret. Et hãc
pbo sic. Quia cã potẽs pducere oẽs ptes ali
cui⁹ toti⁹ cũ debito ordine ad ↄstituendũ ipm
totũ: ptes inquã eque pfectas sic habite sunt
i ↄsimili toto vel pfectiores. talis cã põt pdu
cere hmoi totũ eque pfecte sicut acten⁹ est pro
ductũ. vel pfectiori mõ. Sed de⁹ oẽs ptes ad
vniuersuz req̃sitas põt pducere nõ solũ eque
pfecte. verũetiã magis pfecte q̃z actenus sunt
pducte cũ debito ordine ad ↄstituẽdũ vniuer
sum. g̃ ⁊c. Maior ẽ nota de se. ⁊ minor ptz ex
pdictis i pcedẽtib⁹ ↄclusiõib⁹. Sed ↄtra Opi. ari
illã ↄclusionẽ ẽ Arist. i. celi ⁊ mũdi. vbi nitit
multipl'r pbare q̃ impossibile sit aliũ mũduz
siue aliud vniuersũ esse. Uñ ex dictis suis po
test argui sic. Illud qd' est simpl'r pfectuz: 1
h̃ multiplicari nõ põt. mũdus est simpl'r pfe
ctus. g̃ ⁊c. P. si plures eẽnt mũdi. aut dif/ 2
ferrẽt solo numero aut spẽ. Nõ põt dari pri/
mũ. q2 indiuidua solũ numero driñtia nõ sũt
p se intẽta a natura. vniuersũ aũt ẽ maxime in
tentũ. cũ i se ↄtineat bonitatẽ oim. Nec scdm.
q2 cũ vniuersũ sit simpl'r pfectũ. nulla spẽs po
test sibi deficere. igit si eẽnt duo vniuersa specie
driñtia. iã neutrz eẽt vniuersũ eo q̃ neutrz esset
pfectũ. P. si essent duo mũdi vel duo vni 3
uersa. tũc essent duo pmi motores simpl'r vel
saltẽ duo motores eque distãtes ab ipso deo

ꝯñtia patet. qꝛ vel illi duo mũdi hñrent duos motores eque pmos. vel ad min⁹ haberẽt duos motores eq̃lis pfectõis qui rõne hmõi eq̃litatis eq̃liter distarẽt ab ipso pmo. s. ab ipso deo. Falsitas ꝯsequẽtis pz. Quia si daf pmũ tũc eẽnt duo dij. Si scdm. tũc i sepatis a materia essent aliqua plura solo numero dñtia. qꝛ q̃ eque distãt a pmo nõ pñt differre specie.
4 Utrũqꝫ aũt illoꝝ fm phm ẽ impossibile. P terra illius alterius mũdi vel sp violẽter detineret extra mediũ istius mũdi. vel q̃nqꝫ naturaliter descẽderet ad centꝝ istius mũdi ꝑpter inclinationẽ naturalẽ quã hñret ad essendũ deorsum. quoꝝ vtrũqꝫ ẽ impossibile.
5 P. situs quẽ haberet terra i alio mũdo. aut eẽt sibi naturalis. aut violẽtus. Nõ naturalis. qꝛ corp⁹ cui⁹ naturalis situs ẽ supioꝛ illud ẽ formali⁹. Sed ille alius mũdus ꝛ p ꝯñs terra eius eẽt supioꝛ celo istius mũdi. g̃ illa terra eẽt formalioꝛ celo isti⁹ mũdi. qđ ẽ incõueniẽs. Nec violẽtus. qꝛ oẽ violentũ ẽ pter ordinẽ naturalẽ. sed ptes mundi debẽt habere ordinez naturalẽ. Etiam dato q violẽter ibi maneret aliquo tpe. hoc tñ nõ posset sp durare. cũ nullũ violẽtũ possit eẽ ꝑpetuũ. vt phs ibidem ait. g̃ q̃nqꝫ naturaliter descẽderet. qꝛ inde res mouef naturalr vbi detinef violẽter.
6 P. illud qđ constat ex tota sua materia nõ est plurificabile. sꝫ mũds ꝯstat ex tota sua matia. Maioꝛ et mioꝛ ponunf ab Aristꝫ. ibidẽ.
7 P. ex dictis aliorũ põt sic argui. Deus nõ põt facere illud qđ si fieret eẽt vanũ ꝛ supfluũ. illa patet i i. de ce. ꝛ mũdo. vbi dicif q deus ꝛ natura nihil faciunt frustra. Sed si fieret aliud vniuersum h eẽt hmõi. qꝛ vt dicif. i. phisicoꝝ. frustra fit p plura qđ põt fieri p pauciora.
Aliꝗ ad idẽ
8 P. si fieret alter mũdus. vel fieret i eodẽ loco cũ illo mũdo aut in alio. Nõ põt dari pmũ. qꝛ tũc duo coꝛpora eẽnt simul in eodẽ loco. Nec scdm. qꝛ extra istũ mundũ nõ est dare aliquẽ realẽ locũ. vt pꝫ. iiij. phicoꝝ. vbi Aristo. reprobat Pitagorã qui infinitũ locũ seu spaciũ posuit extra supremũ celũ.
Solutio. Sed ꝑpter illa et ꝯsĩlia sophismata nõ ẽ limitãda infinita dei potẽtia.
Ad i Ideo ad pmũ dicendũ q esse simpliciter pfectũ dupl'r potest intelligi. Uno mõ absolute et omimode. Alio mõ in genere. Primo mõ nõ põt multiplicari. vt sic eñ solus deus ẽ pfectus. qui est vnus tm̃. vt patet. xij. metaph. Alio mõ pfecto simpl'r non repugnat multiplicatio. Plures eñ pñt esse substãtie. quarũ quelibet i genere ꝛ i specie sua est pfecta. Nõ licet vniuersum creatũ secũdo mõ dicat [illegible] pfectũ. tñ nõ pmo mõ. ꝛ ideo multiplicari sibi nõ repugnat.
Ad 2 Ad scdm dicendũ q ꝑprie loquẽdo vniuersũ nec ẽ vnũ numero nec vnũ specie. sed est vnũ vnitate ordinis reꝝ differẽtiũ specie.
Ad 3 Ad terciũ nego ꝯñtiaꝫ. qꝛ posset deus vnũ mundũ facere pfectioꝛẽ alio mũdo. ꝛ tunc primi motores supremoꝝ celoꝝ hmõi mũdoꝝ nõ distarẽt eque a pmo principio. s. ab ipso deo. Naꝫ prim⁹ motoꝛ supremi orbis nobilioris mũdi esset pfectioꝛ pmo motoꝛe alteri⁹ mũdi. ꝛ p ꝯsequẽs minus distaret a deo. Sꝫ posito q illi duo mũdi essent equalis pfectõnis. tũc phice loquẽdo oporteret predictos duos motores eque distare a pmo pncipio. qꝛ phi fm ꝑportionẽ orbiũ posuerũt proportionẽ pfectõis appropriatoꝝ motoꝝ. ꝛ iõ ꝑpter eq̃litatẽ celoꝝ illoꝝ eq̃liũ mundoꝝ motores eoꝝ essent equales. ꝛ [illegible] ꝯsequẽs a deo eq̃ distãtes. Cõcedẽdo igif q isti duo mũdi possint esse equales. tũc dico q scđa ps ꝯsequẽtis nõ est impossibilis. Ad ꝑbationez dico q de potẽtia dei absoluta pñt eẽ plures sepate substãtie solo numero differẽtes. vt in scđo ꝑbare libro. ij. dist. iij.
Ad 4 Ad quartũ dicendũ. q neutꝝ illoꝝ incõuenientiũ sequeref. Ad ꝑbationẽ dicendũ q terra alterius mũdi nullam inclinatiõem haberet ad centꝝ illi⁹ mũdi. sed haberet naturalẽ inclinationẽ ad cẽtrũ seu ad mediũ illius mũdi i quo creata eẽt a deo. ꝛ iõ nõ violẽter sed naturaliter quiesceret i medio eiusdẽ mũdi. Uñ si illa terra moueref versus centꝝ illius mũdi. tũc nõ descẽderet sed poti⁹ ascẽderet. quia nõ posset moueri versus cẽtrũ istius mũdi nisi moueref versus circũferẽtiã celi illius mũdi i quo esset creata. Mot⁹ aũt ad circumferẽtiã ꝑprie loquẽdo ẽ motus sursum. sicut a circumferẽtia ad mediũ ẽ motus deorsum.
Ad 5 Ad quintũ dicendũ q ille situs esset naturalis terre alteri⁹ mũdi. Ad ꝑbatõꝫ dicendũ q illa terra nõ esset supioꝛ celo istius mũdi. qꝛ sicut i isto mũdo accipif sursum ꝛ deorsum. supius ꝛ inferi⁹. p compationez ad ea q̃ sunt infra istũ mundũ ꝛ nõ extra. nã appropinquatio ad celi circumferentiã est esse sursum seu supius. sed appropinquatio ad cẽtꝝ est esse deorsum. sic eodẽ mõ esset in alio mundo si deus faceret aliũ mundũ.
Ad 6 Ad sextuꝫ dicendũ. q licet illud quod cõstat ex tota sua materia nõ sit plurificabile virtute naturalis agẽtis quod i sua actione materiã psupponit poterit tñ plurificari virtute diuina q̃ materiam simul cũ re materiali ꝑducit. ꝛ i sua actione nihil psupponit.
Ad 7 Ad septimũ nego mi

nore. Ad pbationē dicendū. q̄ posita alteri⁹ mūdi creatione. tūc nō fieret plura q̄d eque bñ fieret p pauciora. q2 sicut istud vniuersū est necessariū 7 nō superfluū p rebus isti⁹ vniuersi. sic illud vniuersum nō esset supfluū p

Ad 8 rebus illius vniuersi. Ad octauū dicendū q̄ fieret in alio loco. qui tamē locus nō pcederet illius mūdi pductionē. sed simul cū ipso mūdo deus hmōi locū pduceret. Sicut eñ productionē illius mūdi non pcessit aliquis locus realis in quo fieret ille mūdus. s3 deus simul pduxit locū 7 locatū. sic eodē modo fieret si deus aliū mūdū produceret. Nā sicut i isto mūdo aqua est locus terre. aer locus aq̄ ignis locus aeris. spera lune locus ignis. 7 sic ascēdēdo vsq3 ad supremū celū semp corpus circūdans est locus corpis circūdati. Cū autem puentū est vsq3 ad supremū celū. hoc nō dicet esse in loco sic q̄ sit in aliquo. cum extra ipm nullū sit corpus. sed si dicit esse i loco. h̄ solū dicet p tanto. quia ipm est circa aliquid. vt pat3. iiij. phisicoꝝ. sic eodē mō fieret d̄ alio

Ad pncipale argumentum. mūdo. si deus aliū mundū pduceret. Ad argumentū principale dicendū q̄ minor nō est vera. accipiēdo 9ceptū p simplici cogitatione eius. cui⁹ tñ nō possumus reddere sufficientē rationē. Ad probationē dicendū q̄ beatus Aug. ibi verā rationē intelligit cause assignatōem. Nō licet de⁹ oīa pduxerit quorum possum⁹ reddere rationē quare expediat ea esse producta. ex hoc tñ nō sequit quin deus multa possit facere que occurrūt nostre rationi. 7 de quibus nescimus reddere sufficientē causā. q2 deus plus potest facere q̄ nos possimus intelligere cū ratōis assignatōe. vt patet p Augu. in epl'a ad Volusianū. vbi sic ait. Demus igit deū aliquid posse quod nos fateamur nos iuestigare nō posse In reb3 eñ mirabilibus tota ratio facti est potētia facientis. Cū igit maior 7 eius pbatio solū sint vere accipiēdo cogitationē sine omni assignatione cause vel rationis. 7 sub hoc sensu minor est falsa. vt iam visum est. q2 posset homo cogitare vnū aliud vniuersū integratū ex tam nobilib3 creaturis. q̄ infima 7 ignobilior creatura illius vniuersi esset nobilior et pfectior nobiliori 7 pfectiori creatura istius vniuersi. 7 sic semp ascenderet in cogitatōe sua in perfectionibus creaturaꝝ illius vniuersi scd'm pportionē qua ascendit ab infima creatura istius vniuersi vsq3 ad supremū. quo facto nulli esset dubiū quin tale vniuersum esset melius 7 pfectius isto vniuerso. q2 totū constās ex nobilioribus et pfectioribus ptibus etiā equali manente ordine melius 7 pfectius esse videt. Ideo patet q̄ argumentū nō 9cludit. quia i quo sensu vna ppositionū suaꝝ est vera. i eodem sensu altera est falsa.

Distinctio quadragesimaquinta. 7 quadragesimasexta.

Iam de volūtate dei.

Postq̄ magister determinauit de diuina sciētia ac potentia. nūc in in ista. xlv. distinctione tractat de diuina volūtate 7 eius efficacia. Et diuiditur in duas ptes. Nam pmo tractat de diuine volūtat efficacia negatiue ostendēdo ipsā diuinā voluntatē nūq3 esse nō efficientē. Secūdo tractat de ipsa positiue. ostēdēdo ipsā semp fuisse 7 esse efficacē. distinctione. xlvij. ibi. Volūtas quippe dei. Prima in duas. q2 primo agit de voluntate diuina 7 eius efficacia. Secūdo circa hmōi efficaciā mouet quedam dubia. distinctōe. xlvi. ibi Hic orit questio. Prima in duas. Nā primo tractat d̄ voluntate diuina quasi diffinitiue seu descriptiue. Secūdo prosequit d̄ ea diuisiue. ibi. Hic nō est ptermittendū. Prima in duas. q2 primo agendo de diuina volūtate ostēdit q̄d sit Secūdo innuit quantū possit. ibi Hec itaq3 summe bona. Et hec diuidit in duas. Quia primo pmittit diuinā voluntatē esse tante efficacie q̄ ipsa nullā causā habet supra se. 7 ipsa est causa omniū. Secūdo probat intētū. ibi. Volūtas ergo dei. Sequit illa pars. Hic nō est ptermittendū. Et diuidit in duas partes. Naz primo pmittit hanc diuisionē q̄ dei volūtas quādoq3 accipit pprie. quādoq3 impproprie. Et prosequit istius diuisionis partem primā. Secūdo subdiuidēdo prosequit secundā. ibi. Aliquādo vero. Et hec in tres. Quia primo voluntatē dei improprie dictā accipiendo dei voluntatē p his que sunt signa voluntatis sue. diuidit in quinq3 membra. que sunt preceptio. prohibitio. consiliū. pmissio 7 opatio. Secūdo psequitur coniūctim de primis tribus. Et tercio psequit simul de duobus sequētibus. Secūda ps ibi. Iō autē preceptio. Tercia ibi. Permissio quoq3

Sequit distinctio. xlvi. Hic orit questio 7c. Et diuidit in duas partes scd'm q̄ circa diuine voluntatis efficaciā duo dubia mouet. Quoꝝ primū est. vtꝝ deus velit aliq̄d bonū

fieri qđ tamē nō fiet. Scđm vtrū deus nolit aliquod malū fieri quod tamē ɔtra dei volūtatē fiet. Primo ergo prosequit᷑ primū dubium. Secūdo secundū. ibi. Ideoq; cum constet. Prima i duas. Nā primo arguit dupliciaucto͛itate ꝙ diuina volūtas nō semp implet᷑. Secūdo ostēdit qualiter hmōi argumētis respondet᷑. ibi. Sed audiamus solutōez.

Sequit᷑ illa pars. Ideoq; cū cōstet. Et diuidit᷑ in duas partes. Nā primo circa predictū dubiū recitat magister duplicē opinionē. Secūdo ɔsentiēdo vni opinioni ponit suaz determinatōem. ibi. Si quis diligēter. Prima in tres. Nā pmo vtrāq; opinionē recitat Secūdo motiua vtriusq; opinionis insinuat. Tercio motiuū illius opinionis quā non tenebit: destruit ⁊ īfirmat. Secūda ibi. Qui em̄ dicūt. Tercia ibi. Q, pō Aug. ait. Sequit᷑ illa ps. Si quis diligēter. Et diuidit᷑ i tres ptes. Nā pmo ꝙ deus nō velit fieri mala triplici rōne ɔcludit. Secūdo ɔtra ɔclusā veritatē obijcit. Et tercio hmōi obiectōez tollit. Scđa ibi. Iā sufficiēter. Tercia ibi. Quibus facile. Circa istas duas distinctōnes quero hanc questionē.

Vtrū volūtas dei sit immediata causa creaturaꝝ. Et videt᷑ ꝙ nō. Quia illud qđ ē omino imutabile non pōt ēē immediata cā effect⁹ mutabil'. sed volūtas diuia ē oīno immutabil'. ⁊ ois creatura ē mutabilis. ergo ⁊c̄. Cōtra. volūtas artificis ē īmediata causa eoꝝ que ab eo ꝓcedūt per modū artis. sed omnes creature ꝓcedūt a deo per moduz artis. Maior patet. vi. metaph. vbi dicit᷑ ꝙ pncipiū artificiatoꝝ ē volūtas. Minor etiā patet. qꝛ verbo diuino oīa sunt ꝓducta. De ipso em̄ dicit᷑ Ioh. i. Omīa p ipm facta sunt: ⁊ sine ipso factū est nihil. Sed vbū diuinū est ars diuina. Iuxta qđ Aug. vi. de trini. ca. vlti. ait de verbo diuino. ꝙ ē ars omīpotētis atq; sapientis dei plena rationuz oīm viuētiū. Patet etiā illa minor Sap. vij. vbi dicit᷑ de deo. ꝙ est oīm artifex ⁊c̄. Hic qttuor sunt vidēda. Primo vtꝝ i diuis sit volūtas. Scđo de eo qđ querit᷑. Et hoc qꝫtū ad dist. xlv. Tercio vtꝝ deus velit mala fieri. Et quarto vtꝝ bonū sit mala fieri. Et hꝫ qꝫtum ad dist. xlvi.

Articl's 1 Quātuz ad primuz articulū. vtꝝ in diuis sit volūtas. dico ꝙ volūtas nō solum virtualiter verūetiā formaliter ponēda est in deo. Quia illud quod dicit pfectōem simpl'r formaliter est i deo. vt testātur omnes sancti doctores. Sed volūtas dicit pfectōem simpliciter. qꝛ cū sit potētia essentialiter libera. in quocunq; repit᷑ melius est ipm qꝫ nō ipm siue ipm pfectius īuenit᷑. hec est em̄ conditio pfectionis fm Ansel. P. sicut cognitionē sensitiuā sequit᷑ appetitus sensitiuus. sic cognitōem intellectiuā sequit᷑ appetitus intellectiu⁹ siue volūtas. sed deus habet cognitionē intellectiuā. ergo ⁊c̄. P. vbicūq; repitur delectatio cuz libertate ibi vere repitur voluntas. Quāuis em̄ bestie delectent᷑. qꝛ tamē magis ducunt᷑ suis delectationibꝫ qꝫ eas ducant. ⁊ magis agunt᷑ qꝫ agant. ideo carentes libertate nō sunt domini sui actus. nec p ɔsequēs habent voluntatē. Sed deo cōuenit summe delectari cū libertate. Cum em̄ delectari magis consistat i immobilitate qꝫ i motu. vt dicit᷑. vij. ethicoꝝ. deus q̄ immobilis ē p se ⁊ p accidēs. ⁊ ab intra. vt patet. viij. phisicoꝝ. ⁊. xij. metaph. maximas hꝫ delectatōes. Propter qđ dicit᷑. vij. ethicoꝝ. Deus sp vna delectatōe gaudet. Et. xij. metaph. dicit᷑. ꝙ intelligere diuinū est valde voluptuosum. Et ideo deus pfectissime habet volūtatē. fm Dama. li. iij. ca. xiiij. Angelis aūt ⁊ hoībꝫ conuenit volūtas fm ꝙ sunt imago diuine nature. q̄ est voluptuosissima ⁊ arbitrio libera P illud quod est de integritate ⁊ pfectione intellectualis nature vere repit᷑ in deo. voluntas ē hmōi. Maior pꝫ. qꝛ natura diuia ē pfectissime intellectual'. Minorē pbo. qꝛ nō min⁹ volūtas que ē appetitus intellectiu⁹ est đ integritate intellectualis nature qꝫ appetitus naturalis sit de integritate nature cognitōe carentis. vel appetitus sensitiu⁹ de integritate nature sensitiue. sed nō esset pfecte graue qđ naturaliter nō appeteret esse deorsum. nec eēt perfecte sensitiuū qđ nihil appeteret fm sensum. g̃ nō eēt natura pfecte intellectual' q̄ careret volūtate q̄ appetit᷑ aliq̄d fm noticiā intellectiuā

Sed forte dicet᷑ ꝙ de rōe volūtatis ē ꝙ moueat mota. vt patet. iij. de aīa. ipsa em̄ pus mouet᷑ a bono appetibili qꝫ aliq̄d moueat᷑ ab ea. sed deus oīa mouet ⁊ a nullo mouet᷑ Iuxta illud Boetij. Immot⁹ in te manēs das cuncta moueri. Rn̄deo ꝙ illa maior nō ē vera nisi de tali volūtate q̄ mouet ꝓpter aliquez finē distinctū a se siue extrinsecū. Sic aūt nō ē de deo. Ipse em̄ oīa mouet. nō ꝓpter aliq̄d acquirendū tali motu. sed ꝓpter sui ꝓꝓiā bonitatē. g̃ instātia nō valet.

Margin notes (right column): 1, 2, 3, 4, Instantia, Solutio.

Articl's 2 **Quantuȝ ad secun**dum articulū. vtrum volūtas dei sit immediata causa creaturarū. pono duas ↄclusiones.

Cōcl'o 1 Prima est ꝙ volūtas dei est cā omnis creature. Quia quicqd ꝓcedit ab aliquo agente libere. illius causa ē volūtas ꝓducētis. sed oīs creatura ꝓducitur a deo libere. ergo ꝛc. Maior patet. qꝛ libertas ē pͥncipalis ꝓprietas volūtatis. ergo qđ ↄuenit alicui oīno libere hoc rōne volūtatis videt sibi ↄuenire. Minor patebit infra libro. ij. dist. i. Et hec est intentio beati Aug. ad Orosium. vbi ait. ꝙ omnis creature cā est volūtas dei. Patet etiā illa conclusio hic in lr̄a multis auctoritatib9.

Instantia 1 Forte dicet ꝙ illa ratio nō ↄcludit. qꝛ causa ↄtingēs ꝛ libera nō potest esse cā efficiēs necessarij. Sed vt dicit illa ratio. deus ꝓducit illas creaturas libere. ꝛ ꝑ ↄsequēs ↄtingenter. et multos effectus necessarios videmus ī creaturis. ergo si deus ē causa libera. sequit ꝙ nō sit cau oīs creature. ac etiaȝ volūtas diuia. cui9 vt dictū est ꝓprietas ē ipsa libertas nō erit causa oīs creature. et sic ex vi p̄dicte rationis sequit oppositū intēte ↄclusionis.

2 P. si voluntas diuina ē cā oīm creaturaȝ. tūc vl' est causa sufficiēs vel insufficiēs. Nō sufficiens. qꝛ posita causa sufficiēte semꝑ ponit effect9. ꝛ sic ab eterno fuissent creature sicut ab eterno fuit volūtas diuia. Itē posita causa sufficiente frustra poneret alia causa. ergo si voluntas dei eēt sufficiens causa omniū creaturarū. tunc omnes alie cause frustra ponerētur. quia penit9 essent superflue. Nec potest poni secundū. quia nulla insufficiētia potest esse in volūtate diuina. ergo ꝛc.

Solutio Ad 1 Ad primū dicendū ꝙ licet aliqui effectus in creaturis sint necessarij ꝑ compationē ad cās secūdas que hmōi effectus non p̄nt impedire. tn̄ nullus effectus ē adeo necessarius qn̄ ꝑ compatōem ad diuinā voluntatē sit ↄtingēs. et possibilis aliter se habere. qđ bn̄ patuit tpe Josue qn̄ voluntate diuina sol stetit ī medio celi. et nō mouebat spacium vnius diei. Patuit etiā tpe Ezechie quādo sol retrocessit decē gradib9. ꝛ in multis alijs exemplis sacre scripture. que longū nimis esset enarrare. Ex quo patet ꝙ nō obstāte ꝙ deus sua voluntate libere et ↄtingenter ꝓducat omne quod ꝓducit ad extra. tamē sua libera voluntas est causa oīs creature. quia omnis creatura est ↄtingēs ꝑ compationem ad diuinam voluntatē.

Ad 2 Ad scđm dicēduȝ ꝙ volūtas diuina est causa sufficiēs. Ad probationē primā in ↄtrariū dicendū. ꝙ qn̄ cā q̄ causat ex necessitate nature ē sufficiēs. tūc posita cā immediate ponit effectus. Sed qn̄ ē libera ꝛ volūtaria. tūc q̄uis hmōi cā sit sufficiēs. tn̄ nō est necesse vt effectus semꝑ sit qn̄ ē hmōi causa. sed sufficit ꝙ ipse effectus sit ꝑ illa mēsura ꝑ qua hmōi causa vult talē effectū esse. sed volūtas diuina ab eterno voluit creaturā eē ī tpe. ergo ꝛc.

Instan Forte dices ꝙ volūtas diuina vel voluit ab eterno creaturā eē. vel non voluit creaturā ab eterno eē. illa patet ꝑ extrema ↄtradictōis. Si dat primū. tūc fm illaȝ solutiōȝ videt esse ↄcessum ꝙ creatura fuerit ab eterno. Si scđm. tunc sequeret ꝙ deus aliquid vellet in tpe quod nō voluit ab eterno. cui9 oppositū ostendet in q̄stiōe ꝓxima sequēti.

Solu Rn̄deo ꝙ deus ab eterno voluit creaturā esse. nō tamē ꝑ eterno sed ꝑ tpe determinato. ꝛ ideo ex vi diuine volūtatis seu diuie volitōis nō oportuit creaturā esse ab eterno. sed solū in tpe. Illa tn̄ magis apparebūt infra circa pͥncipiū scđi libri. Ad scđam ꝓbatōem dicēdū ꝙ alie cause nō supfluūt. qꝛ ī eaȝ actione diuina bonitas declarat quā deus voluit libere causis scđis cōicare. q̄uis ipse solus oīa posset si vellet ꝓducere et gubernare.

Cōcl'o 2 Secūda ↄclusio est. Volūtas diuina ē causa immediata oīs creature. Quia cā ꝓducēs totū effectū est hmōi effectus causa immediata. sȝ voluntas diuina ꝓducit totum effectū in ꝓductione cuiuscūqȝ creature. Maior p3. qꝛ effectus a nullo immediatius attingit q̄ȝ ab eo a quo totus ꝓducit. Minor etiā patet. qꝛ q̄uis cause secūde i aliquibus effectibus cooperent deo siue volūtati diuine. tn̄ illud idem quod ab eis ꝓducit intimius ab ipso deo attingitur. et ꝑfectius a deo ꝓducit q̄ȝ ab ipsis secūdis causis. Attingit em̄ a fine vsqȝ ad finem fortiter. ꝛ dispon it omnia suauiter. vt dicit Sap. viij.

Secūda Sed ↄtra illā ↄclusionē vident esse due solēnes opiniones. Quarū vna ponit ꝙ deus licet sit causa rerum ꝑ intellectū ꝛ voluntateȝ. tamen immediatius intelligit esse causa ꝑ intellectū q̄ȝ ꝑ voluntatē. Quod

1 probat sic. Exemplar factiuū immediatius attigit effectū. q̄ȝ causa que applicat ipm ad effectum. sed idea que se tenet ex parte intellectus diuini est exemplar factiuū. ꝛ volūtas diuina hmōi exemplar applicat ad effectū. ergo ꝛc. Maior patet. qꝛ licet imago existens in pariete ad cuius similitudinē pictor aliaȝ depingit imaginē nō se habeat immediate

atius ad effectuꝫ depictū quasi manus picto
ris. tamē sigillū cere impssuꝫ immediatius se
habet ad effectū in cera causatuꝫ q̄ manus q̄
imprimit ipm. cuius tota ratio est. quia ima
go parietis nō erat exemplar factiuū respectu
imaginis picte. sicut imago sculpta in sigillo
est exemplar factiuū respectu imaginis impssi
se ipsi cere. Minor patet ꝫm oēs doctores.
2 Pr. res opposite modo comparantur ad intel
lectum nostrū ⁊ ad intellectum diuinū. quia
sciētia intellectus nostri causat̄ a rebus. sed sci
entia intellectus diuini ē causa rerum. vt ait
cōmentator. xij. metaphice. Sed i nobis p
mo fit motus a rebus ad intellectuꝫ. et medi
ante intellectu ad voluntatem. ergo ecōuerso
ꝫm nostrū modū intelligēdi in diuinis mo
dus causandi res ē quasi quidā motus a vo
luntate ad intellectū. deinde ab intellectu ad
3 exteriores existentias rerū. Pr. illud quo p
ductū assimilat̄ producēti illo pducēs imme
diatius se habet ad effectū ⁊ immediatius p
ducit. quia vnūquodqꝫ pducit sibi silr̄ inqꝫ
tum potest. Sed creature potissime assimilā
tur deo q̄tum ad rationes ideales que perti
nēt ad intellectū diuinū ⁊ nō ad voluntateꝫ.
ergo ⁊c. Sed istis nō obstātibus teneo cō
clusionē primā. Et anteqꝫ istis motiuis respō
deam: possuꝫ ɔtra hanc opinionē arguere sic
1 Illud cuiꝰ actus sic se habet ꝙ ipo posito omi
no sequit̄ rerum productio: hoc immediatiꝰ
se habet ad rerū pductiōem q̄ illud cuiꝰ actu
posito potest nō sequi rerū pductio. Sed po
sito actu volūtatis diuine. puta ꝙ deus velit
creaturā producere. tūc necessario sequit̄ pro
ductio creature. et posito actu intellectus nō
sequet̄ necessario rerum pductio. Naꝫ deus
multa scit pducere que nunqꝫ producent̄. ta
mē omnia que deus vult pducere omino pro
2 ducent̄. ergo ⁊c. Pr. in ordinate se habenti
bus p moduꝫ mediꝫ ⁊ extremorū plus distat
extremū ab extremo q̄ extremū a medio. Sꝫ
in agente libere ⁊ a pposito velle est mediū in
ter scire ⁊ opari. Et deus in pductione creatu
re agit libere ⁊ a pposito. ergo velle suū imme
diatiꝰ se habet ad pductionē creature q̄ suū
scire. Maior patet. Probo minorē. patet em̄
ꝙ opari est vltimū. ⁊ p ɔsequēs vnū extremo
rū. in agēte em̄ a pposito opari p̄supponit vel
le ⁊ scire. quocunqꝫ em̄ illoruꝫ deficiente illud
nō esset pfecte agens a pposito. sed velle p̄sup
ponit scire. quia bonū cognitū est obiectū vo
luntatis. ergo patet ꝙ velle mediat inter scire
3 ⁊ opari. ⁊ p consequens habet̄ intentū. Pr.

qualē ordinē realē habent aliqua in his in q̄
bus differunt realiter. talem ordinē rationis
habent in his vbi differūt ꝫm rationē. Sed
in nobis actus volūtatis realiter differēs ab
actu intellectus immediatiꝰ se habet ad opa
tionē artis q̄ actus intellectus. vt patet p ari
sto. vi. metaph. ⁊. iij. de anima. Etiā Algazel
in metaphica sua tractatu. iiij. expsse dicit ꝙ
volūtas immediatius mouet q̄ intellectus.
ergo in diuis vbi volūtas ⁊ intellectus soluꝫ
differūt ratione: volūtas immediatius se ha
bet ad opus productōnis ad extra q̄ intelle
ctus saltē ꝫm rationē. Ad primā illaꝫ rati
onū dicendū ꝙ maior nō est vera. qr p̄suppo
nit falsum. s. ꝙ aliquod exemplar sit factiuū.
Nullū em̄ exemplar retinēs rationē exempla
ris est factiuū. Exemplar em̄ est ad quod re
spiciens artifex producit simile sibi. Ad p
bationē dicendū. ꝙ cū imprimit̄ sigillū in ce
ram. tunc figura sigilli non se habet vt exem
plar. sed potius se habet vt instrumentū imp
mentis. Sicut em̄ mediāte acutie ipsius se
curis artifex diuidēdo partes cōtinui indu
cit aliquam formā. cuiꝰ forme exemplar non
est securis. q̄uis sit instrumentū artificis. sic
cum diuidit̄ cera p impressioneꝫ sigilli. sigil
lum nō debet dici exemplar figure in cera. q̄
uis legitime possit dici instrumentū ipsius
imprimētis. Si em̄ esset exemplar. tūc opor
teret ꝙ sigillator faciendo figurā in cera respi
ceret figurā in sigillo. ⁊ ad instar seu similitu
dinē sigilli cum aliquo instrumēto sculperet
ipsam cerā. ⁊ tūc de plano pateret ꝙ sigillum
nō esset factiuū. nec immediatius attingeret
cerā q̄ manus ipsius sculpentis. Cū autē im
primit̄: tunc cōcedo ꝙ sigillū sit factiuū. non
tamē est exemplar. sed est instrumentuꝫ. Si
em̄ cecus imprimeret sigillū. nihil minus ce
ra figuraret̄. ⁊ tamen patet ꝙ cecus in tali im
p̄ssione nō vteret̄ sigillo tanqꝫ forma exempla
ri. quia nō posset sigillū inspicere. Etiā mi
nor nō est vera. quia idea in mente diuia nō
est pprie loquendo factiua. sed ē illud quod
deus aspiciens ad eius similitudinē libera vo
luntate pducit ad extra illud qd̄ creat. Ad
scdaꝫ dicendū ꝙ q̄uis res opposito modo se
habeant ad deum ⁊ ad nos q̄tum ad ipm sci
re. eo ꝙ scientia dei causet res. nostra autē cau
set̄ a rebus. tamē supposito ipso scire tunc ali
quo mō silr̄ se habet deus ad producendū res
creatas. ⁊ nos ad producenduꝫ res artificia
tas. quia vtrobiqꝫ volūtas est hmōi produ
ctorū principiū immediatū siue immediatiꝰ

Cōtra got fridum.

Solutio. Ad 1

Ad 2

q̄ ipse intellectus. Etiā minor deficit. quia cū bonū cognitū sit obiectū volūtatis. ḡ act⁹ volūtatis pšupponit actum intellect⁹ saltē ꝑm nostꝝ modū cognoscendi. ꝛ ꝑ ꝯñs tal' motus quē isti fingūt ī diuis. nō pōt sic incipe ex pte volūtatis. ꝙ excludat volūtatis imediatōem q̄tū ad rex ꝑductionez. Ad terciā dōm ꝙ maior deficit tā ī naturalibꝫ q̄ ī artificialibus In naturalibꝫ q̄dez. qꝛ fili⁹ magis assilat pr̄i q̄ semi. q̄uis semē īmediati⁹ se habeat ad generatōem q̄ ipse pater. Deficit etiā ī artificialibꝫ. qꝛ in artificialibꝫ artifex assilat ꝑductuz ipsi exemplari. ꝛ tn̄ exemplar nō ꝯtingit imediate ipm effectū ꝑductū ꝑ se loquēdo. nisi h̄ fieret ꝑ accidēs. vt pꝫ ex p̄dictis. Scd̄o ꝯ p̄dictā ꝯclusionē est alia solēnis opinio q̄ ponit ī diuinis p̄ter intellectū ꝛ voluntatē potentiā executiuā qua deus immediate producit oīe illud qd̄ ad extra ꝑducit. Sed ne ad ꝑñs nimis ꝑlixe teneā. ideo recitatiōez rōnū isti⁹ opiniōis differo vsqꝫ ad. viij. dist. secūdi libri. ibi intēdo tractare de potētia executiua. quā isti doctores ponūt in angelis p̄ter intellectū ꝛ voluntatē. ꝛ tūc ea que hic omitto plenius recitabo.

Ad 3

Opi. henr. de gan.

Di. xlvi. Artic'ls 3

Quantuz ad terci

um articulū. vtrum deus velit mala fieri. sciēdum ꝙ duplex est malū. s. malū culpe. ꝛ malū pene. Et ꝑm hoc pono duas ꝯclusiōes. Prima est ꝙ deus nō vult fieri malū culpe. Quia idem est fieri deo auctore quod deo volēte. vt ait Aug. in libro. lxxxiij. questionū. Sꝫ deo auctore nō fiunt mala culpe. vt ait ibidē Augus. ergo nec deo volente. P̄. deus nō pōt esse malus. ergo deus nō vult fieri mala. Añcedēs patet. qꝛ ipse ē eēntialiter bonus. Propter qd̄ dixit xp̄us ī euangelio. Nemo bonus nisi solus deus. Probatio ꝯñtie. qꝛ qui vult malū culpe ille malus est. sed ille qui vult fieri malū culpe ille vult malū culpe. ḡ a destructione cōsequētis si deus nō potest esse mal⁹. sequit̄ ꝙ nō velit fieri aliquod malū culpe.

Cōclo 1
1
2

Opi. ꝯ cō clusionem
1

Sed ꝯtra illud est quedā opinio quā magister recitat ī ista. xlvi. dist. q̄ ponit ꝙ q̄uis deus nō velit mala. tamē ipse vult fieri mala Quia sicut deus nō scit falsuz. qꝛ scia ē veroꝝ. ꝛ qd̄ nō est nō ꝯtingit scire. vt dicit̄. i. posterioꝝ. tn̄ ipse scit aliqua esse falsa. qꝛ aliqua esse falsa est verꝫ. sic deus nō vult malū. qꝛ nō potest velle nisi bonū. tamen ipse vult esse malū seu fieri malū. qꝛ esse malū seu fieri maluz est bonuz. quia est occasio multoꝝ bonoꝝ. P̄. 2

fecta possessio. Dato ergo q creatura ab eter/
no fuisset. adhuc posset eẽ variabilis. quia eẽ
simpliciter inuariabile est solũ de ratõne eius
cuius propria mẽsura est eternitas ppriẽ di/
cta. Per hoc patet etiam ad secũdũ Ad Ad.2.
terciũ dicendũ q ibi equiuocatur de pricipio. Ad.3.
nam de ratõne eterni est nõ habere principiũ
duratõnis. sed de ratõne creature est habere
principiũ originis seu factõis. sed habere pn
cipium originis et factõis. et nõ habere prĩn
cipiũ duratiõis ista nõ cõtradicunt. ergo rc.
Ad dictũ augustini dicendũ q si creatu/ Ad.4.
[redacted] bene fuisset ab eterno. tamẽ non fuisset deo
coeterna pprie. quia ei⁹ duratio nõ fuisset to
ta simul. Damas. vero loquiẗ de creatura fm
q fides ponit eã esse a deo productã. puta fm
q eius nõ esse precedit suum eẽ. et ideo notan
ter dicit. q ex non esse ad esse deducitur.
Ad quintũ dicendũ q antecedẽs est fal/ Ad.5.
sum. Ad pbatõnem dico. q si mund⁹ fuis/
set ab eterno. tunc mundi creatio non fuisset
mensurata instanti tẽporis. sed instãti ipsius
eui. quod vnũ existens correspõdet toti tem
pori. Unde nõ omnis mutatio mensuratur
instanti tẽporis. sed solũ mutatio proprie di/
cta. q̃ sc3 termiat motũ vel intrinsece. vt dal
batũ esse ẽ termin⁹ dealbatõis. vł extrinsece. sic
illuminatio aeris seqtur motũ localẽ solis sug

nostrū emisperiū. Cū ḡ creatio nec sit motus
nec mutatio ꝓprie. quia non sequitˀ aliquem
motum. sed est simplex emanatio. ideo sua
mensura propria non est instans temporis.
Ad.6. Ad sextū dicendū ꝙ licʒ infinito vt infini
tū nō possit fieri additio. tamē si īfinitū ex ali
qua sui pte fuerit finitū ex illa parte p̄t cape/
re additōem. ergo si mūdꝰ fuisset ab eterno q̄ꝫ
uis ex pte ante nō posset celi reuolutōibus fie
ri additio. posset tm̄ fieri ex pte post. quia ex il
Ad.7. la parte nunq̄ꝫ eēnt infinite. Ad septimuꝫ
dicendū ꝙ in tali infinito qđ ex vna parte est
finitū p̄t sumi maioritas et minoritas nō ra/
tōe sue infinitatis. sed rōne sue finitatꝫ. Nec
obstat quod inducitˀ de reuolutōnibꝫ solis et
lune. quia infinita multitudo numeroꝝ con/
stat ex infinitis cētenarijs et infinitis denarijs
ꝛ tamē cētenariꝰ cōtinet decē denarios. Dicē/
dū est ergo ꝙ esse simplū vl' decuplū seu duo/
decuplū et cetera sil'ia non cōueniūt alicui ■
tōe infinitatis. sed ratiōe finitatis. et ideo si ex
hmōi ꝓportōibus arguitˀ aliq̄d in ip̄o infini
to cōmittitˀ fallacia cōseq̄ntis. Unde ex ꝓpor
tione partiū nō p̄t argui ꝓportio in toto. nisi
hmōi partes sint ꝓportionate ip̄i toti. et ideo
licʒ duodecies tot sint reuolutōes lune quot
solis. ex hoc tm̄ nō arguitˀ aliq̄ ꝓportio in tem
pore infinito. puta ꝙ sit duodecuplū ad seip/
sum. quia duodecim ꝛ vnū nō sunt ptes ꝓ/
Ad.8. portionate alicui toti infinito Ad octauuꝫ
dicendū ꝙ ordo prioris et posterioris bn̄ po/
terit stare cū ꝓcessu in infinitū. Nam binari
us est prior ternario. et sic de alijs numeris. et
tm̄ in speciebꝰ numeroꝝ est ꝓcessus in infini/
tum. Etiam prioritas et posterioritas in ac/
cidētaliter ordīatis nō impedit ꝓcessum in i/
Ad.9. finitum. et sic est in ꝓposito. Ad nonum
dicendū ꝙ q̄ꝫuis ille qui trāsire incipit ■ pos
sit īfinita ptrāsire. sine tm̄ initio duratōis pos
Ad.10. set aliq̄s īfinita ptrāsire. ꝛc̄ ē ī ꝓposito Ad. x.
dicendū ꝙ q̄ꝫuis obliuio nō ꝓprie cadat ī an
gelo. angelus tm̄ non intelligit simul quecū/
q̄ꝫ vnq̄ꝫ intellexit. sed desinit has res intellige
re cū alias incipit cōtēplari. cum sit finite vir/
tutis. et ideo si mūdus fuisset ab eterno ange
lus nunq̄ꝫ posset intelligere tot dies siue reuo
lutiōes quin posset intelligere plures. nunq̄ꝫ
Ad.11. tm̄ simul intelligeret infinitas. Ad vndeci
mū dicendū ꝙ q̄ꝫuis ẜm hūc ordinē quē pro
nunc credimus a deo institutū opinio plato
nis de aiaꝝ circulatōe sit erronea. tamē si mū/
dus fuisset ab eterno. tūc vl' deus aīas circula
riter corporibꝰ tradidisset. vl' hominē in tem/
pore creasset. Posset etiā dici ꝙ non essent
infinite anime. dato ꝙ quilibet homo habe/
ret suā animā. quia q̄ꝫuis homo creatus fuis
set ab eterno. nō genuisset tm̄ filiū nisi in tēpo
re. et ideo eternitate vl' duratōne coexistente
ip̄i eternitati et per cōseq̄ns duratōne infinita
p̄cessisset filiū quē in tēpore genuisset. a quo
quidē filio quia tēporalis esset. et infinita du
ratōe posterior suo patre. vsq̄ꝫ ad hūc homi/
nem nō fuisset infinitꝰ trāsitus. nec ■ conse/
quens infiniti hoīes ī medio fuissent Pos
set etiā dici ꝙ si deꝰ mundū ab eterno ꝓduxis
set quantū ad creaturas incorruptibiles. cor/
ruptibiles tamē creaturas ꝓduxisset in tēpo/
re. Posset etiā cōcedi cōseq̄ntia. q2 cōseq̄ns
non est impossibile. sicut patebit infra articu
lo quarto. ꝯclusione q̄ta. Etiā dato ꝙ deꝰ
celū ꝓduxisset ab eterno. potuit tm̄ motus ce/
li incipe in tpe. et sic dicēdo cessarent mlte ar/
gumentatōes que fiūt in ista materia. Ad Ad.12.
duodecimū dicendū ꝙ si deus mouisset celū
ab eterno. tunc q̄ꝫuis om̄is dies p̄terita fuerit
futura. nō posset tm̄ signari aliqđ instans in
quo omnes dies fuissent futuri. quia in infi/
nitis nō potest assignari primū. sicut ḡ cū ali
quis vertit rotam. q2 sunt ibi infinita muta/
ta esse. ideo nō potest assignari primuꝫ. sic in
ꝓposito ꝛc̄. Ad. xiij. dicendū ꝙ omni die Ad.13.
deus potuisset vnū lapidē creasse. nō potuis/
sent tamen hmōi lapides omnes in esse cōser
uari. nō ꝓpter impotentiā dei. sed ꝓpter repu
gnantiā ex parte effectus. sicut quidā dicunt.
Istud tm̄ conseq̄ns mihi nō videtˀ impossibi
le. vt patebit articulo q̄rto. Ad. xiiij. dicē/ Ad.14.
dum ꝙ licet illud qđ semꝑ habʒ esse nō pos/
sit fieri per motū et trāsmutatōem. sibi tamē
nō repugnat habere principiū sui esse a quo
originatur per simplicē emanatōnem Ad Ad.15.
. xv. est dicendū ꝙ non est simile de materia.
quia si materia ab eterno fuisset. tūc sub aliq̄
esse fuisset a quo nō potuissʒ denudari. et alio
esse ꝑfici sine innouatōne. et ideo illud secun/
dū esse esset nouū. nec esset eternū. quia ipsuꝫ
precederet aliud esse. creatura autē si de nihi/
lo ab eterno fieret. solū suū creatorē presuppo
neret. qui ip̄am creaturaꝫ p̄cederet naturali
prioritate siue origine. et nō duratōe. ḡ ꝛc̄.

Quātū ad tercium

Terciꝰ ar/
culus.

articulū ꝓpter errorē aliquoꝝ phoꝝ ponā du
plicē cōclusionē. Prima ē ꝙ deus nō ꝓdu/
cit creaturas ex n̄citate natali Scđa ē ꝙ eas

pducit mera libertate siue libera voluntate.
Pria con/clusio Primā pbo sic. Si deus creaturas pdu/
ceret ex necessitate nature. tūc vl' solam vnam
1 pfectissimā pduceret. vl' si plres pduceret oēs
essent equalis ⁊ eiusdē pfectōis et dignitatis.
falsitas cōseqntis ad sensum patz. pbo ɔseqn
tiam. quia agēs de necessitate nature agit non
qntū vult sed qntum pt. cū agat tota sua vir
tute. et ideo nō pducit vno tpe effectū magis
pfectum q̄ alio tpe nisi sua potētia sit minus
efficax vno tpe q̄ alio. vl' materia sit min⁹ dis
posita in vno tpe q̄ in alio. cū g° vigor diuine
potētie sit penitus immutabil'. nec materiam
seu materie dispositōez in sua actōe psuppo/
nat. ergo semp idē et eodez mō pduceret si ex
2 necessitate nature pduceret P. effect⁹ neces
sarius alicui⁹ agētis. aut ē simpliciter finis ei⁹
aut necessario reqrit p consecutōe finis. sed ef
fectus creat⁹ nec est finis dei. nec necessario a
deo requirit vt suū finē consequtur. q2 etiaz fm
mūdanos phos deus est sibiipsi finis. sicut g°
seipm nō consequit mediāte creatura: sic nec
3 finē suū. P. si deus pduceret mūdū ex neces
sitate. tūc mūdus fuisset ab eterno. cōsequens
est falsum. vt patuit in pmo isti⁹ qstiōis arti
culo. patet ɔseqntia. q2 agēs ex necessitate cū
agat quantū pt. et fm vltimū sue virtutis. i/
mediate suū effectū pducit et subito. nisi ali/
quaz resistentiā patiat. infinita autē dei potē
Contra tia nullam ab eterno habuit resistētiā Sz
1 contrarium isti⁹ multi philosophoz tenuerūt.
et posset pbari sic. Illud qd imutabiliter agit
hoc ex necessitate nature agit. sed deus i omni
sua actiōe est imutabilior qbuscūq3 agentib⁹
creatis. ex quibus tñ plura ex necessitate na/
ture dicunt agere ppter sui imutabilitatez. g°
2 ⁊c. P. arguit Auicēna sic. Nulla disposi/
tio noua pt deo aduenire. sed si nō ageret de
necessitate nature. tūc noua sibi aduenirz dis
3 positio P. deus vult qd vult ex necessita/
te. quia nō potest nō velle quod vult. g° agit
quod agit ex necessitate nature. etiā dato q a/
4 gat per voluntatē. P. vbi natura et volun
tas sunt penitus idē. nō potest aliqd fieri vo
luntate quod nō fiat naturali necessitate. sed
in deo natura et volūtas sunt penitus idē. er/
5 go ⁊c. P. a sūmo necessario nō fit aliquid
nisi ex necessitate. sicut etiā a sūmo bono nō po
test fieri nisi bonū et bene. sed deus purissimaz
habz necessitatē essendi. cum ipe a nullo depē
deat. et omnia alia ab ipo. Maior ptz. quia
mod⁹ agendi sequit modū essendi. P idē
6 potest argui ex dictis theologorū. Quia qd
agit sine rōne pelectōe videtur agere ex ne/
cessitate nature. deus est hmōi. quia vt ait di
onysi⁹ de diuis no. c. iiij. sicut sol nō rōcinans
neq3 peligens omnib⁹ cōmūiter iuxta suaz ca
pacitatē radios sue claritatis imittit. ita diui
na bonitas essentiā suā omnibus existentib⁹
pporcionabiliter suā bonitatē infundit P 7
Aug⁹ de doctrina christiana dicit. q quia de⁹
bonus est sum⁹. cū ergo ipe necessario sit bon⁹
ergo necessario facit nos esse igit ⁊c. Sed Solutio
ista non cōcludūt. Ergo ad primū dicendū. Ad.1.
q maior est falsa. nā nullū agens ex necessita
te nature agit imutabiliter. ergo nullū agens
imutabiliter seu sine sui mutatiōe agens agit
ex necessitate nature. cōsequentia patz. quia
vniuersalis negatiua cōuertit simpliciter. vt
patet pmo prioz. Añcedēs pbo. quia omne
agens ex necessitate nature est agēs naturale.
quod distinguit contra agēs a pposito. sz oē
agens naturale agēdo repatit. vt patet primo
de generatōne. et que ampli⁹ non mota mo/
uent. nō amplius sunt phisice cōsideratōis.
vt dicit. ij. phisicorū. ergo nullū agēs natura
le agit imutabiliter. Si autē per agere immu
tabiliter intelligit semp cōtinuatio eiusdem
operatōis extrinsece. tunc minor est falsa.
Ad secundū nego minorez. credidit enim Ad.2.
Auicen. q si deus per actū voluntatis sue ali/
quid de nouo pduceret. q nouū caperet actū
voluntatis. sed hoc nō sequitur. quia vt dixi
in primo articulo. deus sine omi sua mutatōe
eterna volūtate. idē eterno actu sue volunta/
tis voluit effectū in tēpore esse pductū. et eo/
dem actu nō alio ipm effectū pduxit eo tem/
pore quo ab eterno voluit et disposuit eū esse Ad.3
pducendū. Ad tercium dicendū q eorū
que sunt extra se deus nihil voluit nec vult de
necessitate. inqntum necessitas refert ad obie/
ctum volitū. quia potētie ratōnales sunt ad
opposita rōne sue libertatis. qm̄uis naturales
sint ad vnū determinate. vt patet. ix. metaphi
sice. et ideo nihil taliū que sunt extra se deus p Ad.4
ducit ex necessitate. Ad quartū dicenduz
q sicut aliquid verificat de intellectu diuino
quod nō verificat de voluntate diuina. qm̄uis
idem sint realiter et sola rōne differant. sic in
pposito. Ad quintū dicendū q maior nō Ad.5.
est vera. nisi in talib⁹ que habēt necessitatem
cum exclusione libertatis. sed sic est in deo ne/
cessitas q cum hoc non deficit libertas. cum
sit summe libertatis. Ad sextū dicendum Ad.6.
q Dionysi⁹ non ptendit ibi similitudinem i
eo. q est non ratocinari vel non preeligere.

sed in eo qđ est cõmuniter et vniuersal' diffu/
Ad.7. dere. Ad septimũ dicendũ ꝙ quis causa
relucet in effectu nõ opꝫ tñ ꝙ omnis mo/
dus cause appareat i effectu nisi talis effectus
adequet hmõi causam. Et qꝛ necessitas diui
ne bonitatis est quidã modus eiꝰ. ꝛ creatura
nõ adequat diuinã bonitatẽ. ergo in ꝓductiõ
ne creature nullã opꝫ esse necessitatẽ que se
teneat ex ꝑte ipsius ꝓducti siue ꝓductõnis.
Scđa cõclusio Secũdo dico ꝙ deus ꝓducit creaturã libe
ra volũtate. qꝛ agẽti nobilissimo dꝫ attribui
1 nobilissimus modꝰ agendi. sed deus ẽ agens
nobilissimũ. et nobilissimus modus agendi
est agere seu ꝓducere ꝑ intellectũ et volunta/
tem. hũc eñi modũ solũ videmus in entibus
nobilioribꝰ. puta in hominibus et angelis. qui
ceteris creaturis magis sunt ad imaginẽ dei.
ideo talis modus maxime est deo attribuen/
2 dus. Pꝫ. ista est intentio sanctoꝝ doctorũ.
Dicit eñi Hylariꝰ in libro de synodis. Omni/
bus creaturis substãtiã voluntas dei attulit.
Et ibidẽ ait. Tales sunt creature quales eas
deus esse voluit. Unde in psal. dicit. Omnia
quecũqꝫ voluit fecit. Et btũs Augꝰ. iij. de tri.
c. iiij. ait. Dei volũtas est prima sũma cau/
sa omniũ. Et idẽ Augꝰ. ij. cõfes. deum allo/
quẽs ait. Duo fecisti dñe. vnũ ꝓpe te. scꝫ ange
lum. et aliud ꝓpe nihil. s. materiã. neutrũ tñ
est de natura tua. qꝛ neutrũ est qđ tu es.

Quartus articulus. **Quãtũ ad quartũ**
principale est aduertẽdũ. ꝙ infinitũ duplici/
ter pt cõsiderari. scꝫ magnitudie et multitudi
ne. et istud adhuc dupliciter. qꝛ mltitudo pt
esse potentia vl' in actu. et si in actu vl' attẽdit
penes distinctõem specificã. vl' distinctõnem
numeralẽ. Et ẽm hoc ponã qttuor ɔclusiões
Prima est ꝙ infinitũ magnitudie diuina
potẽtia ꝓduci põt. Scđa ꝙ infinita specie
differẽtia actu ꝓducta ee nõ possunt. Ter
cia ꝙ infinita specie drñtia a deo ꝓducibilia
sunt. Quarta ꝙ infinita solo numero diffe
rẽtia a deo ꝓduci pñt. et ꝑ diuinã potentiam
Prima cõclusio actu pñt esse ꝓducta. Quantũ ad ꝓmũ di
co ꝙ nõ implicat ɔtradictõꝫ infinitũ magni
tudie ꝑ dei potẽtiã isinitã in esse ꝓduci. quis
mlti venerabiles et magni doctores oppositũ
1 istiꝰ nitant demõstrare. Quia illud cuiꝰ ratio
nõ repugnat sed cõgruit enti creato siue i esse
ꝓducto hoc nõ implicat cõtradictõeꝫ. si per
dei potentiã infinitã ponit in esse ꝓducto. sed
infinitũ magnitudine est hmõi. qꝛ vt dicit. i.
phisicoꝝ. ratio infiniti cõgruit qntitati. ergo
ꝛc. Pꝫ. illud nõ debeo denegare diuie poten/ 2
tie cuiꝰ oppositũ nulla rõ demõstratiue cõuin/
cit. sed oppositũ istiꝰ ɔclusiõis qua dr infini/
tam magnitudinẽ posse existere ꝑ diuinã po/
tentiã infinitã nõ pt demõstratiue ɔuinci. er/
go ꝛc. maiorẽ reputo notã cuilibꝫ catholico.
ac etiã vero pho. Minorẽ autẽ ꝓbo rõibꝫ do
ctorũ oppositũ ꝓbantiũ. rñdendo Arguũt Cõtra cõclusionem
eñi pdicti doctores sic. Illud qđ ẽm formalẽ
suam ratõnẽ tollit ordinẽ ꝛ distinctõem effe/ 1
ctuum illud fieri actu nõ pt. infinitũ magni/
tudine est hmõi. qꝛ vbi nec ꝓncipiũ nec finis
inuenit. ibi nec ordo nec distinctio esse potest
Pꝫ. esse terminatũ est cõtra rõeꝫ infiniti. sꝫ 2
ratõne cuiuslibꝫ corpis est habere esse ter
minatũ tribus dimẽsionibꝰ. Pꝫ. tale corpꝰ 3
ifinitũ vl' esset mathematicũ vl' naturale. Nõ
mathematicũ. quia omne corpꝰ mathemati/
cũ est figuratũ. de rõe autẽ figure est esse ter/
minatũ. quod repugnat infinito. Nec natu
rale. qꝛ omẽ corpus naturale est mobile. sꝫ cor
pus infinitũ moueri nõ pt. Nõ eñi pt moue/
ri motu recto. nã totũ occuparet et nõ posset
aliqđ nouũ vbi acquirere. Nec motu circula
ri. quia in motu circulari necesse est ibi nũc es
se vnã ptẽ vbi alia ꝑus fuerat. hoc autẽ in cor
pe infinito fieri nõ pt. qꝛ partes eiꝰ distant in
infinitũ. Nam linee tracte a cẽtro ỽsus circũ
ferentiã quãto lõgius trahunt a centro tan/
to magis distãt. cũ ḡ in corpe infinito trahe/
rentur in infinitũ nõ possent ꝑ hmõi lineas si
gnari alique due ptes in corpe tali que non
distarent in infinitũ. et ꝑ ɔseqns nunqꝫ pos/
set vna ꝑuenire ad illũ aspectũ in quo primo
fuit alia. cũ distantia infinita ptrãsiri nõ pos
sit. Pꝫ. virtus infinita repugnat creature. sꝫ 4
si esset magnitudo infinita ipa haberet ỽtutẽ
infinitam. quia ẽm augmentũ magnitudis
augetur virtus. vt ptꝫ. vij. phisicorũ. Sꝫ Solutio.
ista non cõcludũt. Ergo ad primũ dicendũ Ad.1.
ꝙ loquẽdo de absoluta dei potẽtia. tũc maior
est falsa. posset eñi deus si vellet vnũ solũ sim/
plicem effectũ ꝓducere. et omnes alios suos
effectus ãnihilare. et tunc tolleret omnis or/
do effectuũ adinuicẽ et distinctio eoꝝ ab inui
cem. sic eodẽ modo deus posset si vellet sine i/
plicatõe contradictõis vnã solã magnitudi/
nem infinitã ꝓducere. dimissis omnibꝰ alijs
effectibus. que ad nihil aliud ordinaret nisi
ad suã causam. et a nullo alio positiue distin/
gueret nisi a sua cã. Ad scđm dicẽdũ ꝙ ibi Ad.2.
ɔmittit fallacia ɔñtis. qꝛ pcedit a destructõne

antecedētis. qꝛ cū corp⁹ sit aīīs respectu ma/gnitudis. mala est ꝯn̄a qua dr̄. nō pt̄ esse cor/pus infinitū. ergo nō pt̄ esse magnitudo īfini/ta. Est etiā minor falsa qꝛ eo mō est trina di/mensio de rōe corpis. quo mō bina dimensio est de rōne superficiei. et vna dimēsio est de rōe linee. sed sic est vna dimēsio de rōe linee q̄ nō includit de necessitate hr̄e terminū. si eni deus faceret vnā longitudinē infinitā et sine omni termino nō min⁹ illa lōgitudo hr̄et rōnem li nee q̄z linea termiata et clausa infra duo pun cta. Unde habere eē termiatū s̄m dimensio/nē longitudis nō est de ratōe linee vt linea ē. sed est rōne linee vt finita est. sic in ꝓposito habere esse terminatū s̄m longū latū et ꝓfun/dum. nō est de rōe corpis vt corpus est. q̄uis sit de rōe corpis vt finitū est. Ad terciū di

5 cenduz q̄ illud corpus pt̄ esse mathematicū. puta q̄ntū sine q̄litate. qꝛ sicut deus pt̄ quan/titatē separe a suo priori puta a substātia. vt patet in sacro altaris. sic posset si vellet eaz se/patim facere sine suo posteriori. puta sine q̄li tate. Nec optet corpus mathematicū eē limi/tatū ad certos terminos figurales. cū sit ṗnci piū in mathematica q̄ omi magnitudie acce/pta p intellectū. mathematicus sp̄ pōt accipe maiorē. Posset etiā istud corpus si dō pla ceret esse quale et naturale. Ad ꝓbatōem di/co q̄ nō est necesse omē corpus naturale mo/ueri motu locali. ptes eni terre que sunt iuxta centrū nunq̄z localiter mouent̄ q̄uis alterent̄. Celum etiā empyreū nec mouet̄ s̄m locum. nec s̄m alterationē. nec s̄m aliquē aliū motū: et tamē est vez corpus naturale. inq̄ntū natu rale distinguit̄ cōtra mathematicū. Sic da to q̄ illud corpus nūq̄z moueret̄ localiter. pos/set tn̄ deus ipm calefacere et frigefacere. ⁊ cete ris motibꝫ alteratiōis trāsmutare. Etiā dico q̄ q̄uis corpus infinitū nō possit circulari/ter moueri virtute finita. tn̄ v̄tute dei infinita posset nō solū in tpe. verūetiā in instāti totuz circūuolui. Posset etiā deus illud corp⁹ mo/uere motu recto. quia posset deus illud corp⁹ infinitū pmanente sua infinita quātitate po nere in loco finito. Sicut eni totū corp⁹ chri sti cū tota sua quātitate virtute diuina ē sub q̄libet minima pticula specierū sacramēti. sic nō video q̄ repugnet potētie diuine quin cor pus infinitū cū ꝓpria sua quātitate possz po/nere si vellet sub vno grano milij. et p ꝯseq̄ns ipm mouere ad motū illi⁹ grani. Si eni deus non posset tollere resistentiā qua dimēsiones vni⁹ corpis dimensiōibus alteri⁹ corpis resi

stunt tūc in sua natiuitate integritatē matris nō cōseruasset. nec in ascensiōe corpus suum per celos transportasset. Cū g̊. iiij. phisicoz di cat̄. q̄ qua rōe duo corpa possent eē in eodē lo co. eadē rōe infinita. deus autē vnuz aliō cor pus pt̄ facere in loco grani milij cū ipo tali g̊ no. sicut q̄libet fidelis habz cōcedere. g̊ et in/finita. et p ꝯn̄s vnū infinitū corp⁹ pt̄ facere in loco grani milij. qꝛ infinita corpa multitudi ne faciūt infinitū corpus magnitudie. vt ptz iij. phisicorū. Etiā rō non est ad ꝓpositū. qꝛ corp⁹ esse sine omi motu nō implicat aliq̄m ꝯtradictōnem. sic de facto apparet in celo em pyreo. Ad quartū dicēdū q̄ potētia di ab/ 4

soluta nō cogit̄ cuilibꝫ rei infundere virtutez et ꝑfectōem cui⁹ naturalr̄ est capax. possz eni deus in materiā sūme dispositā si vellet nō in ducere formā. Posset g̊ deus corp⁹ infinituz in esse ꝯseruare pter h̄ q̄ sibi tribueret v̄tutē in/finitā. Scdo dico q̄ nō pn̄t esse sil̄ infini/ Scda cōclusio

multitudine specie dr̄ntia. p̄supposito q̄ sint eēntialiter ordinata. qd̄ addo ꝓpto qꝛ v/trū p diuinā potentiā possint eē infinita diffe rentia specie nō eēntialr̄ ordinata. ad pn̄s nō intendo tractare. Rō isti⁹ scde ꝯclusiōis ē hᶜ 1

Si actu essent infinita eēntialr̄ ordiata a dō ꝓducta. tūc actu esset vna creatura cuius ꝑfe ctio eēt infinita. cōsequens est falsū. qꝛ h̄ soli us dei ꝓpriū est. cui⁹ substātia etiā infinita ē. ꝓbat̄ ꝯseq̄ntia. qꝛ in eēntialr̄ ordinatis sp̄ su perius est ꝑfecti⁹ inferiori. Cū g̊ illa speciebus omnib⁹ in illo essentiali ordine esset por. esset in infinitū supior respectu īfime eiusdē ordis. ergo ipa esset in infinitū ꝑfectior P̄. in omi 2

ordine eēntiali optet dare primū. qꝛ in eēntia li ordine non dato primo impossibile ē aliq̄d dari ceteroz eiusdē ordis. sed impossibile ē eē infinita in tali ordine vbi dat̄ ṗmū. Maior patz. qꝛ vbi nō datur primū ibi non pt̄ dari mediū vel vltimū. nec p ꝯseq̄ns ordo eēntial̄.

P̄. in ordinatis eēntialr̄ quanto aliq̄d est 3

supius tanto simplici⁹. et hoc maxime ī sub/stantijs sepatis. si ergo eēnt infinite creature essentialr̄ ordinate. tūc vl̄ supma esset infinite simplicitatis et simpliciter simplex. vl̄ infima esset infinite cōpositōis. nā q̄libꝫ grad⁹ ī ascē dēdo tolleret aliq̄d de cōpōe. et p oppositū tri bueret aliquē g̊dū simplicitatis. et ecōuerso ī descēdendo. ergo cū hmōi ascēsus ⁊ descēsus sit infinitus. si supior est aliq̄ mō cōposita inferi or erit in infinitū cōposita. et si inferior ē fini te cōpositiōis. tūc supior erit nulli⁹ ꝯpositōis

Tercio dico q̄ q̄uis actu non possint esse 3a cōclusio

ꝓducta infinita specie differētia. sunt tñ infi
nita in potentia a deo ꝓducibilia. Nam cum
dei potentia sit simpliciter infinita. ⁊ nullo effe
ctu ꝓducto possit simpliciter exhauriri. ergo
quacūqȝ creatura data deus semꝑ pt ꝓduce/
2 re meliorē. P̄. ſm ꝙ dicūt doctores satꝭ cō
muniter. de⁹ habet in se ydeas infinitas. ſȝ ſm
qͣlibet ydeā deus pt ꝓducere creaturaȝ. g̃. ⁊c.
3 P̄. Aliq̄s intellectus creatus vidēs deum
si posset intendi in infinitū ipe semꝑ possȝ di/
uinā essentiā ſm gradū intensiorē claritatis
videre. cū g̃ de⁹ possit sꝑ creaturā creareq̄ pe/
nes hmōi grad⁹ clari⁹ deū videat. hmōi āt gra
dus sunt infiniti. ergo in infinitū sꝑ nobilio/
4 rem poterit ꝓducere creaturam. P̄. Perfe/
ctio creature ꝯsistit in quadam assimilatione
ad suū creatorē. quia quanto magis deo assi/
milat᷑. tanto ꝑfectior est. cum g̃ nulla possit in
effectu poni creatura q̄ sit taliter deo silis ꝙ n̄
possit esse aliq̄ silior. g̃ nō potest aliq̄ poni in
esse ꝓducto qua deus nō possit ꝓducere per/
Opinio ꝯ-ria. fectiorē. Sed contra istud sunt q̄daȝ qui
ponūt ꝙ non possit in esse ꝓduci nobilior seu
ꝑfectior creatura q̄ȝ supma creatura q̄ nunc ꝓ
1 ducta est. quia dyo⁹. v. de di. no. ait. ꝙ creatu
re ꝓcedunt a deo sicut numer⁹ ab vnitate. sed
est aliq̄s numer⁹ inter quem ⁊ vnitatē nullȝ
cadit mediū puta binari⁹. ergo ē dare aliquā
creaturā inter quam ⁊ ipm deū nulla creatu/
2 ra poterit fieri media. P̄. si de⁹ posset facere
vltra supmam creaturā aliā nobiliorem. pari
rōne posset facere vltra illam adhuc aliā no/
biliorē. et sic non esset status in p̄dicatis i q̄d.
quod est contra phm p̄mo posterioꝝ. vbi ꝓ/
batur ꝙ de necessitate est status ⁊ in ascenden
do supꝰ. ⁊ in descendēdo infer⁹. ⁊ i medijs
3 P̄. Aug⁹. xij. ꝯfeſ. ait. Duo fecisti domie
vnū ꝓpe te ⁊ aliud ꝓpe nihil. Sed si posset
fieri nobilior creatura q̄ȝ facta sit. tunc Aug⁹
non dixisset supmā nūc creaturā esse ꝓpe deū.
4 P̄. si posset fieri nobilior creatura q̄ȝ facta
sit. tūc mūdus nō esset ꝑfectus. quia sibi defi
5 ceret huiusmodi ꝑfectissima creat᷑a. P̄. iij.
phic. dicit᷑. ꝙ qñ itur ad formā ⁊ ꝑfectionem.
tūc q̄ȝtum ꝯuenit esse in potentia. tm̄ cōuenit
⁊ in actu. cum igitur ascendendo ad nobilio/
rē creaturā eatur ad formā ⁊ ꝑfectionē. ergo si
6 posset dari nobilior ipa iam actu esset. P̄.
omēs creature ꝯtinent᷑ sb certis generibꝫ. sed
omnia genera sunt finita. g̃ repugnat speci/
7 es creaturaꝝ esse infinitas. P̄. Richardus
iij. de tri. c. vlti. ait. Sicut humani corporis
effigies est sine capite. sic vniuersitas creatu/
raꝝ sine nobilissima creatura. cum g̃ vniūsuȝ
nō debeat carere capite. g̃ actu habet nobilissi
mā creaturaȝ. Sed istud non valet. quia Cōtra opinionem.
si repugnaret posse fieri nobiliorē creaturā vel
talis repugnantia se teneret ex parte creature.
vel ex parte diuine potentie Nō p̄mo modo.
quia hoc solū repugnat ex parte creature. q̄d
trahit creaturā extra limites creature. sed du
plicare nobilitatē nobilissime creature vl̄ tri/
plicare vel quomōcūqȝ multiplicare. dum so
lum maneat finita. non trahit creaturam ex/
tra limites creat᷑e. Nec etiaȝ repugnat ex par
te potentie diuine. Nam cū talis potentia sit
idem q̄d diuina essentia. ipa est illimitata et
simpliciter infinita. Ad p̄mū g̃ dicendum Solutio
ꝙ similitudo nō currit ꝑ omnes pedes. nulla Ad. 1.
em̄ similitudo de creaturis pt ad diuina trās/
ferri q̄n in multis claudicet. In hoc g̃ est sil'e
ꝙ numeri sic ꝓcedūt ab vnitate ꝙ vnitas tā/
tūmodo est simplex. ⁊ omīs numerus est cō/
positus. et quāto numer⁹ est ꝓpinquior vni/
tati tāto ē min⁹ cōposit⁹. et q̄ȝto magis ab eo
distat tanto est cōpositior. In hoc tñ ꝙ aliq̄s
numer⁹ sic respicit vnitatē ꝙ inter ipm ⁊ vni/
tatē non cadit nec cadere pt numerus medi⁹
nō est simile. quia quelibet creatura quātūli/
bet ꝑfecta distat in infinitū a ꝑfectione diui/
na. Ad scḋm dicendū ꝙ talis ꝓcessus i in/ Ad. 2.
finitū non est impossibilis mō q̄ dixi in p̄nci
pio isti⁹ ꝯclusionis. Q; aūt phus dicit statū
esse in se p̄dicatis cuiuslibet generis. verum
est ſm modū quem nūc in rebꝫ videmus. sed
quin deus istū modū possit imutare hoc ver
ba illa non ꝯuincūt. Posset em̄ deus si vellet
plures facere species in eodem genere. et simi
liter alia rerū genera ꝓducere. Ad tertium Ad. 3.
dicendū ꝙ aug⁹. ꝑ verba talia non intendit
diuie negare potētie quin possit res sibi simi
liores ꝓducere q̄ȝ ꝓducte sint. sed vult Aug⁹
ꝙ inter res iam ꝓductas est dare vnā naturā
. s. angelicā que deo magis ꝓpinqua est. ⁊ ali/
am q̄ ab ipo magis elongata est. puta p̄maȝ
materiā. Ad quartū dicendū ꝙ mund⁹ ex Ad. 4.
carentia illi⁹ nobilissime creature creabilis n̄
debet dici imꝑfectus. quia mūdus nō habet i
se aliquā naturalē habilitatē passiue potētie
q̄ sit apta nata ꝑfici hmōi creatura. cuȝ enim
tales creature solū sint in potentia actiua cre
atoris. nihil deficit mūdo spectās ad ipm mū
dum. ex nō existentia hmōi creaturaꝝ. Hoc
em̄ solum est de factione mūdi q̄d diuine vo
luntati placet esse in mūdo. Ad quintum Ad. 5.
dicendū ꝙ illa ꝓpō phi solū est vera de potē/

tia naturali. sed mũdus nõ est ad hmõi creaturas in aliq̃ potẽtia naturali sed solũ obediẽ
Ad.6. tiali. Ad sextũ dicendum q̃ q̃uis illa sint finita q̃ videm⁹. posset tñ deus si vellet pdu/
Ad.7. cere ĩfinita mõ quo dictũ est. Ad septimũ dicẽdũ q̃ si nobilissima nõ debet referri ad il/lud qd̃ deus absoluta sua potẽtia pducere pos/set. sed quãtũ ad illud qd̃ pducere voluit. q2 vt sic pensatis solũ naturalib9 tũc ãgelica na/tura est nobilissima. sed pensatis gratuitis cũ naturalib9. tũc humanitas dñi nostri iesu xpi est nobilissima creatura. et hec est caput toti⁹
Quarta cõclusio mũdi. Quarto dico q̃ saluo sp meliori iu/dicio. ñ videt̃ mihi q̃ aliquã cõdictõẽ iplicet p diuinã potentiã actu esse infinita solo nu/mero differentia. Quia q̃cq̃d deus de entibus
1 pmanentib9 ab eterno successiue pducere po/tuit. hoc totũ simul pducere pt. nisi hmõi si/multas repugnet effectui. vel creaturã ponat extra terminos creature. sed de⁹ si mũd⁹ fuiss3 ab eterno omĩ die potuit pducere vnũ lapidẽ q̃tum ad res materiales. vel vnã aĩaz rõnalẽ q̃tũ ad res ĩmateriales. g̃ simul poterit talia pducere. et p cõseq̃ns infinita. Dixi aũt ĩ maio/ri de reb9 pmanentib9. quia verisil'r appet q̃ si deus causasset vnũ motuz ab eterno. q̃ talem motũ non posset sil' pducere. Dixi etiã q̃ non repugnet effectui. q2 infinita actu esse q̃ specie differũt. et essentialẽ ordinẽ ad se inuicẽ habẽt effectui repugnat. q2 in essentialiter ordinatis oportet dare p̃mũ mediũ et vltimũ. Ubicũq3 aũt actu talia signant̃ non pt esse infinitas. et repugnat p cõsequẽs ac cõdictõem implicat ta/lia actu esse infinita. Dixi tertio vel creaturaz ponat extra termios creature. pp̃ter quosdaz q̃ ponũt in dubiũ vtrũ de⁹ possit actu pducere duas creaturas distãtes ab inuicẽ ĩ infinitũ sm pfectõem. q2 planũ est q̃ h̃ fieri nõ potest quia aut altera esset pur nihil aut altera ess3 infinite pfectionis actu. q̃rũ vtrũq3 ponit seu trahit creaturã extra termios creature. Istorũ aũt nihil obstat d' indiuiduis rerũ materialiũ siue etiã spũaliũ. cũ ipa sint entia pmanentia
2 nec inter eos sit aliq̃s essential' ordo. P̃. nõ repugnat deo pducere actu infinitũ magnitu/dine. g̃ nec infinitũ multitudĩe. maxĩe de his q̃ solo numero dñt. añcedens declaratũ est ĩ
3 p̃ma cõclõne. s3 cõseq̃ntia de se pt3. P̃. deus pt simul pducere oĩa indiuidua q̃ pñt ptici/pare naturaz alic⁹ speciei. s3 talia sũt infinita. q2 si essent in certo numero. tũc illis pductis ex/hausta esset diuina potẽtia. et limitata ad ali/quẽ certũ numerũ indiuiduorũ eiusdẽ speciei.

P̃. ex p̃sse ponit Auic. et Agazel. q̃ saltẽ in 4
sepatis a materia nõ repugnat actu esse ĩfini/ta solo numero drã. Sed cõtrariũ isti⁹ cõclusi/
onis tenẽt doctores q̃plurimi venerabiles. Contra
et arguũt sic. Nulla spẽs numerorũ pt esse in/ 1
finita. sed omnẽ multitudinẽ necesse est ẽẽ in aliq̃ specie nũerorũ. g̃ nulla multitudo pt esse infinita. Maior pt3. q2 numer⁹ est mltitudo mẽsurata p vnũ. vt3. x. metaphisice. sed esse mẽsuratũ repugnat infinito. P̃. omẽ crea/ 2
tũ cõphendit̃ sb certa intentõe creantis. s3 infi/nitũ nõ cõphendit̃ sb aliq̃ certa intentõe. g̃ rẽ
P̃. sic infinito sm magnitudinẽ nõ pt esse 3
aliq̃d mai⁹. sic infinito sm multitudinẽ ñ pt esse aliq̃d plus. s3 omĩ pducta multitudĩe pt esse aliquid plus. g̃ nulla poterit esse infinita. Maior pt3. Probat̃ minor. q2 si ess3 aliqua multitudo pducta cui p diuinã potentiaz ñ posset fieri additio. tũc diuia potẽtia esset to/
taliter exhausta. P̃. si esset actu aliq̃ mul/ 4
titudo infinita. tũc totũ ess3 eq̃le parti. siue to/tũ nõ esset maius sua pte. falsitas cõsequẽtis est nota. Probat̃ cõseq̃ntia. q2 binari⁹ est ps q̃ter/narij. s3 in multitudĩe infinita tot essent qua/
ternarij q̃t binarij. Sed nec ista cõcludũt. Solutio
Ad p̃mũ g̃ dicendũ q̃ minor est falsa. nã Ad.1.
multitudo in plus se habet q̃3 numer⁹. alias nõ staret loco generis in descptõe ipi⁹ nume/ri. et iõ nõ oĩs multitudo est in aliq̃ spẽ nũeri.
Ad scdm dicendũ q̃ sic infinitũ cõphẽdit̃ Ad.2.
sb certa cognitiõe dei. vt pbaui in p̃mo libro. sic etiã si de⁹ vellet ipm pducere cõphenderet̃
sb certa intẽtione dei Ad tertiũ dicendũ q̃ Ad.3.
vt3 p cõmentatorẽ. xij. meth. ex h̃ nõ dr alic⁹ potentia diminuta. q2 nõ facit qd̃ ĩpossibile est esse factũ. Et q2 data multitudine simpli/citer infinita. tũc impossibile est fieri vel etiã factã esse maiorẽ. ideo potẽtia dei nõ debet di/ci diminuta vel exhausta. si non possit facere maiorẽ multitudinẽ. q2 illud nõ posse nõ p/cedit ex impotẽtia dei. s3 ex repugnãtia ipi⁹ ef/
fectus. Ad quartũ pt3 p ea q̃ dixi superi⁹ Ad.4
in scdo articulo in solutõe septimi argumẽti. Nam pportio toti⁹ nõ pt argui ex cõpatõne seu pportõe ptiũ. nisi ptes sint tales q̃ sint p/porcionate tali toti. Sed quaternari⁹ et bina/rius nõ sunt ptes pporcionate multitudini ĩ/finite. g̃ ex eorũ ad inuicẽ cõpatõe nihil põt ar/
gui de multitudine infinita. Ad argumẽ/ Ad princi-
tum p̃ncipale nego minorẽ. Ad pbatõez di/ pale argu.
co q̃ cum potentie rõnales seu intellectuales sint ad opposita. iõ deus cũ agat p intellectũ et voluntatẽ. in eodem instanti quo agit põt

nō agere. nō q possit agere ⁊ nō agere sit coniunctim. sed disiunctim: q2 p̄t hoc vel h̄. vnd̄ in illo p̄ou natura que deus p̄habuisset effectum an̄q̄ pduxisset p̄eligere potuit alteram partem libere. ⁊ scd̄m suam electōem pducere vel non producere.

Distinctio secunda.

De angelica itaq natura. ⁊c.

Postq̄ magister determinauit de creatōe rerū in generali. hic de ea p̄sequit̄ in speciali. Et diuiditur in tres ptes. Nam p̄mo determinat de creatura pure sp̄uali. Scd̄o de creatura pure corpali. Et tercio de partim sp̄uali et ptim corpali. puta de hoīe. q̄ f̄m corp⁹ ꝯuenit cum creatura corpali. et f̄m animā cum spirituali Secunda incipit distinctōe. xij. ibi. Hec de angelice nature. Tercia distinctōne. xvi. ibi. His excursis. Prima in duas. q2 primo tractando de sp̄uali creatura p̄mittit pcedendi ordinem. Secūdo iuxta p̄missum ordinē annectit executōem ibi. Quedā auctoritates Et hec in duas. Nam p̄mo ostendit quādo ⁊ vbi ip̄i angeli sint creati. Secūdo in quali natura sint creati ⁊ quibꝫ pfectōibꝫ decorati. dist. iij. ibi. Ecce ostensum est Prima i duas. q2 p̄mo tractat de tpe creatōis ip̄oꝝ āgelorū. Secūdo de loco creatōis eoꝝ ibi. Iā ostēsum est. Quantū ad p̄mū est aduertendū q circa initiū creatōis ip̄oꝝ angeloꝝ aliq̄ auctoritates sacre sc̄pture sibi mutuo vident̄ ꝑpugnare. ideo mgr̄ sic pcedit. q2 p̄mo ex h̄mōi auctoritatibꝫ inducit dubitatōem circa angeloꝝ creatōem. Secūdo ponit suā r̄nsionem. Tercio sue responsionis s̄biūgit pbatōnem. Quarto auctoritate hieronimi inducit obiectionē. Et q̄nto illi⁹ obiectiōis s̄bdit absolutionē. Secūda ibi. Videt̄ itaq3. Tercia ibi. Q, aūt sil̄. Quarta ibi. Hieronim⁹ t̄n super ep̄lam. Quinta ibi. Nos autē qd̄ pri⁹. Et hec est s̄nia isti⁹ p̄me ptis distinctōis secūde in generali. circa quā quero hanc questionē.

Utrum euum et tempus realiter differant.

Et videt̄ q non. q2 illud qd̄ est mensura pp̄ria duratōnis successiue. hoc nō differt realiter a tpe. sed est ip̄m temp⁹. s3 euū est h̄mōi. Maior patet. minor pbat̄. q2 duratio angeloꝝ est successiua. nam soli⁹ dei duratio est tota simul. sed euū est mēsura duratonis angeloꝝ. ḡ ⁊c. Contra stabile ⁊ mutabile realiter differūt. sed f̄m Aug. lxxxiij. q. q. de tempībꝫ eternis. inter euum et temp⁹ hoc distat q illud stabile est. illud aūt mutabile. Contra

Hic quattuor sunt videnda. Primo q̄d sit euuȝ. Secūdo q̄d sit temp⁹. Tercio de eo qd̄ querit̄. Quarto vtrū sit vnum euum oīm euiternoꝝ

Quantū ad primū

Articulus p̄mus

est aduertēdū q quidditatē rei pp̄ie scire nō possim⁹ nisi cognitis ei⁹ genere ⁊ dr̄ā ex quibꝫ sua diffinitio integrat̄. Et ideo p̄mo videdū est in q̄ genere ip̄m euuȝ reponit̄. Secūdo qua differētia a ceteris eiusdē generis distinguat̄. Quo ad p̄mū ponā quattuor ꝯclusiones. Prima est q euū nō est in p̄dicamēto q̄ntitat̄. Scd̄a q nō est in p̄dicamento q̄litat̄. Tercia q nō est i p̄dicam̄to relatōnis. Quarta erit q q̄uis euū non sit substa est t̄n in p̄dicam̄to sub̄e. ⁊ in nullo alio p̄dicamēto esse p̄t nisi f̄m dici. Primū probo sic. Illud qd̄ nō est sensibile nec ē f̄m esse ꝯiūctuȝ rei sensibili. nō p̄t eē i p̄dicam̄to q̄ntitat̄. euū qd̄ est mēsura angeloꝝ est h̄mōi. ḡ ⁊c. Maiorē pbo p̄mo auctē simplicij q̄ ait sup p̄dicamēt̄ q q̄litate interempta interimit̄ oīs ppetas ⁊ caracter intellectual̄ ⁊ sensibil̄. q̄ntitate āt interempta sensibile solū ⁊ cōpositū interimit̄. hoc āt nō sequeret̄ nisi oē qd̄ ē in p̄dicam̄to q̄ntitat̄ eēt sensibile vel saltē sensibili ꝯiunctū. Probo eādē maiorē rōne sic. Ea q̄ sūt ꝯsiderata a mathēatico q̄uis f̄m ꝯsideratōȝ sint sepata a sensibilibꝫ. t̄n f̄m eē necessario sūt sensibilibꝫ ꝯiūcta. s3 mathematic⁹ ꝯsiderat d̄ oī eo qd̄ est i p̄dicam̄to q̄ntitat̄. ḡ oē qd̄ est in p̄dicam̄to q̄ntitat̄ aut est sensibile vl̄ saltē sensibilibꝫ ꝯiūctū. Et ideo a destructōe ꝯseq̄nt̄ illud̄ qd̄ nō est sensibilibꝫ ꝯiūctū. nō poterit esse in p̄dicam̄to q̄ntitat̄. Minorē sil̄r pbo q2 illud qd̄ est idē realiter qd̄ eē angeli nō est res sensibilis nec rei sensibili ꝯiūctu. s3 euū p̄dictū est idē realiter saltē materialiter qd̄ eē āgeli. ḡ ⁊c. Maior pȝ. minor pbabit̄ inferi⁹ Potest etiā p̄ma minor pbari sic. Sēsibile nō ē ppe ꝯpabile in sensibili f̄m debitā pportionē. sed euū cū sit ppa mēsura angeli ē ppe sibi ꝯpabile. ḡ cū eē angelicū qd̄ p se ⁊ p̄mo euo mēsurat̄. sit q̄d simpl̄r sp̄uale ⁊ isensibile. ip̄m euū nō poterit eē q̄d sensibile. Sȝ ꝯ̄ istā possȝ

Articulus p̄mus p̄mi p̄ncipalis.

Prima cōclusio.

Instantia

instari sic. Sicut ptz in pdicamētis. c. d qn/
titate. pprium est qntitatis fm eam quale vel
inequale dici. sed fm mensurā aliqua dicunt
equalia vel inequalia. g cū tu dicas euum esse
mēsurā. oportet te dicere euū esse quantitatē.

Cōfirmat. Et confirmat. Quia illud qd p sui cōmē/
suratōem nos certificat de duratōe et quātita
te rei hoc videt esse qtū. sed euum per sui cō
mensuratōem nos certificat de duratōe et per

Solutio. petuitate ipius angeli. Rñdeo q multa sunt
q aliquē modū habent quantitatiuū. et p cō/
sequens possent dici quātitates fm dici. q tn
nō sunt vere quantitates siue quātitates fm
esse. et talia pñt dici equalia vel inequalia ra
tione talis modi. Quāuis em scia nō sit quā
titas habet tn modū qntitatiuū put sb eadē
scientia cadūt plura vel pauciora scibilia. ra/
tione cuius modi vna scia pt dici equalis vel
inequalis alteri scie. Sic in pposito predi/
cta nec in mēsura angelica nec in eius duratiōe
arguit pprie quātitas. qūis bene arguat q/

Ad confirmationem. dem modus quātitatis. Et p idē patet ad
ɔfirmatōem. nā duratio angeli nō est quātu/
tas. qūis habeat modū quantitat. Se/

Scda cōclusio cūdo dico q euū nō est in pdicamto qlitatis
Et qūis h pateat eadē rōne q pbata ē cōclu

1 sio pma. tn h pbo sic. Illud qd mēsurat esse et
duratōem angelorum nō est in pdicamto qua/
litatis. euū est hmōi. Maior ptz. Nam qū/
uis aliquē qualitates dicant esse mēsura oim
sui ppinq generis. vt albedo dr. x. meth. men
sura oim colorum. nulli tn qualitati ɔuenit mē/
surare ea q sunt extra genus qualitatis. sed esse
angeli et sua ppetuitas nō sunt de genere qua/

2 litatis. P. qd in nulla specie qualitatis ē nō
est in genere qualitatis. qr omē qd est in aliq
genere est in aliqua illius generis specie Sed
euū in nulla specie qualitatis est. Nō quidem
in pma. qr habitus et dispositio vt sunt in pma
specie qualitatis sunt ab arte. et in h differūt
ab his que sunt in tertia specie qualitat. Nā
eadē res vt est ab arte seu ɔsuetudine dr habi
tus. si āt est a natura dr passibilis qualitas.
Et eodē mō de dispositōne q est in prima spe
cie. et passione q est in tertia specie. Euū autē
nō est ab arte. sublata em omi arte nostra ad
huc euū esset. cū supiora nō dependeat ab infe
rioribus. Nec in scda et tertia spē. Nam eē ipsi
us angeli cū sit esse sbstantiale cuius mēsura est
ipm euū est naturaliter prius qū sit sua natural
potentia ad actum. vel qū sit quecunq passio
vel passibilis qualitas existēs in ipo angelo.
Sed mēsura est coeua mēsurato. Nec etiam
in quarta. qr forma et figura de quarta specie
qualitatis solū esse habent in rebus corpalibus.

Tertia cōclusio Tertio dico q euū nō est de pdicamēto re/
latōis. qr illud qd fm se hz rōnem mēsure nō ē
de pdicamēto relatōis. euū est hmōi. minorē
suppono. pbo maiorē. qr illd qd pprie habet
ratōnem mensure hoc adequatur mensura/
to. sed relatio non adequat alicui sed est ipsa

Instantia adequatio. cū sit ipe ordo. Forte dicetur
q phus. v. meth. ponit tertiū modū relatiuo
rū se habere mō mēsure. sic primus modus se hz
modo numeri. et secundus modus mō poten
tie. g si euū hz rōem mēsure. seqt q sit de pdi/

Solutio camēto relatōis. Rñdeo q vt ptz in eodē
v. meth. relatio mō mēsure nihil ponit i mē/
sura qd spectet ad genus relatōis. Nam mē/
sura vt mēsura nō refert ad mēsuratū. nisi qa
ecōuerso mēsuratū refert ad mēsurā. et io licz
ex hoc possit haberi q mēsura sit relatiuū fm
dici. nō tn fm esse. et p ɔñs nō erit in pdica/
mento relatōis. qr ea q sunt in pdicamēto re/
latōis sunt nō solū ad aliqd fm dici. sed etiā

Quarta cōclusio fm esse. Et quarto dico q euū est in predi
camēto sbstantie. Nam esse angeli est in pdi/
camento sbstantie. sz euū est idē q esse angeli.
g rc. Maior ptz. Nam esse rei saltē p redu/
ctionē est in eodē pdicamto cū re cuius est esse.
entitas aūt angelica est in pdicamēto sbstan
tie. g et esse angelicū. Minorē pbo. Nam si/
cut motus celi vt dr actus entis in potentia.
et vt est signatus fm prius et posterius. nō di/
cit aliā et aliā rē. qūis dicat aliā et aliā habi/
tudinē eiusdē rei. et tn pmo mō dr motus pro/
prie. et scdo mō tpus. et p ɔñs mēsura et mē/
suratū coincidūt in eandē rē. qūis penes aliā
et aliā habitudinē sumptam. Sic esse euiter
norum siue angelorum est actus entis in actu fm
q est in actu. et idē esse ɔsideratū vt est quid
vnū et sil nō signabile penes ea prius et posterius
dr euū. g euum realiter est idem qd esse angeli
qūis eadē res aliā et aliā ɔcernat habitudi/
nem vt dr esse. et vt dr euū. rōne quarum habi/
tudinū aliq mō formaliter differūt euū et esse
angeli. sicut etiā formaliter differūt tempus

Instantia et motus celi. Sed hic posset aliqs instare.
primo ɔ ɔclusionē. scdo ɔ rōem. Cōtra con/

1 clusionē sic. Illud qd soli deo ppe cōuenit
nō debet attribui angel. sz solius dei mēsura si/
ue duratio ē idē q sba sua. g angelorum dura

2 tio siue mēsura nō pt eē eorum sba. Contra
maiorē pdicte rōis sic. Esse differt a sba seu
essentia in oi creatura. g esse angelorum nō pote
rit esse sba. nec p ɔñs i pdicamto sbe. cum

3 angel⁹ sit creata. Cōtra minorē sic. Causa differt realiter a causato. sed mēsura est causa mensurati. ergo euū cū sit mēsura esse ipi⁹ angeli nō poterit esse idē qđ esse ipi⁹ angeli. Maior patet. quia nihil pt esse causa suipsi⁹. Minorē pbo. quia certificatio cognitōis alic⁹ rei ppe fit p causam. sz p mēsurā ppa certificamur potissime de ipo mēsurato. ergo mēsura ē causa ipi⁹ mēsurati.

4 Pr. pcessa tota rōne. adhuc non seqr pclusio Nam sm te motus actio et passio sunt idē realiter. et solū differūt sm aliā et aliā habitudinē. et tn sunt in diūsis pdicamentis Nam mot⁹ est in pdicamēto rei ad quam est motus. et idē mot⁹ sb hac habitudine vt est ab agente est in pdicamēto actōis. vt aūt recipit in patiēte est in pdicamēto passiōis. Sic in pposito dato q esse angeloz sit in pdicamē[illegible] sube vt assumit in maiori. et q euū sit realiter idē qđ esse angeloz vt dr in minori. ppter tn aliā et aliā habitudinē q formaliter cōcernit esse vt esse est. et euū vt euū est potent esse in diūsis pdicamētis.

5 Pr. tumet pcedis q euū nō sit suba. ergo erit accidēs. et p pns nō erit in pdicamēto sube. quia ait alphorabi⁹ in libro de ortu sciaz. Scias nihil esse pter subam et accidens et creatorē sube et accidētis bndictū in secula.

Solutio. Ad.1. Ad pmū dicēdū q toto sillogismo pcesso. nō pl⁹ pcludit nisi q euū nō sit directe in pdicamēto sube. eo q nō recipiat pdicatōem sbstantie. ex h aūt inferre q nullo mō sit in pdicamēto sube. est nō solū fallacia cōsequētus. sed etiā sm qd ad simpliciter. Unde sicut nō valet pūct⁹ nō est qntitas. ergo nō est in pdicamēto qntitatis. sic in pposito nō valz euū nō est substātia. ergo nō est in pdicamēto sbstantie.

Ad.2. Ad scōm dicendū eodē mō. Un sciendū q aliqd pt esse in pdicamēto sube qnqz modis. Primo p se et directe. et de tali pdicat sbstātia q est gen⁹ siue pdicamentuz. Secūdo mō sic essentiales ptes illi⁹ sube q directe ē in pdicamēto sube. puta materia et forma sbstātialis. et de his nō pdicat suba q est genus. sz suba q est anologum. Tertio mō illud p qd existit suba. puta ipm esse sube. de isto nec pre dicat suba q est gen⁹. nec suba q est anologū. sicut nec qntitas de puncto. Quarto habitudo fundata sup subam rei ppetue. sicut nunc eui. Quinto habitudo fundata sup eē hmōi sube. et h mō ipm euū reducit ad pdicamētuz sube.

Ad.3. Ad tertiū dicendū q causa et causatum qnqz sumūt penes rem. ita q res ē causa rei. aliqn penes habitudinē. ita q in eadez re vna habitudo est causa alteri⁹ habitudinis. Primo mō causa et causatū differūt realiter. Scdo mō nō oportet q differāt realiter. sed sufficit q differāt habitudinaliter seu modaliter. vel aliq mō formaliter. Propter qđ licz actio et passio dicant eandē rem. in lib. iij. phi. pncipioz passio dr effect⁹ illatioqz actionis rōne alteri⁹ et alterius habitudinis. sic in pposito. et c.

Ad quartū dicendū q nō ē sile de habitudinib⁹ fundatis in reb⁹ pdicamēti sube. et de habitudinib⁹ fundatis in accidentibus. nam habitudo aduenies rei de pdicamēto accidentis pt eā reponere in alio pdicamento. cū sint plā pdicamēta accidētiū. sz habitudo aduenies rei de pdicamēto sube nō pt eam reponere in alio pdicamēto. quia non pt eā reponere in aliq pdicamēto accidentis. quia sicut habitudo aduenies accidenti nūqz reponit ipm in pdicamēto sube. sic nec econūso. nec pt eam reponere in alio pdicamēto sbstantie. cū sit so[illegible] vnū pdicamentuz sbe. necessario ergo relinqt eā in eodē pdicamēto. Ad.4

Ad qntum dicendū sic ad pmū. Et ad dictū alphorabij dicendū q loqt ibi de reb⁹. non aūt de rez habitudinibus. Ad.5.

De differētia aūt ipsi⁹ eui patebit in tertio articulo pncipali. De differentia eui.

Articulus secundus.

Quantum ergo ad secundū articulū dicendū q duplex est tēp⁹. Est eī vnū tpus mēsurās motū rez corpalium. et aliud mēsurās motus et opatōes rerū spūaliū. Et quia de isto scdo aliqliter tetigi supius libro pmo. dist. xxxvij. io causa breuitatis ad pns solū dicat de pmo. et circa hoc ponā duas pclones. Ia. multa narrat de tepore.iij.q.3 .q.xij.

Conclusio prima. Prima est q tpus qntū ad suum esse materiale est ens naturale ab actu nre rōis totaliter independens. Scda q quātū ad suū eē formale et cōpletiuū ab actu rōnis necessario dependet.

Ratio Primū pbo sic Illud qđ est realiter idē q mot⁹ pmi mobil'. est ens naturale siue reale ab actu rōis penitus independēs. sz tpus qntū ad suū esse materiale est realiter idē qđ mot⁹ pmi mobil'. vtz. iiij. phicoz. vbi phus ondit q tpus nihil aliud est nisi pus et posteri⁹ pceptū vel numeratuz in motu pmi mobil'. ergo et c.

Secunda conclusio. Scdo dico q tpus qntū ad suū esse formale necessario depēdet ab actu rōis. quia impossibile ē esse numeratū actualiter sine numerāte. sz tpus est mot⁹ numerat⁹ sm pus et posteri⁹. put iā dictū est. 1

Pr. sm beatū Aug. ij. pfes. tpus est pceptō vel affectio animi. qua aīa pcipit rē trāseuntē quia vt ait Aug⁹. ibidē. tpus non est aliquid 2

extra aĩaȝ rõne p̄teriti. q2 qd̄ p̄terijt nõ est. nec
rõne futuri. q2 nondũ est. nec rõne p̄ntis. quia
p̄ns siue instans nec tp̄us nec ps tp̄is. si em̄
esset tpus p̄sens tũc nũq3 trãsiret 7 eet eterni/
5 tas. P. ista videt̃ esse intentio Aristo. iiij.
phicoꝝ. vbi sic ait. Et si sint tenebre 7 nihil p
corp9 patiamur. mot9 aũt q̃dã in aĩa est. in q
4 sbito simul videt̃ fieri 7 tpus. P. cõmenta
tor ibidẽ ait. Tolle aĩaȝ. tollis 7 tpus. P.
5 Galien9 vt recitat cõmentator. iiij. phicoꝝ
ait. q tpus nõ seq̃t motũ extra aĩaȝ. ȝ motuȝ
D. et. xv. 5 p̃mã rõem ymaginatũ i aĩa. Sȝ q̃dã doctores q̃uis
p̃mã 9clõem 9cedãt. fundamentũ tñ cui rõ
innitit̃ negãt. q2 vt dicũt tpus sup motũ celi
addit rẽ absolutã. p quam realiter differt ab
ipo motu. 7 istud vt dicũt probat phus. iiij.
1 phicoꝝ dupl'r. Primo q2 oĩm tpaliuȝ est
vnũ tpus. ȝ nõ oĩm mobiliũ est idẽ motus.
Scđo q2 motus est velox vel tard9. tpus
aũt nõ est velox vel tardũ. q2 velox et tardum
2 tpe diffinit̃. tpus aũt nõ diffinit̃ tpe. P. tẽ
pore Josue stetit sol 7 per 9ñs alia corpa cele/
stia steterũt. alias corpa celestia nõ mãsissent
in [illegible] pportione in q̃ fuerũt ante statõȝ illam.
et tñ tũc fuit tpus fm btm̃ Augustinũ. ij. cõ
fes. vbi ait sic. Nemo mihi dicat motus cele
stiũ corpoꝝ esse tpa. q2 cuiusdã voto dum p/
3 ageret bellũ sol stabat 7 tpus ibat. P. si tẽ/
pus esset idẽ qd̄ mot9 tunc vnũ 7 idẽ ydemti
ficaret̃ habitui 7 p̄uatõi sibi opposite. 9ñs est
impossibile. pbat̃ 9ña. q2 q̃ rõne tpus eet idẽ
qd̄ mot9 eadẽ rõne esset idẽ qd̄ quies. Nã vt
ptȝ. iiij. phicoꝝ. sic tpus mẽsurat motum ita
mẽsurat et quietẽ. q̃ motui opponit̃ p̄uatiue.
g̃ q̃ rõne esset idẽ qd̄ mot9. eadẽ rõne essȝ ideȝ
4 qd̄ quies. P. tpus est p se q̃tum. cũ sit spe/
cies quantitatꝫ. ȝ mot9 nõ est [illegible] se quantus.
Nam fm 9mẽtatoreȝ. iiij. phicoꝝ motus est.
vel fluxus forme vel forma fluens. g̃ si est flu
xus forme tũc erit in genere passionis. si autẽ
est forma fluẽs tũc erit in eadẽ specie cũ termi
no ad quẽ est mot9. 7 p 9ñs mot9 non est [illegible] se
5 9tinuus. P. ista est intẽtio Auic. p̃mo na
turaliũ. vbi ait. q 9tinuatio nõ accidit tpi. ȝ
est de intellectu ei9. 7 nõ a causa sibi extriseca.
ȝ ex eo q tpus 9tinuitatem hȝ est 9tinuatio
motus. Et ibidẽ ait Auic. q 9tinuitas mo/
tus accidit motui. q2 nõ hȝ eã a seȝ a magni
6 tudine 7 tpe. P. tpus est mẽsura motus. g̃
nõ poterit esse idẽ realiter qd̄ mot9. Añcedẽs
ptȝ. pbat̃ 9ña. q2 mẽsuratuȝ refert̃ realiter ad
mẽsurã. ȝ ea q̃ realiter sũt idẽ. vnũ nõ pt rea/
liter referri [illegible] alteꝝ. cũ extrema realis relatio

nis oportet esse realiter distincta. Contra Contra secundã conclusionem
scđam 9clusionẽ arguũt illi idẽ doctores sic.
Quãdo sbiectuȝ alicuius passionis est extra
animam. siue independens ab anima. et ipa 1
erit extra animaȝ. ȝ motus celi cui9 passio est
tpus est independẽs ab aĩa. g̃ 7c. P. 9mẽ/ 2
tator. iiij. phicoꝝ ait. q dispositio reꝝ naturaliũ
est vt habeãt esse sine aĩa. ȝ tpus est res natu
lis cũ sit mensura rei naturalis. puta motus.
P. tpus fuit añq3 esset aĩa. g̃ nõ dependet 3
ab aĩa. 9ña ptȝ. pbat̃ antecedẽs. q2 q̃nq3 die/
bus fuit creatũ celuȝ. 7 p 9ñs mouebat̃ añq3
esset aĩa. cũ hõ fuerit creat9 sexta die. P. il/ 4
lud qd̄ dependet ab aĩa h̃ hȝ esse in aĩa. ȝ tem
pus nõ hȝ esse in aĩa. q2 aut hẽret esse in aĩa
sbiectiue. 7 h̃ nõ. q2 q̃cq̃d est in aĩa sbiectiue:
h̃ est indiuisibile 7 totuȝ simul. qd̄ repugnat
tpi. Aut obiectiue. 7 tũc aut responderet sibi
aliq̃d in re extra. 7 sic habet̃ intentũ. puta q̃a
tũc tpus erit res naturalis q̃tum ad suã entita
tem independẽs ab aĩa. Aut nihil responderet
ei in re extra. 7 tũc esset figmentũ sic hyrcocer/
uus 7 chymera. P. fm Aristo. iiij. phicoꝝ 5
tpus est longũ vel breue. ȝ nulla animi con/
ceptio est longa vel breuis. g̃ 7c. Sed ar/ Contra p. et. xv.
gumẽta p̄dicta vt plurimũ pcedũt ex eo q n̄
bene 9siderat̃ distinctio 9clusionũ p̄dictaruȝ
quas posui ex sñia doctoris nr̃i sup. iiij. phi/
coꝝ. c. de tpe. quã sñiam p̄dicti doctores isrin
gere nitebant̃. 7 istud in soluẽdo clari9 appa/
rebit. Ad p̃mũ g̃ dicendũ q vt ad p̄ns lo/ Solutio rõnum p̃mã 9clõnis Ad. 1.
quor de tpe tunc tpus nõ est idẽ cũ quolibet
sed cũ p̃mo motu q̃ est vn9 tm̃. ad queȝ oẽs
alij motus reducũt̃. 7 ideo possum9 dicere q
oĩm est vn9 motus p̃m9 cũ q̃ tpus est idẽ rea/
liter. q̃uis secũdarij multi sint mot9 a quib9
tpus differt realiter. Ad aliã auctoritatẽ
Aristo. dicendũ q tpus 7 mot9 habitudina
liter siue formaliter differũt. iõ aliq̃ pprietas
potest cõpetere vni vt formaliter sumit̃ q̃ non
cõpetit alteri. Ad scđm dicendũ q ex scrip Ad. 2.
tura sacra nõ habem9 nisi q sol stetit. et iõ tem
pus fuit q2 motus p̃mi mobilis nõ cessauit.
cũ q̃ ponim9 tpus esse materialiter idem. Ad
pbatõem dicendũ q sicut illa quies solis fu/
Vtrum angeli sint aliquo modo cōpositi. Et videť q non. quia aut essēt compositi ex materia ⁊ forma. aut ex esse ⁊ essentia. aut ex genere ⁊ differētia sed nullo istoꝝ modoꝝ angeli videnť esse cōpositi. g ⁊c. Maior patet ex sufficienti divisione. Minorē pbato q̄tū ad oēs suas partes. Q, eni angelus non sit composit⁹ ex materia ⁊ forma. patet. xij. meth. vbi phus ponit q quelibet intelligentia sit purus actus immixtus ⁊ separatus ab omi materia. Q, aūt nō sit compositus ex esse ⁊ essentia. patꝫ quia fm phm. viij. meth. in vno ⁊ eodem potētia pcedit actum. Si g essentia angeli esset suuꝫ esse. tunc essentia esset in potentia ad esse. ⁊ ꝯsequens angelus pus fuisset in potentia q̄ actu fuisset. quod est inconveniēs. Q, etiam nō sit compositus ex genere ⁊ differentia. ptꝫ quia in quo nō est repibilis rō speciei: ibi nec potest reperiri rō generis nec differentie. nam species includit genus ⁊ differentiā. sꝫ in angelis nō reperitur ratio speciei que est pdicari de pluribꝫ differentibꝫ numero in eo q qd. quia nō reperiunť plures angeli in eadem specie. ergo angeli nullo modo sunt compositi.

Contra illud in quo est cōpositio sbstātie et accidentis hoc aliquo modo est compositum. quia forma simplex sbiectū esse non pt. vtꝫ per boecium in de trini. sed in omi sbstātia creata est cōpositio sbstantie ⁊ accidentis. cū in ipa differant substantia virtus ⁊ operatio. vt patet per Dyo. in de di. no. Hic quattuor sunt videnda que oīa implicanť in istis argumentis. Primo vtrū angelus sit cōpositus ex materia et forma. Secūdo vtrꝫ angelus sit cōposit⁹ ex esse ⁊ essentia. Tercio vtruꝫ ex genere ⁊ differentia. Et quarto vtrum in angelis inveniatur cōpositio ex sbstantia ⁊ accidente.

Quantū ad primū est advertendū q materia ad pn̄s dupliciter potest accipi. Articulus pmus. Uno modo positive put dicit sbiectum pure potentiale. qd est aptū natum recipere oēm formā corpalem. Alio modo negative. put aliqd dr materia vel materiale. eo q nō est purus actus. sed est aliquo modo in potentia respectu alic⁹ actus. Et fm hoc ponam duas ꝯclusiones. Prima est q iuxta pmū modum accipiendi materiā materia non est in angelis. nec per ꝯsequens vt sic angelus est composit⁹ ex materia ⁊ forma. Secūdo aūt modo loquendo de materia. potest in angelis poni materia et materialis compositio. Prima cōclusio. I. Prima ꝯclusio pt probari sic. Si angelus esset compositus ex materia pmo mō dicta ⁊ forma. tunc in angelo esset quantitas ꝯtinua. ꝯsequens est falsum. ergo ⁊ antecedens. Cōsequentia patꝫ. Nam multitudo taliū compositoꝝ psupponit partitam et divisam materiā. qd sine quantitate nullaten⁹ fieri pt. cum materia de se sit penit⁹ indivisibilis. Cum g plures sint angeli. necessario oportet q eoꝝ materia actualiter essꝫ sbiecta ꝯtinue quantitati. mediante q possent dividi ⁊ multiplicari. vt plures angeloꝝ formas posset recipe. Instantia. Forte ad hoc diceret aliquis ꝯtrarie opinionis. q quilibet angel⁹ habet materiā essentialiter distictā a materia alterius angeli. ⁊ ideo nō oportet q hmōi materia dividať mediante quantitate. Solutio. Istud nō valet. quia tunc quilibet angelus differret ab alio angelo genere. nec essent duo repibiles q essent eiusdem generis naturalis. Nam si celum differret genere ab his q sūt in spera

actiuoꝝ et passiuoꝝ solū ꝓpter alium et aliū
modū recipiendi formā in materia. puta q̄a
in celo recipitur sine ꝑuatione annexa. in istꝭ
inferioribꝫ cum ꝑuatione annexa multo ma/
ior esset differentia inter quoslibet duos ange
los. si eoꝝ forme reciperent̄ in diuersis mate/
rijs essentialiter distinctis Falsitas etiā con/
sequentis patet. quia ſm boecium in libro de
ebdo. Cōmunis animi cōceptio est apud sa
pientes incorpalia in loco non esse. Et ꝑ con
sequens nō poterūt esse quanta. Per incor/
2 poralia vero notat ipos angelos. ꝒP. si an/
gelus esset compositus ex materia ꝓpe dicta
et forma. tūc corpus posset mutari in angelū
ꝛ econuerso. ꝯsequēs est falsum. Nam vt ait
Augustinꝰ. vij. sup Gen. oēm quippe corpꝰ
ī oē corpꝰ mutari posse credibile ē. q̄dlibet āt
corpꝰ mutari posse ī aīaꝫ crede absurdissimū
ē. Et in eodē libro ait Om̄e q̄ppe corpꝰ in oē
corpꝰ posse mutari nō defuerūt q̄ assererēt. cor
pus aūt aliquod siue terrenū siue celeste con
uerti in animā. fieriq̧ naturā incorpoream. nec
quēq̄ sensisse scio. nec fides habet. ꝯsequētia
patet. quia oīa q̄ ꝯmunicant in materia. illa
saltem diuina virtute sunt ad inuicem trans/
Instantia mutabilia. Forte dicet̄ ꝙ materia angelo/
rum est alterꝰ rōnis q̄ꝫ materia corpoꝝ. et iō
corpa et angeli nō cōmunicāt in materia ea/
dem. nec ꝑ ꝯsequēs sunt ad inuicem trāsmu/
Solutio. tabilia. Istud non valet. quia materia ꝓ
prie dicta de qua ad p̄ns loquor cum sit pu/
ra potentia nō p̄t esse essentialiter alia ꝛ alia.
nam cū actus sit qui distinguit. vt dr̄. ix. me/
taphisice. et pura potentia sumpta p̄cise ſm
essentiā suam excludat om̄em actum. sequit̄
necessario si materia ꝓprie dicta est in angel.
ꝙ sit eadem in essentia cum materia repta in
3 rebus corpalibꝫ. ꝒP. nullum materiale per
essentiam potest eleuari ad cognoscendū illō
quod est immateriale ꝑ essentiā. Nam cum
cognitio causet̄ ꝑ receptionem rei cognite in
cognoscente. et quicq̄d recipit̄ ad modum re
cipientis recipit̄. ideo nullū materiale potest
immaterialiter apprehendi a re materiali. sꝫ
angelus est eleuatus ad cognoscendū deum
Opinio ꝯ ꝑ essentiā. g̃ nō est res materialis. Sꝫ cō/
ria. tra istam ꝯclusionem arguūt quidā multuꝫ
1 apparenter. Primo sic. Quicq̄d mouet se/
ipm est diuisibile in duas naturas, quarum
vna est mouens. ꝛ alia est mota. et ꝑ ꝯsequēs
habet materiā partē sui. sed angelꝰ mouet se/
ipm. g̃ ꝛc. Maior ptꝫ. q꜠ alꝭ idem ꝑ idem. et
respectu eiusdem esset actiuum ꝛ passiuum.

Minor patet ex dictis q̄ dixi lib. ꝑmo. dist.
xxxvij. ꝒP. quicq̄d est in potentia habꝫ ma 2
teriā. sed angelꝰ est in potentia. g̃ ꝛc. Maior
patet. quia illud quod est ꝑmo tale in aliquo
genere. est causa omniū ceteroꝝ. et ꝑ ꝯsequēs
ipo deficiente nō p̄t aliud ceteroꝝ remanere.
sed materia est ꝑmū omniū in genere poten/
tie passiue. Minor similiter ptꝫ. Nam ange
lus nō est semꝑ ꝯiunctus eisdem actibus et
affectionibꝫ. g̃ respectu talium q̄n̄q̧ est in po
tentia. ꝒP. istud ꝓbant auctoritatibꝫ. quia 3
phus. ij. meth. ſm translatiōem cōmenti ait
de antiq̄s phis. ꝙ modus erroris eoꝝ fuit. ꝙ
posuerūt materiā elementum corpoꝝ. nō cor
poꝝ aūt non. ꝒP. cum phs. viij. meth. di/ 4
cit ꝙ intelligentie sunt entes p̄ter om̄em ma/
teriam sensibilē ꝛ intellectualē ait cōmētator
ꝙ sunt entes p̄ter om̄em materiā naturalem
et mathematicā. g̃ videtur ꝙ cōmentator so/
lum neget ab intelligentijs materiā ꝯiūctaꝫ
actiuis et passiuis qualitatibꝫ. et materiā q̄/
tam. et ꝑ ꝯsequens nō neget om̄em materiaꝫ
ꝒP. boecius in li. de vnitate ꝛ vno ait. ꝙ ali/ 5
ud est esse vnū simplicitate sicut deus. ꝛ aliō
vnione simpliciū sicut angelus ꝛ anima. que
sunt vnū vnione simpliciū. id est. materie et
forme. ꝒP. Augustinꝰ. xij. cōfes. exponens 6
illud Gen. ꝑmo. in ꝑncipio creauit deꝰ celū
et terram. ait. in ꝑncipio. id est. in verbo suo
sibi coeterno fecit informē materiā spūalis ꝛ
corpalis creature. Et. vij. super Gen. vult
ꝙ sicut in corpe nō q̄rimꝰ solum rationem
quomodo factū sit. sed etiam materiā de quo
factum sit. sic et in ꝓductōe anime non est re
quirenda sola rō. sꝫ etiam materia de q̄ facta
sit. Item Augustinꝰ. iij. li. sup Gen. iij. c.
dicit. ꝙ demones aerea dicunt̄ animalia. ergo
ipe nitit̄ ꝓbare vt videt̄ angelos habere cor/
pora sibi naturaliter vnita. et ꝑ ꝯsequēs sunt
compositi ex materia ꝓpe dicta. ꝒP. argu/ 7
unt quidam alij sic. Illud quod ꝑ se est i ge/
nere sb̄stantie est compositū ex materia ꝛ for/
ma. angelus est ꝑ se in genere sb̄stantie. cum
sit ꝑfecta species sb̄stantie. Maior patet. q꜠
materia ꝛ forma sunt ꝑ reductōem in genere
Itē ptꝫ ista maior ꝑ boeciū in cōmento super
ꝑdicamenta vbi ait. Qꝫ relictis extremis. s.
materia ꝛ forma. de medio. s. de cōposito agē/
8 dum est. ꝒP. in quocūq̧ repit̄ ꝓprietas ma 8
terie. in illo repit̄ materia. sed in angelo repe/
ritur proprietas materie. puta recipe actum
ꝛ esse in potētia ad eū. ꝒP. esse angeli nō est 9
solus actus. q꜠ tūc esset deꝰ. nec sola potentia.

qꝛ tūc eſſet ṗma materia. ḡ eſt cōpoſitum ex
duobꝫ. ſ3 nulle due res faciūt vnā eſſentiam
Cōtra opinionem nisi materia et forma. ḡ ꝛc. S3 iſta nō cō/
cludūt. qꝛ ſi angel⁹ eſſet cōpoſitus ex materia
et forma. aut forma angeli eſſet ſepabil' a ſua
materia. aut nō. Si ṗmo mō tūc angel⁹ eſſet
corruptibil'. qḋ eſt ꝯtra fidem ꝛ ꝯ verā ph̄iā3
Si ſcḋo mō. tūc forma angeli eſſet naturaliter
impfectioꝛ forma hūana. qꝛ q̄nto forma ma/
gis dependet a materia tāto eſt ipfectioꝛ. ſ3 ſi
forma angeli eſſet inſepabilis a materia. tūc
magis dependeret a materia q̄ forma hūana
q̄ eſt ſepabilis a materia ꝓpter ſui dignitate3
et pfectōem. Et iſtud etiā p3 p Dyo. in de di.
no. vbi ait. ꝙ angeli ſunt omino immateria/
les ꝛ incorpales. Et in de angelica hierarchia
vocat angelos īmateriales mētes. Et boeci⁹
in li. de duabꝫ naturis ait. Natura incorpo/
ree ſbſtantie nullo materie innitit fundam̄to
Solutio. Ad ṗmū ḡ dicendū ad maioꝛē ꝙ nō opoꝛ
Ad.1. tet ꝙ diuidat ſp in duas naẗas ſbſtantiales.
ſed ſufficit ꝙ diuidat in duas potentias que
ambe ſunt ꝓprietates eiuſdem ſimplicis ſbe.
ꝛ ſic eſt in ipo angelo. h3 em̄ intellectū et vo/
luntatē. ꝛ p vnam iſtaꝝ potentiaꝝ mouet ſe/
ipm ad agendū ẜm opatōem alteri⁹ potentie:
Ad.2. et econuiſo. Ad ſcḋm nego maioꝛē. ad pro
batōem dico ꝙ potentia materie nō eſt eiuſ/
dem generis cū potētia q̄ eſt in angel'. hoc em̄
nomē potētia de his duabꝫ potētijs dꝛ equo/
ce. Potētia em̄ materie eſt reſpectu formaꝝ
ſenſibiliū et corpaliū. Potentia vero angelo
rū eſt reſpectu formaꝝ ſpūalium. Sicut er/
go deficiēte ṗmo acuto in genere ſapoꝝ. ſic de
ficiēt omīa cetera acuta in genere ſapoꝝ. ꝙ tm̄
nō deficiet ꝓpter hoc aliqḋ acutum in genere
magnitudinū. eo ꝙ acutum in ſaporibus et ī
magnitudinibꝫ equoce repiat. Sic in ꝓpoſi
Ad.3. to ꝛc. Ad tertiū dicendū ꝙ erroꝛ antiquo
rum in h̄ fuit. ꝙ poſuerūt materiā eſſe elemen
tum corpoꝝ. id ē. elementū qḋ eſt corp⁹. ſiue
elementū de numero corpoꝝ. ſic aliqd dꝛ crea
tura ſalis. id eſt. creatura que eſt ſal. ita ꝙ ta/
lis gtūs non tenet poſſeſſiue ſed ſuppoſitiue.
Ita in ꝓpoſito. Nam antiqui poſuerūt ma
teriā eſſe ſbam ſenſibilē actu exiſtentē. ad quā
poſitōem neceſſario ſequit ꝙ materia ſit cor/
Ad.4. pus. Ad quartū dicendū ꝙ cōmentatoꝛ ꝛ
ph̄us ſufficienter cōprehendūt p hmōi ṽba
Ad.5. omnē materiā ꝓprie dictā. Ad q̄ntū dicē
dum ꝙ nō ſumit ibi materia ꝓprie ſed large.
ꝓut oē potētiale potētia paſſiua dꝛ materia.
Liber etiā ille dicit nō eſſe boecij. qꝛ ipe in li.
de duabꝫ naturis et vna pſona xp̄i. que3 fecit
ꝯ euthicē ꝛ neſtoriū expſſe dicit. ꝙ nulla natu
ra incorporee ſbe materie innitit fundamēto
Ad ſextū dicendū ꝙ vt apparet ibide3 ex Ad.6.
dictis Auguſtini ipe nō loq̄t ibi ẜm opinio/
nem ꝓpriā. Ad ſecundū dictū Auguſtini
dicendū ꝙ non loq̄t ibi determinatiue. ſed in
q̄ſitiue. qḋ apparet. qꝛ poſtea oppoſitū iſti⁹
ꝯcludit dicēs. ꝙ aīa nec eſt facta de materia
rōnali. qꝛ ſic fieret aīa de aīa. nec de materia
corpali. Ad tertium dictū Auguſtini di/
co ꝙ Auguſtin⁹ nō dicit hoc aſſertiue. ſ3 opi
natiue recitando dicta alioꝝ. vt etiā apparet
ex ſuo mō loquēdi. qꝛ ipe ibidē dicit. Demo/
nes aerea dicūt aīalia. nō em̄ dicit ſunt. ſ3 di
cunt. Ad ſeptimū dicendo nego maioꝛe3. Ad.7.
Ad ꝓbatōem patebit in tertio articulo. Ibi
em̄ oſtendet quō angel⁹ componit ex genere
et differentia. et p ꝯſequens oſtēdet qualiter
ſit in genere. Ad octauū dicendū ꝙ poten Ad.8.
tia receptiuā q̄ eſt in angelis nō eſt ꝓprietas
materie. quia eſt alterius rōnis a potentia re
ceptiua materie. Ad nonū dicendū. ꝙ po Ad.9.
tentia ꝛ actus ꝓut referunt ad eſſentiā ange/
li. nō dicunt diuerſas res. ſed dicunt vna3 ꝛ
eandem rem. que vt infra patebit vno modo
ꝯſiderata habet rōem actus. ꝛ alio mō ꝯſide
rata h3 rōnem potentie. ſiue cuiuſdam potē
tialis. ꝛ ideo eſſentia angeli ẜm ſe nō eſt com
poſita ex his niſi ẜm rōnem. Secundo di Scḋa cō/
co ꝙ large loquendo de materia pt poni ī an clusio
gelis compoſitio materie ꝛ forme. quia vt ait
auctoꝛ de cauſis. quelibet intelligentia habet
ſuum hyliachim. id ē. ſuū materiale. Et vt ſic
nō eſt aliud materiam eſſe in angelo q̄ ipm
deficere a pura actualitate. Et ſic etiam pote
rūt gloſari omēs auctoritates antiquoꝝ. qui
aliquo modo loquunt de materia angeloru3
excepto auicebron ī libro fontis vite. vbi ita
expſſe ponit materiam ꝓprie dictam in ange
lis ſeu ī intelligentijs ꝙ ſua dicta gloſari nō
poſſunt. et ideo ſimpliciter eſt ibi negandus
Nec liber ille eſt autentic⁹. Magis em̄ pre/
dictus liber debet dici fons mortis q̄ fons vi
te. ꝓpter multas falſitates in ipo contentas.
vt aliqui ſolēnes doctores dicunt.

Quantum ad ſecū Articulus ſecundus.
du3 ṗncipale dico. ꝙ loquendo de eſſe actual'
exiſtentie. in angelis eſt realis cōpoſitio eſſe
et eſſentie. quia illa que in eodem poſita reali
ter differūt. illa faciunt realem compoſitōem

sed in angelo essentia ꝛ esse realiter differunt.
ergo ꝛc. Maioꝛ patet. sed minoꝛem pꝛo. q͂a
si essentia angeli esset idē qđ suum esse. tunc
essentia angeli nō posset nō esse. et ꝑ cōsequēs
esset necesse esse. impossibile em̄ est aliq̄d sepa
2 rari a seipo. ğ ꝛc. ꝑ. In om̄i cōposito aliđ
est esse ꝛ ip̄m quod est. sed om̄is angel⁹ est ali
quo modo compositus. Maioꝛ patet ꝑ boe
cium libro de ebdo. minoꝛ potest declarari
ex verbis phi. vij. meth. vbi ait. ꝙ multis ra
tionibꝰ demonstratū est. ꝙ nihil fit nisi com/
positū. sed angelus factus est. vt patuit supe
3 rius. ꝑ. si angelus esset suū esse. cum ange
lus sit ꝑ se subsistens. seq̄ret ꝙ esse angeli esset
esse subsistens. et ꝑ ꝯsequens esse purū ꝛ illi/
Den. de mitatū. qđ est impossibile. ğ ꝛc. Sed con/
gan. trariū istius multi tenēt. quoꝝ vn⁹ arguit sic
1 Sicut se habet res ad vnitatē bonitatē et ve/
ritatē. sic se hꝫ ad esse siue ad entitatē. sed que
libet res est vna ꝑ essentiā. vtꝫ. iiij. meth. ꝛ bo
na essentiā suam. vt patet ꝑ boecium ī libro
de ebdo. ꝛ est vera ꝑ essentiā suā. vt ptꝫ ꝑ Au
gustinū in đ vera religione. ğ erit ens essen
2 tiā suā. ꝑ. si essentia hr̄et esse ꝑ esse quod ē
aliud ab ip̄a. eadē ratōne illud esse habebit
3 esse ꝑ aliud esse. et sic in infinitum. ꝑ. si esse
angeli differret ab essentia ei⁹. tūc illud eē aut
esset sb̄a aut accidens. sꝫ nec sic nec sic. Non
substantia. q꞉ omnis sb̄a aut est materia aut
forma. aut compositū. vtꝫ. ij. de aīa. sed eē an/
geli nullū istoꝝ esse pt. Nec est accidens. q꞉
eē substantiale sb̄e non poterit eē accidens.
4 sb̄a em̄ eēt ens ꝑ accidens. ꝑ. recipe ꝑ̄sup/
ponit esse. ğ si eēntia reciperet eē. tūc eēntia eēt
5 Den. ꝑ̄us q̄ȝ haberet eē. Sed ista non ꝯcludūt.
q꞉ nūq̄ȝ pt res ꝯcipi cū opposito illi⁹ qđ ē sibi
idem eēntaliter. sꝫ intellectus pt ꝯcipe eēntiā
rei create cū opposito ip̄ius esse. Possum em̄
creaturā ꝯcipe nō eē. alias ip̄a eēt purum ne/
Solutio. cesse eē. Ad p̄mū dicendū ꝙ ens đr dupli/
Ad. 1. citer. Uno mō vt est vnū de transcendenti
bus. seu vt descendit in decē ꝑ̄dicamēta. et sic
quelibet res est ens ꝑ essentiaꝫ suam. sicut est
vna vel vera ꝑ essentiā suam. Alio mō su
mit̄ ꝑ existere ip̄i⁹ rei. et vt sic solus de⁹ est ens
ꝑ eēntiaꝫ suā. ꝛ vt sic s̄m cōmentatoꝛē. ij. me/
taph. deus est ꝑ se ens ꝛ ꝑ se verū. oīa āt alia
sūt entia ꝛ vera. entitate ꝛ veritate dei. Pri
mo mō res đr ens ab esse essentie. Scđo mō
ab existentie Et ideo cōmentatoꝛ. v. meth.
ait ꝙ questio de ente vno mō collocat̄ in que/
stione de genere sb̄e. ꝛ hꝫ q̄ȝtum ad p̄mū istoꝝ
modoꝝ. Alio modo collocat̄ in questōe de ac
cidente. et hoc q̄ȝtum ad secundū modum.
Ad secūdum dicendū ꝙ nō erit ꝑcessus ī Ad. 2.
infinitū. quia essentia est seu existit ꝑ eē suū.
ip̄m aūt eē nō existit. quia est illud quo aliud
existit. Posset etiā dici ꝙ ip̄m eē nō existit
ꝑ aliud esse. sꝫ ꝑ eēntiā. Forte diceret̄ ꝙ tūc Instantia
eēt circul⁹. q꞉ eēntia existit ꝑ ip̄m eē. si ğ eē exi
steret ꝑ eēntiam. tūc eēntia existeret seipa. qđ
tu superi⁹ negasti. Respondeo ꝙ eēntia exi Solutio.
stit ꝑ eē. ꝛ eē ꝑ eēntiam. aliter tn̄ ꝛ aliter. Naꝫ
eēntia existit ꝑ ip̄m eē formaliter ꝛ ꝑfectiue. sꝫ
ip̄m eē existit ꝑ eēntiā fundamētaliter ꝛ sub/
iectiue. Ad tertiū dicendū ꝙ sb̄e nō est Ad. 3.
accidens. nam cum sit quasi termin⁹ sb̄stātie
ip̄m est ꝑ̄dicam̄to sb̄e. saltē ꝑ reductōeꝫ. sic
punct⁹ in ꝑ̄dicam̄to quātitatis. Ad quar/ Ad. 4.
tum dicendū ꝙ q̄ȝuis agere ꝑ̄supponat eē eo
ꝙ suppositoꝝ sit agere. recipe tn̄ eē nō ꝑ̄sup/
ponit eē. alias em̄ potentia recipiens actū pre
haberet actū. ꝛ materia recipiens eē ꝑ formaꝫ
ꝑ̄haberet eē. Potest etiā dici ꝙ recipe esse
existentie ꝑ̄supponit eē eēntie. nō tamē dura
tione sed natura.

Quantū ad terciūꝫ

Articulus tertius.

articulum q̄ȝuis multa essent dicenda de di/
stīctōe generis logici ꝛ generis natalis. rōne
tn̄ breuitatis īmediate descendo ad illud qđ
iste articulus querit. Dico ğ ꝙ in angelis Conclusio
est cōpositio generis ꝛ differentie. Quia illđ 1
de q̄ aliqđ genus essentialiter ꝑ̄dicat̄ salua sua
naturali distinctōe ab om̄ibꝰ aliis speciebus
eiusdem generis. in illo repit̄ cōpositio gene/
ris ꝛ differētie. āgelus est hmōi. q꞉ sb̄a que ē
gen⁹ generalissimū eēntialiter ꝑ̄dicat̄ de āgelo
ꝛ ip̄e intrinsece seu ex sui natura est distinct⁹
ab om̄ibꝰ aliis eiusdē generis. nam si iste res
materiales habent eē distinctū. q̄ȝto magis sb̄/
stantie spūales q̄ maxime sunt in actu. cum
actus sit q̄ distinguat. ꝑ. q̄ncūq̄ȝ aliquod 2
genus equaliter diuidit̄ in aliq̄ duo. si vnūꝫ
diuisoꝝ est ꝯpositūꝫ ex genere ꝛ drā. ꝛ alteꝝ.
sed genus generalissimuꝫ sub̄e p̄ma sui di/
uisione diuidit̄ immediate ꝛ equaliter ī sub/
stantiā coꝛpoꝛeā ꝛ incoꝛpoꝛeā. cū ğ sub̄e coꝛ/
poꝛee puta hō equ⁹. ꝛ cetera hmōi sint cōpo
site ex genere ꝛ differentia. ğ ꝛ angel⁹ q̄ ē sub̄a
incoꝛpoꝛea. ꝑ. oīs nat̄a finita ꝛ limitata 3
q̄ est ꝯceptibil' ꝯceptu ꝯfuso ꝛ determinato.
in illa repit̄ cōpositio generis ꝛ differētie. an/
gelus est hmōi. planū est em̄ ꝙ si angel⁹ cōci
pit̄ vt substātia est ꝙ magis ꝯfuse ꝯcipit̄ q̄ȝ si

concipiaṫ vt spūs vel sbstantia spūalis. etiaꝫ ptꝫ. quia ab illo conceptu cōmuni siue ꝯfuso sumiṫ rō generis. ⁊ a cōceptu ꝯtrahēte ⁊ determinante illū ꝯceptū cōmunē ⁊ ꝯstituente speciē in esse determinato sumiṫ ratio differentie.

4 P̄. cum ipa natura angeli nec sit actus purus. quia tūc esset deus. nec potentia pura. qa tūc esset p̄ma materia. oportet necessario ꝙ sit actus ꝑmixtus potentia. Et ideo in ipis āgelis rō generis sumenda est a tota natura. prout in reperitur rō potentionalis. sed rō differentie sumeṫ ab eadem tota natura ꝓut i ea reperitur rō actualis. ⁊ rō speciei accipitur ab eadem natura ꝓut in se copulat rōeꝫ vtriusqꝫ

Nota bene Egidium.

Aduertendū est aūt ꝙ doctor noster frater Egidius in secūdo suo scpto loquens de ista materia ait. ꝙ differentia sumpta in spūalibꝯ in qnqꝫ differt a differentia sumpta in corporalibꝯ. Primo. quia in corpalibꝯ differentia nō sumiṫ a tota natura sed a parte nature. scꝫ a forma. sꝫ in angelis vbi natura partē nō habet. necessario sumiṫ a tota natura. Secūdo. quia in angelis de eo qd̄ significat differentia p̄dicaṫ ipm genꝰ. sed non de eo qd̄ sigt differentia in corpalibꝯ. Nam totū non p̄dicaṫ de parte essentialiter loquēdo. Anima em̄ q̄ significaṫ ꝑ hanc differentiam que est animatū. nō ē animal. si em̄ totū p̄dicareṫ essentialiter de parte. cum vnū totū habeat mltas partes. vnum totū esset multa tota. Et hinc est ꝙ dicit phus in topicꝭ. Si genus p̄dicaretur de differentia. vnuꝫ animal esset multa animalia. Tertio. qꝛ si in sepatis ꝯstituere tur p̄dicamentū differentia caderet in recta linea illꝰ p̄dicamēti. in corpalibꝯ vero caderet ex latere. Nam de quocūqꝫ genꝰ p̄dicaṫ essentialiter. illud cadit in recta linea illꝰ generis.

Quarto. quia differentia in corpalibꝯ predicaṫ de specie soluꝫ denominatiue. eo ꝙ dicat ꝑtem. in sepatis autem p̄dicaṫ essentialiter.

Quinto. qꝛ cū in separatis a materia genꝰ ⁊ differentia significent idem essentialiter. iō ꝯiūgendo differentiaꝫ generi cōmittiṫ nugatio. ⁊ nō ꝯstituitur ex hoc congrua diffinitio in corpalibꝯ econuerso. ⁊c̄. Unde qn̄cūqꝫ aliqua significant vnū ⁊ idē essentialiter. si vnū illoꝝ significat illud modū p̄oris et magis vniuersalis. ⁊ aliud per moduꝫ posterioris et minꝰ vniuersalis. sicut est de rōne generis et speciei. addendo vnū alteri semꝑ ꝯmittiṫ nugatio. Quidam tn̄ dicunt ꝙ dicendo homo animal ꝯmittiṫ nugatio. sed nō ecōuerso dicendo animal homo. quia terminꝰ sequēs cōtrahit p̄cedentē. Istud aūt non valet. qꝛ semper ꝓ nomine potest sumi diffinitio. sed non minus expssa est nugatio cum d̄r animal animal rōnale. qꝫ cū d̄r animal rōnale animal. g̃ nō minor erit nugatio dicēdo animal hō. qꝫ dicendo homo animal.

Cōtra egidium.

Sed licet ista dicta sint subtilia. tamē que ponit iste venerabilis doctor in p̄mo mēbro ⁊ qnto istꝰ distinctōis. nō videnṫ esse conformia ceterꝭ suis dictis. Nam in p̄mo suo scpto. ij. questōe ꝓlogi expsse dicit ꝙ differentia ꝑ quaꝫ differt singula dicat totā spēm et sbam diffiniti. et h̄ ꝓbat ibidem ꝑ phm. vij. meth. sed in primo mēbro istꝰ distinctōis dicit oppositū saltem quantum ad differentiā rerum corporalium.

P̄. Iste venerabilis doctor in scripto sup ij. sniaꝝ dist. iij. q. iij. dicit. ꝙ in angelis ratio generis sumiṫ a tota natura. ꝓut in ea inueniṫ rō potentionaḷ. rō vero differentie sumiṫ ab eadem tota natura inqꝫtum in ea inueniṫ rō actualis.

Prima rō

Ex hoc arguo contra qntū mēbrum distinctiōis sue sic. Quandocūqꝫ aliq significant eandē rem sub diuersis ratōnibꝯ quarū vna aliā nō includit. sed potius excludit. illa simul iuncta nō faciunt nugatiōem. ista patet ꝑ Auerroym. iiij. meth. vbi vult. ꝙ dicendo. ens vnū. nō est nugatio. quia qꝫuis ens ⁊ vnum realiter significent idem. tamen ratio entis sumitur a positione: ⁊ rō vnius a p̄uatōne. sed vt iam patuit ex dictis istꝰ alia est rō generis ⁊ alia est rō differentie angelorum. nec vna includit aliā. cum ab oppositꝭ sumanṫ ꝯditōibꝯ. puta vna a potentionalitate. ⁊ alia ab actualitate. g̃ simul iuncta nō faciunt nugatōem. nec ꝑ cōsequens impeditur vera angeloꝝ diffinitio. cuius oppositū iste doctor dicit i qnto mēbro p̄dicte distinctōis

Cōfirmaṫ

Et cōfirmatur. Nam cum s̄m Boecium species ꝓprie diffiniaṫ. in angelis autē reperiṫ vera natura specifica. vt patet ꝑ istū doctorē. ergo angelus proprie poterit diffiniri. sed vt patet in topicis et multis aliꝭ locis logice et philosophie. oīs ꝓpria diffinitō datur per genus et differentiam. ideo cōiungendo genus et differentiā angeloꝝ. debita videṫ constitui diffinitio. nec ex hoc resultat nugatio. nec est simile ratōne generis et speciei. quia ratio speciei includit rationem generis. ratio autem generis ⁊ differentie etiā in ipsis angelis mutuo se excludunt. sicut iam patuit. et ideo coniungendo nomen speciei cū nomine generis committiṫ nugatio.

Articulus quartꝰ.

Quantum ad quartũ articulũ dico ꝙ in angelis est cõpositio sbe et accidentis. qꝛ volũtas ꝛ intellectꝰ fundata in sba angeli realiter differunt ab ea cũ nulla sbstantia creata possit esse imediatũ pncipiũ operationis. vt ait commentator. vij. meth.

Ad principale argu.

Ad argumentũ pncipale dicendũ ꝙ angelo ↄuenit cõpositio ex esse ꝛ essentia. ꝛ ex genere et differentia. Ad pbatõem ↄtra pmũ dicendum ꝙ essentia angeli est in potẽtia ad eẽ. talis tñ potentia nõ est abijciens actum. sic est potentia rerũ generabiliũ ꝛ corruptibiliũ q̃ pducunť ab agente naturali psupponente potentiam passiuã materie. Ad pbatõem ↄ secundũ dicendũ ꝙ illa descriptio nõ est vlis q̃tum ad om̃em speciẽ. quia pfecta ratio speciei pt saluari etiã i vno solo indiuiduo. vt apparet in multis rebꝫ creatis.

T sicut in predictis ꝛc. Postq̃ magister tetigit aliqua quibꝫ ab initio differebant ipsi angeli. hic tangit quedã in quibꝫ ↄueniebant a pmordio sui initij. et diuidiť i tres ptes. Quia pmo ostendit hmõi angelorum ↄuenientiã. Secundo recolligit ex predictis eorum differentiam. Tertio innuit ad istorum sufficientẽ cognitõem solũmodo sufficere diuinã intelligentiã. Secũda ibi. In subtilitate vero. Tertia ibi. Has distinctiones. Sequiť illa pars. Illud quoq;. In q̃ magister ostendit quales fuerint angeli creati q̃tum ad pfectões morales. puta vtrũ fuerint creati boni vel mali. iusti vel iniusti. Et diuidiť in tres ptes. Nam pmo circa h̃ mouet questionẽ. Secũdo circa ppositam questionẽ recitat quandã falsam opinionẽ. Tertio ponit veritatis determinatõem. Secũda ibi. Putant quidam. Tertia ibi. Alijs autẽ. Hec in duas. quia pmo magister ponit fm veram opinionẽ pdicte questõis determinationẽ. Secũdo ostendit incidentaliter qualem ante sui ↄfirmatõnem angeli habuerunt cognitõem ꝛ dilectõem ibi. Hic soler queri. Prima in tres. quia pmo verã opinionẽ circa sepe dictam questionẽ recitat. Secũdo pdictam falsam opinionez improbat. Tertio auctoritates in quibꝫ se pdicta opinio fundabat declarat ꝛ explanat. Secunda ibi. Ideo Augꝰ. Tertia ibi. Deinde qualiter. Hic quero hanc questionem

V Trum om̃es angeli sint vnius speciei. Et videť ꝙ sic. Quia quale ẽ illud q̃d destruiť. tale dꝫ eẽ illud quod deperditum seu destructũ restaurať. sed ruina angelorũ restaurať p ea q̃ sunt vnꝰ speciei specialissime. puta per hoies. ğ om̃es angeli q̃ ceciderunt sũt vnꝰ speciei. et eadem ratione isti q̃ remanserũt erunt vnꝰ speciei. q̃a de om̃i ordine aliq̃ ceciderũt. ꝛc. Contra ea que differũt forma differũt specie. quia forme sunt sicut numeri. vt dꝛ. viij. meth. nõ est aũt aliquos duos numeros dare in eadẽ specie. Sed angeli differunt forma cũ nõ habeant materiã vel quantitatẽ cuiꝰ diuisionez distingui possint. igiť nõ erunt aliq̃ duo angeli in eadem specie. Hic quattuor sunt videnda. Primo vtrũ in angelis sit indiuiduatio. Secundo de eo q̃d queriť. Tertio vtrũ angelorũ sit certus numerꝰ Quarto quia cũ pdictis magister tractat in ista tertia distinctõe modo cognoscendi angelorum. ideo videndum est vtrũ angelus intelligat p essentiã suam vel p species concreatas.

Articulus primus

Quantũ ad primũ dicendũ ꝙ duplex est modus indiuiduationis. Unus in rebꝫ materialibꝫ. Alius in rebus imaterialibꝫ. Ideo pmo videndũ est de pmo. secundo de secundo. Circa pmũ est aduertendũ ꝙ appellando pncipium indiuiduatõis illud quo radicaliter contingit plura solo numero differentia esse in eadem specie modo naturali. sic quantitas est pncipiũ originale siue radicale ipiꝰ indiuiduatõis. qꝛ p tanto plurificanť aliq̃ in eadẽ specie qꝛ diuisa est eorũ materia. sꝫ fm modũ quẽ videť materia nõ diuidiť. nisi extẽsa p quantitatez. ğ nõ pñt naturaliter esse plura indiuidua materialia in eadẽ spẽ nisi p quantitatẽ. Super naturali tñ modo distincta indiuidua materialia p diuinã potentiã pñt fieri in eadez spẽ sine oi quantitate. qꝛ quecunq; pt deꝰ separata a quãtitate distincta ↄseruare. illa pt deus sine q̃ntitate distincte creare. sꝫ deus pt annullata q̃ntitate duorũ lapidũ formas eorum i suis materijs ↄseruare. igiť sine quãtitate potent supposita indiuidua illorũ lapidũ ex sua materia et forma ↄstituta distincte creare. Forte diceť ꝙ ista indiuidua nõ essent distincta. qꝛ illa nõ pñt esse distincta q̃ nullã penitꝰ habent dissimilitudinẽ. sꝫ isti duo lapides cũt

Principiũ indiuiduationis

Instantia

huiusmodi. quia nec ex parte materie nec ex
parte forme posset aliqualis similitudo con/
cerni inter eos. et per consequēs erunt penitus
idem. quia vbi nulla est dissimilitudo ibi ne
Solutio. cessario est identitas. Respōdeo q cum
simile et dissimile non dicant̄ fm quantitatē
sed potius fm qualitatē. vt patz in p̄dicamē
tis. igitur annullata omi quantitate: adhuc
p diuersas qualitates materiā disponēdo de/
us posset multas dispositōes creare hmōi
Nota du/ biū pluriū individuis. Sed vtrū circumscripta omni
accidentali dispositiōe adhuc deus possit ta/
lia individua disticta creare ac distincte crea
Responsio ta conseruare. Quamuis hec difficilioris
speculatōis sit. tamen saluo semp meliori iu/
dicio ad p̄sens teneo q sic. quia deus potest il
que sunt p̄ora ordine essentiali seruare sine
suis posterioribꝫ. sed natura materie et natu/
ra forme substantialis sunt p̄ora ordine essen
tiali omnibus accidentibꝫ corporalibꝫ. quia
vt dr p̄mo phicoꝝ. materia cū forma est cau/
sa omniū accidentiū que fiunt in ea. sicut igi
tur materia et forma que sunt naturaliter p̄o/
ra omnibꝫ accidētibꝫ que fiunt in eis. sic due
nature duoꝝ lapidum sunt naturaliter prio
res omnibꝫ accidentibꝫ fundatis in eis. quia
ex coniunctione forme substantialis cū ma/
teria naturaliter p̄us resultat natura sbstan/
tialis q̄z aliqua accidentalis natura causetur
in tali sbstātiali natura. igitur deus tales du
as lapideitates simpliciter constitutas ex su
partibꝫ essentialibꝫ in esse incōmunicabi/
li potest cōseruare omibus accidentibꝫ ma/
Cōtra pri/ mā ɔclōez ximē absolutis penitus circūscriptis. Sed
contra p̄mam cōclusionē aliqui arguunt di
1 recte. aliqui indirecte. Directe sic. Illud qd
alicui nō est causa sue entitatis. hoc nō ē cau
sue vnitatis. et p consequens non est causa
sue indiuiduatōnis. q̄titas nō est alicui sup
posito p̄dicamenti sbstantie causa essendi seu
entitatis. igitur nō erit causa indiuiduatōis
sue. Minor patet de seipsa. Probat̄ maior.
quia fm phm. viij. meth. Simile est querere
2 q sit causa vnius et que sit causa essendi. P̄.
posterius nō potest esse causa prioris. sz indi/
uiduum quantitatis est posterius indiuiduo
sbstantie. ergo indiuiduū quantitatis nō po
test esse p̄ncipium indiuidui sbstantie. Ma
ior patet. Minor probat̄. qꝛ sic sbstantia vt
est genus p̄dicabile est essentialiter p̄or quā/
titate. sic vt est genus subiicibile puta indiui
duum substantie naturaliter est p̄or indiui/
3 duo quantitatis. P̄. Illud quo remoto
nō minus res sit indiuidua hoc nō est prin/
cipium indiuiduatōnis. sed remota quanti/
tate puta si forma sbstantialis non mediāte
quantitate reciperet̄ in materia. non minꝰ sed
magis cōstituitur indiuiduū. quia quātitas
non est medium per se et in pfici. sed solum p
accidens et in fieri. P̄. si quantitas essz p̄n 4
cipium indiuiduatōis. tūc indiuiduū predi
camenti sbstantie esset ens p accidens. et per
consequens nō esset in p̄dicamento sed in p̄/
dicamentis. que omia sunt falsa. consequen
tia patet. quia quantitas cū substantia non
potest facere vnū per se. sed solum accidens.
ergo. Sed q̄uis ista aliquo modo cōclu/ Cōtra opi nionem
dant contra illos qui absolute dicunt quan
titatem esse p̄ncipium indiuiduatōnis. tamē
non sunt contra me. quia dixi q quantitas ē
p̄ncipium indiuiduatōnis nō quomodocū/
q̄z. sed put illud appellatur p̄ncipium indi/
uiduatōnis p quod originaliter reperiuntur
plura indiuidua materialia in eadem specie.
et ideo multi non bene intelligunt frēm Egi/
dium. cū hanc opinionē absolute dicunt esse
suaz. quia vt apparet p̄mo suo quolibꝫ que/
stione. ij. vbi de ista materia loquit̄. ipse ponit
quantitatē esse p̄ncipium indiuiduatōis cū
moderamine supradicto. et istud euidenter
apparet in scripto suo super. ij. sententiarū di/
stinctione. iij. q. iiij. vbi expresse ponit materi
am esse p̄ncipium indiuiduatōnis. et dicit il
lam opinionē esse insufficientē que ponit ab/
solute q quantitas sit p̄ncipium indiuidua/
tionis. Sed quidam illius opinionis de Instantia
quantitate conant̄ eam probare sic. Illud de
bet attribui quantitati absolute quod sibi so/
li fm se cōuenit sepatim etiā ab omi substan/
tia. sed esse indiuiduū est huiusmodi. Re Respōsio.
spondeo q hec ratio seipam videt̄ impedire.
quia esse indiuiduū et esse p̄ncipium indiui/
dui sunt opposite conditōnes. puta cōditōes
principij et p̄ncipiati. sicut igit̄ gratia forme
non esset bona consequentia. si dicetur. quan/
titas est principiatū. ergo quantitas est prin
cipium. sic nō est bona consequentia gr̄a for/
me. quantitas de se est indiuidua separata ab
omi sbstantia. ergo est principiū indiuidua/
tionis. Item nō minus posset probari q
substantia sit principiū indiuiduatōis. quia
substantia separata ab omi quantitate de se ē
indiuidua. substantia eñi dei de se est indiui/
dua. et substantia cuiuscunq̄z intelligentie.
Item sicut quantitas in sacramento alta/
ris separata a substantia panis de se est indi/

nidua. sic si deus substantiã panis ɔseruaret
et quantitatẽ conuerteret seu annihilaret. tũc
substantia panis de se esset indiuidua separa
ta a quantitate. Si tamen p̄dicta rõ for/
maret modo quo ea vtitur doctor noster pri
mo quolibz questione. ij. tunc nõ esset cõtra
p̄dictam cõclusionẽ sed magis obsequeret ei
puta sicut. Illud quod cõuenit alicui ƀm se :
siue ƀm q ipm illud cõuenit sibi p̄mo et om/
nibus alijs p ipm. sed habere ptes eiusdez ra
tionis siue habere plura indiuidua in eadem
specie existentia hoc cõuenit quantitati ƀm se
igitur om̄ibus alijs rebus materialibꝫ q̄ na/
turaliter plurificanť in eadem specie hoc ori/
ginaliter cõuenit a quantitate. Illi etiam
Solutio. qui tenent illam opinionẽ de quãtitate ad ra/
tões p̄dictas i oppositũ possent rñdere Ad
Ad.1. p̄mũ dicerẽt q phus loquiť ibi de vno qd cõ/
uertitur cum ente. nõ autem de vno quod est
principiũ numeri. de quo forte ipi loquuntur
quia indiuiduũ dr vnũ numero. et tale vnuz
ortum habet a quantitate ɔtinua. quia ex de/
cisione continui causať numerus. vt patz. iij.
Ad.2. phicoꝝ. Ad secundũ dicerent q quãtitas
non est posterior substantia. quia nũqz sepa/
ratur a materia. et necessario p̄cedit formam
substantialẽ in materia. vt probat cõmenta/
Ad.3. tor in de substantia orbis. Ad tertium di/
cerent q nõ est possibile formã substantialez
Ad.4. recipi in materia sine quãtitate. Ad quar/
tum aliqui eoꝝ dicerent q indiuiduũ sbstan
tie nõ est ▮ se in p̄dicamento. quia includit i
se accidentia. ita q isti non reputarent conse/
quẽs illud esse falsum. Attamen potest di
ci cum doctore nostro ⁊ melius. q indiuidu/
um substantie nõ includit quantitatẽ sz mo
dum sortitũ a quantitate. qui quidẽ modus
nõ est res differens a substantia indiuidui.
nec est quantitas q̃uis esse nõ possit sine q̃n
titate. sicut em̄ ad impssionem sigilli in aqua
figuratur aqua. figuratio tamen aque nõ est
figuratio sigilli. sic in proposito. ⁊c. Et po
test consimiliter responderi ad auctoritates
Boecij et ceteroꝝ doctoꝝ. que videnť sonare
q indiuiduuz includat accidentia. Dicit em̄
Boecius in libro de tri. circa p̄ncipium. q in
numero differentiã accidentiũ varietas facit
Et subdit. q tres homines neqz genere neqz
specie sed suis accidentibꝫ distant. Et Por⁹.
ait. Indiuidua dicimus huiusmodi quoniã
ex proprietatibꝫ consistit vnũquodqz earum
quaꝝ collatio nũqz in alio eadem est. Ad
om̄ia talia potest dici q indiuiduũ non dicit
de suo formali significato substantiã ⁊ accide
tia. q̃uis dicat substantiã sub accidentibus.
Contra p̄dictam conclusionẽ arguũt qui/
dam etiã indirecte ex hoc q probant suas p/
prias positões. Sunt em̄ q̄dã q̄ ponũt q Hen. de gan.
pter causam extrinsecã ipsius indiuiduatõis
q̄ est agens reducens materiã de potentia ad
actum vltimũ cõpletiuũ quo fit indiuiduuz
formaliter. est duplex negatio. vna remouẽs
ab intra om̄em diuersitatẽ. alia remouens ab
extra om̄em identitatẽ. q̄a indiuiduum est i
se indiuisum. ⁊ ab om̄i alio distinctũ ⁊ diui/
sum. Iste tamẽ negatões vt dicũt nihil rei
addũt sup essentiã quam determinãt. large m̄
loquẽdo possũt dici accidẽs. Sed istud ɔ Hen.
nõ valet. q̄a nullum positiũ potest formaliter
cõstitui in esse completo p aliq̄d priuatiuum
siue negatiũ. Alij dicũt q forma rei sbstã/ Tertia
tialis est principiũ indiuiduatõis. Quia il/ opin
lud per q̄d res habet esse simpliciter : per illud 1
habet in se indiuisum esse ⁊ diuisum a quocũ
qz alio. q̄d est esse indiuiduũ. sed per formam
substãtialẽ res habet simpliciter esse. ergo ⁊c.
P̄. indiuiduũ i inferioribꝫ q̄ sũt cõiũcta 2
materie debet fieri per aliq̄d ꝓportionatuz su
perioribus. scz a materia separatis. sed sbstã/
tie separate indiuiduanť per suas formas. cũ
in eis nec sit materia nec accidens materiale.
ergo ⁊c. P̄. cõmentator. ij. de aĩa dicit. q i/ 3
diuiduũ nõ ẽ hoc nisi per suã formã. Sz Cõtra
neqz ista cõcludũt. q̄a sicut se habet species ad 1
genus. sic se habet indiuiduũ ad spẽm. sz for
male cõstitutiũ speciei nũqz includitur i rõe
generis. ergo si forma substãtialis essz forma
le cõstitutiũ indiuidui. ipa nõ includeret for
maliter in rõe speciei. q̄d est simpliciter falsuz
P̄. Illud q̄d est de p̄ncipali significato spe 2
ciei nõ potest esse formale constitutiũ indiui/
dui. da oppositũ tũc idem esset de formali sig/
nificato vtriusqz. q̄d est impossibile. cum sint
oppositaꝝ cõditionum. que sũt. esse diuisibi
le in partes subiectiuas. ⁊ indiuisibile in par
tes subiectiuas. ⁊ p̄dicari de pluribꝫ et nõ p̄e
dicari de pluribꝫ. Sed forma substãtialis est
de p̄ncipali significato speciei. g̃ ⁊c. P̄. Id 3
nõ est formale p̄ncipiũ cõstitutiũ indiuidui.
quo per se loquendo vnũ indiuiduũ cõuenit
cum alio indiuiduo. q̄a singula queqz distin
guũtur ab inuicẽ p̄ncipaliter suis principijs
formaliter cõstitutis. Sed indiuidua eius/
dem speciei sicut cõueniũt in specie sic p se lo/
quẽdo cõueniũt in forma sbstãtiali. a q̄ prin
cipaliter sumpta est ratio illius speciei. g̃ ⁊c.

Solutio. Ad pͥmū igiť dicēdum. q̄ si accipis ĭ maior diuisū esse a quocūq̧ alio tam eiusdē speciei q̄ȝ alterius speciei. tūc maior est falsa. forma eñ equi vt forma equi est: nō distinguit equū ab equo. q̄ȝuis distinguat equuȝ ab eq̄ vt hec forma ē. hmōi autē heceitatē nō habet pͤcise a se. sed ipam sortiť ex eo q̄ recipiť ĭ hac materia. Et ideo ait cōmentator. vij. meth. q̄ forma non diuiditur nisi diuisione materie.

2 Ad secūdum dicēdum q̄ cū maior sit distātia īter substātias separatas ꝛ ista inferiora. q̄ȝ īter corpora celestia ꝛ inferiora. et tamē cōmētator dicit q̄ ea q̄ dicūtur de celestibus et inferioribus dicūtur equiuoce. igitur non requiriť pporcio in pͤcipio indiuiduatiōis intelligentiaꝝ ꝛ corpoꝝ inferioꝝ. cum totaliter differant genere naturali. ꝛ solū ꝯueniant ĭ genere loycali. Instantia Et si dicetur q̄ effectus cōmunis arguit causam cōmunē. Rñsio. Dico q̄ verū ē de effectu cōmuni ꝯmunitate vnius generꝭ naturalis.

3 Ad tertium dicendū q̄ dato q̄ indiuiduū immediate sit hoc p formā. originaliter tamē hmōi heceitatem forma habet a materia ꝛ quātitate p cuiꝰ diuisionē materia sic diuidiť ꝛ partiť q̄ potest rcipere hāc ꝛ hāc formā.

Opio. 4. thome. Alij dicūt q̄ materia ē pͥncipiū indiuiduatōis. 1 qa illud ē pͥncipiū indiuiduationis. q̄d ē oīm alioꝝ pͥmum receptaculuȝ. 2 materia ē hmōi. P. oīa sūt vnū numero ex hoc q̄ hn̄t materiā. vt dr̄. v. metaphisice. 3 P. pͥncipium indiuidui substātie debet eē suba. sed ad ꝯstitutōem indiuidue sube non concurrit aliqua suba nisi materia et forma. igitur cū forma nō possit esse pͥncipiū indiuiduatōis. qa ipa ē pͥncipiū speciei. nam illa q̄ differūt forma differūt specie. igitur materia erit pͥncipiū indiuiduatōis. Et ꝯfirmať. qa ordie nature materia pͤcedit formā. ꝛ p cōsequēs ē pͥus hec q̄ȝ forma q̄ recipiť ĭ ea. et iō vt dicūt materia pͥmo phicoꝝ dr̄ pͥncipium pͥncipij.

ꝯ thomā Sed licet ista opio a multꝭ ꝛ magnis teneať. tñ qa nō video q̄ materia ƀm cursum nature quē videmꝰ sine inclusiōe modi sortiti a quātitate materiā extēdēte possit esse principiū indiuiduatōis. Ideo arguo cōtra eam sic. 1 Illud q̄ indiuiduū formaliter cōstituiť. p illud alijs eiusdē speciei idiuiduis cōnumerať ꝛ ab ipis distinguiť. sȝ materiā ƀm se acceptā nihil distinguiť. qa actus ē qui distinguit. vt dr̄. iij. de aīa. ipa aūt materia ƀm se accepta ē pura potētia. Et ideo. ij. meth. ipsa materia appellať fundamētuȝ nature in q̄ nihil ē distinctū. 2 P. idem ƀm qđ idem nō pt esse pͥncipiū intrinsecū distinctoꝝ ƀm q̄ distincta sūt. sed materia ƀm se ꝯsiderata ē eadē oīm habētiū eā. vt sepiꝰ hēť p Aristo. ꝛ ꝯmētatorē. igiť ipa ƀm se ꝯsiderata nō poterit esse pͥncipiū indiuiduoꝝ q̄ ƀm q̄ idiuidua sūt ab inuicē sūt disticta.

Solutio. Ad. 1. Ad pͥmū ē dicēdū q̄ materia nūq̧ recipet diuīsas formas distictoꝝ ĭdiuiduoꝝ ƀm se nude sūpta. sed h̄ ꝯpetit sibi put extēsā q̄ntitate diuidiť ꝛ ptiť Iō eñ ē tm̄ vnꝰ sol. qꝛ cōstat ex tota sua materia. eo q̄ sua materia ē simpl'r indiuisa. vtȝ pͥmo de celo ꝛ mūdo

Ad. 2. Ad scōm ē dicēdū q̄ illa auctoritas possȝ glosari ad sensū ꝯ͂riū illiꝰ qđ isti intēdūt puta q̄ oīa dicūť vnū nūero p materiā. qa in materia nulla peitꝰ ē distinctio si nude ꝛ ƀm se ꝯsiderať.

Ad. 3. Ad tertiū ē dicēdū q̄ materia cū modis q̄s sortiť a q̄ntitate ꝛ ceterꝭ accidētibꝫ ē sba. nec ppter tales modos trahiť extra genꝰ sbe. qꝛ modꝰ ñ trahit rē extra ppriū genꝰ. sed trahiť ad genꝰ rei cuiꝰ ē modꝰ. ꝛ qꝛ materia cū tali mō ē pͥncipiū ĭdiuiduatōis. iō ꝛc.

Scđa inq̄sitio articuli pͥmi Sȝ q̄ntū ad ĭdiuiduatōeȝ sbaꝝ sepataꝝ ē aduertendū. q̄ ƀm eos q̄ quelibȝ āgelū dicūt specifice differre ab altero āgelo. oportet dicere q̄ p idē āgelꝰ ꝯstituať ĭ esse specifico ꝛ ĭ eē indiuiduo. Scđoȝ eos āt q̄ plures ponūt āgelos ĭ eadē spē eēt dicēdū q̄ p ppetatē hypostaticā āgelꝰ ꝯstituiť ĭ eē idiuiduali. De eis daṫꝰ patebunt in sequēti articulo.

Articulus secundus.

Quātum igitur ad

illū secūdū articulū inquirā duo. Pͥmū est de possibili. vtrū p diuinam potentiā possint esse duo angeli vel plures in eadeȝ specie

Secundū de facto. vtrū nūc sint plures ĭ eadem specie.

Prima cōclusio. Rō pͥma. De pͥmo dico q̄ sic. qꝛ diuine potētie nihil debet denegari quod nō implicat ꝯtradictōeȝ. qꝛ hoc solo pͥuať deus ingenita facere que vtiq̧ gesta sunt. vi. ethicoꝝ. Sȝ plꝛes sepatas sbas eiusđ spēi ĭ eē pduci p diuinā potētiā. nō ĭplicat ꝯdictōȝ. Ista patȝ đ facto ĭ aīabꝫ itellectiīs. q̄ solo nūero dr̄nt. et tñ a đo pducūť

Instantia Sȝ ad h̄ rñdet adūsariꝯ q̄ ñ ē sile de aīabꝫ ꝛ āgel. qꝛ aīa idiuiduať idiuiduatōe corpis ĭ q̄ recipitur. ꝛ iō sine ꝯdictōe plurificať plurificatōe corpm. nō āt angelꝰ.

Solutio. Istđ ñ vȝ. qꝛ destructꝭ corpibꝫ aīe sepate ad huc sūt eiusđ spēi. ꝛ solo nūero distinguenť.

Instantia Ad h̄ iteȝ rñdet aliq̄ ꝯ͂rie opinionis. q̄ aīa sepata ñ ē idiuidua p seipaȝ. sȝ p aptitudinē ad corpꝰ cꝰ forma erat. ita q̄ diūse aīe sepate ƀȝ istos distiguūť nūeral'r p diūsas hītudies sine aptitudies ad diūsa corpa solo nūero disticta

Solutio. Sꝫ ista fuga q̄uis aliq̇d appareat. ī re tn̄
1 modicū valet. q꞉ impossibile est dare effectuꝫ
formalē in actu sine cā formali in actu. sꝫ effe/
ctus formal' indiuiduatōis actu poniť in aīa
separata. illa aūt aptitudo nō est aliq̇d in actu.
2 igiť ꝛc. P̄. manētibꝫ aīabꝫ solū numero di
stinctis ista corpa in varias spēs trāsmutanť
Cito em̄ mutať corp⁹ in vermes. vermes ī ter
rā. terra in aurū ꝛ argentuꝫ ꝛ alia mineralia q̄
de terra generanť. ꝛ p ꝯsequēs si aīe p aptitu/
dinē ad corpa a q̇bꝫ sepate sūt tantūmodo di
stiguerenť. tūc mutareť eaꝝ distinctio ad mu
tatōem corpoꝝ. q꞉ illa aptitudo cū sit q̄dam
relatio ipa variareť ad variatōeꝫ alteri⁹ extre/
moꝝ. Et q꞉ fide tenem⁹ aīas hūanas separa/
tas solo numero differre. cum hꝰ ipis p hmōi
corpa non possit ꝯuenire. oportet ꝙ intrinsece
3 aliq̄ mō seipsis distinguanť. P̄. de⁹ pt hu/
iusmodi corpa totaliter annihilare. ꝛ tunc ta
lis aptitudo erit relatio tantūmodo ratōnis.
q꞉ entis ad nō ens nō p̄t esse relatio real'. et sic
nō solū sequiť hoc incōueniēs ꝙ indiuidua/
tiones ꝛ distinctōnes reꝝ absolutaꝝ q̄ vere et
reales sube sunt erūt p relatōes. verū etiaꝫ se/
quereť ꝙ reales indiuiduatōes ꝛ distinctōes
dictaꝝ rerū fiant p entia rōnis. qꝺ est simpli
4 citer impossibile. P̄. dato ꝙ deus nūq̄ꝫ cre/
asset aliqꝺ corp⁹ in p̄terito. nec crearet in futo
adhuc de⁹ easdē aīas quas nūc creauit potuit
ab origine mūdi creare. ꝛ tn̄ tūc solo numero
Instantia differrēt sicut ꝛ nunc. Forte ad hoc diceret
aliq̇s ꝙ tales aīe differrēt p habitudines q̄s
haberent ad corpa que deus creare posset. et si
crearet tales anime hmōi corpa informarent
Solutio. Sed nec hoc valet. Primo q꞉ etiā ille ha
bitudīes essent entia rōnis. Secūdo q꞉ rela/
tiones sūt posteriores suis fundamentis. ideo
tales habitudīes magis distinguerenť p ip/
sas animas in quibꝫ fundarenť q̄ꝫ econuerso.
Ratō scda P̄. de⁹ potest duas materias ꝑducere solo
ad pncipa numero differētes sine formis sbstantialibꝫ.
le. ḡ poterit duas formas ꝑducere solo numero
differētes sine materia sbstantiali. ꝯña patet.
q꞉ cū materia nō min⁹ de se sit vna q̄ꝫ quecūq̄ꝫ
forma creata. si sibi nō repugnat multiplica/
ri sine forma que est substātia. nec tali forme
repugnabit multiplicari sine materia. antece
dens ptꝫ. quia circūscpta om̄i forma sbstātia
li deus posset duas materias creare. que ab in
uicem numero differrēt per solos modos sor/
titos ab alia ꝛ alia quātitate quibꝫ huiusmo
Ratio. 3. di materie essent ꝯiūcte. P̄. accidētia spiri/
tualia nō minus sūt distictiua q̄ꝫ corporalia.

sed plura possunt esse indiuidua eiusdem spe
ciei propter solam distinctōem accidentium
corporalium. ergo plura possunt esse indiui/
dua in spiritualibꝫ propter solam distinctio
nem accidentiū spiritualiū. P̄. substantia Ratio. 4.
que non est sua essentia ꝛ in qua differt quod
est et quo est. illa nō est sua singularitas. p
consequens sibi nō repugnat in suis singula
ribus multiplicari. Sed angelus nō est sua
essentia. et in eo differt quod est et quo est. q꞉
inter articulos parisius per sententiā excom/
municatōnis cōdemnatos. articulus. lxxvi.
est dicere ꝙ substantie separate sint sua essen/
tia. quia in eis idem est quod est ꝛ q̇ est error.
P̄. oppositum istius cōclusionis inter eos/ Ratio. 5.
dem articulos est ꝯdemnatū. lxxviij. articulo
Ibi em̄ vt patet est error dicere. ꝙ quia intel
ligentie non habent materiā. deus nō potest
plures eiusdem speciei facere P̄. om̄e quod Ratio. 6.
recipiť in aliquo receptione reali est plurifica
bile in eadem specie. sed esse angeloꝝ est reali
ter receptum in essentia. ergo est plurificabi/
le in eadem specie. et p consequens etiam ipse
angelus cui⁹ est esse erit plurificabilis. Ma/
ior patet. quia potentia non adequat actū in
ipsa receptū. Omnis em̄ actus receptus di/
stat a plenitudine sue actualitatis. Minor
etiam patet ex dictis in questione ꝑxima pre
cedenti. articulo secundo. Quidam tamē Opinio contraria
oppositū illius ꝯclusionis tenentes dicunt
simpliciter contradictōem implicare plures
esse angelos eiusdem speciei. et hoc ꝓbant sic.
quia differre forma est differre specie ꝛ quid/ 1
ditate. sed quicūq̄ꝫ duo angeli ꝑducerenť ipi
differrent forma. igitur si aliqui duo angeli
differrent solo numero. illi differrent specie.
et non differrent specie quod est cōtradictio.
P̄. In illa natura in qua est idem esse spe/ 2
cificū ꝛ indiuiduale nō possūt indiuidua plu
rificari nisi species plurificentur. sed substan/
tia angeli est huiusmodi. quia sm̄ Auicē. v.
metaphisice sue. omnis natura que nō diui/
ditur differentijs sicut natura generis: nec
diuiditur materia sicut natura speciei. nec di
uiditur accidentibꝫ sicut natura indiuidui ē
vna numero species in esse indiuiduali subsi
stens. P̄. om̄is indiuidualis distinctio in 3
eadem specie. vel est p materiā. vel per quan/
titatem. vel p aliquā accidentalē ꝓprietatem.
Sed angeloꝝ distinctio nō p̄t esse p materiā
quia materia caret. nec p quantitatē cum sint
forme indiuisibiles. nec p accidētalē ꝓpetatē
q꞉ oīs talis ꝓpetas sequiť suppositū ꝯstitutū

Cōtra opi- ¶ Sed ista nō ɔcludūt. nec videt̄ boni mo/
nionē. ris h̄ denegari diuine potētie. q2 etiā sancti po/
nūt in dubio vtrū3 de facto sit. Ait eīn Dam̄.
li. ij. c. iij. Siue eq̄les sint angeli fm̄ spē3 siue
differētes nescim⁹. de⁹ scit. Et hāc senten. io. Dam̄. tāgēs Hugo sup angelica hierarchia
sic ait. De hac re p̄ modicitate ⁊ insufficiētia
nihil temere diffinio cū iohes Dam̄. de h̄ lo/
Solutio. quēs se fateat̄ ignorare. Ad p̄mū igit̄ dicē/
Ad. 1. dū q̄ minor nō est vera. q2 accipiēdo forma3
p̄ q̄dditate specifica tūc posset de⁹ si vellet pro
ducere duos angelos q̄ nō differret forma s3
p̄prietate hypostatica. Sec⁹ est eīn differre for
ma seu p̄ forma3. ⁊ differre in forma. duo eīn
angeli eiusdē speciei si darent̄ bn̄ differrent in
forma nō tn̄ ¶ formā. sic sortes ⁊ plato differt
in humanitate. cū alia sit humanitas sort3 et
alia platonis. nō tn̄ differūt hūanitate siue ¶
Ad. 2. hūanitatē. Ad scōm dicendū est q̄ nō illa
peccat i minori. marie loquēdo d̄ eo mō essen
di angelorū que3 de⁹ inuenire posset si vellet.
nec auctoritas Auic. est ɔ̄ me. q2 tales angeli
differrēt p̄prietatib⁹ p̄sonalib⁹. q̄ quendā mo
Ad. 3. dū accidentiū haberet. Ad terciū dicendū
q̄ talis distinctio esset p̄ quasda3 p̄prietates. q̄
quidē p̄prietates licet aliq̄ mō possent dici ac/
cidentales. nō tn̄ oporteret eas esse de genere
accidentis. sic superi⁹ etia3 dixi de esse existētie
qd̄ est in genere sb̄e licet nō recipiat p̄dicatō3
sb̄e. nec p̄supponeret illa p̄prietas suppositu3
ɔstitutū. s3 simul a deo crearet̄ cū nat̄a illi⁹ an
Scd̄a in/ geli ɔstitueret suppositū indiuiduū. Quā
q̄sitio arti/ tum ad scōm in isto articulo videndu3 dico.
culi secūdi q̄ q̄uis dubiū sit ad vtrāq3 ptē. credo tn̄ pro
babil⁹ esse tenendū q̄ nūc de facto oēs an/
1 geli differāt specie. Quia fm̄ cursū quē vide/
mus multitudo suppositor3 in eadem spē est
ad saluandā spēm in plurib⁹. q̄ in vno p̄pter
sui corruptibilitatē saluari non pt̄. Ista patet
ij. de aīa. Unde etiā ait Auic. vi. meth. sue ca
pitulo. v. Si possibile ess3 hoīes p̄manere si
cut p̄manet sol ⁊ celū. p̄fecto nō esset opus ge
neratiōe. Sed angeli nō sunt corruptibiles.
2 ergo ⁊c. ¶ Ista est exp̄ssa intētio phor. q2
Aristo. ⁊ cōmētator ponūt. xij. meth. q̄ nihil
possit multiplicari in eadē spē nisi ¶ materiā.
Idem ponit Auic. v. meth. sue ca. ij. Et alga/
zel. iiij. meth. sue circa finē. Ueru3 est tn̄ q̄
isti phi appellāt oē illud impossibile. quod
nec p̄ humanu3 ingeniū nec naturaliter fieri
pt̄. Et ideo auctoritates hm̄oi phor3 non de/
rogant ɔclusioni precedēti. in q̄ mō xp̄iane si
dei locutus sum de his q̄ fieri p̄nt p̄ potentia3
dei absolutā. ¶ Sed ɔ̄riū isti⁹ ɔclusiōis Opīo ori-
antiquitus multi tenuerūt. aliter tn̄ et aliter. genis.
Nam sicut recitat beatus Augustin⁹. ij. d̄ ci.
dei. c. xxij. origenes in libro quē fecit de princi
pijs. posuit oēs sp̄uales sb̄as esse eiusdē spe
ciei. Sed quia alique sb̄e tales sūt vnite cor/
porib⁹ ⁊ alique non. et alique sunt vnite pul/
chriorib⁹ corporib⁹. ⁊ alique viliorib⁹. ⁊ h̄ est
p̄pter diuersitatē peccatorū taliū sb̄a3 sepata
rum. ¶ Alia opinio est q̄ q̄uis angeli ⁊ ani/ Alia opio.
me differāt spē. tn̄ oēs angeli sunt eiusdē spe/
ciei. Et p̄ opinione ista videnẗ sonare multe
sanctorū auctoritates. Dam̄. eīn in elementa
rio suo ait. Unaqueq3 species vna natura est.
velut oēs angeli vna natura sūt. ⁊ oēs ho
mines vna natura sūt. ⁊ altera natura hoīm:
articulū ponā duas cōclusiones. Prima est ꝙ deꝰ nō potest facere spiritualē creaturā que naturaliter omino sit impeccabilis. Qr om̄is creatura naturaliter est mobilis ꝛ vertibilis. ergo naturaliter est defectibilis ꝛ peccabilis. Antecedēs patet p̄ damascenū lib. i. c. 1
iij. cōsequentia patet. quia om̄e illud cuiꝰ voluntas mobilis est ꝛ vertibilis. hoc derelictū puris suis naturalib; peccare potest. P̄. s̄m 2
apostolū. i. ad Thi. vi. Solꝰ deꝰ habet imortalitatē. qd̄ vtiq̄ȝ verū est naturaliter. Sicut ergo deꝰ non potest creaturā facere que naturaliter sit deꝰ. sic nō potest creaturā facere spiritualē que sit naturaliter imortalis. Cū igit̄ mors sp̄ualis creature sit peccatū. ergo nullā creaturā spiritualē potest deꝰ facere q̄ sit naturaliter impeccabilis.

Cōtra cōclusionē

Sȝ cōtra istā veritatem arguūt quidā sic. Deus potest facere aliquā creaturā q̄ ex puris suis naturalib; videat essentiā dei nudā. ergo potest facere creaturam naturaliter impeccabilē. Antecedens p̄batur. q2 illud est creature cōmunicabile qd̄ ip̄am nō ponit extra terminos creature. sȝ videre essentiā diuinā ex puris naturalib; cum sit perfectio finita nō ponit creaturā extra terminos creature.

Cōfirmat

Et ꝯfirmat̄. quia deꝰ potest lumē naturale vniꝰ angeli facere ꝙ sit eq̄le i claritate luminis glorie qd̄ est in altero angelo. ꝛ per cōsequēs ille videbit essentiā diuinam eque clare per naturā sicut iste p̄ gratiā ꝯsummatā que est lumē glorie. Probatur etiā cōsequentia. q2 impossibile est aliqd̄ principium deficere vel peccare in sua operatiōe quādiu manet imutabiliter ꝯiunctū sue directissime regule. ergo impossibile est talē creaturam peccare etiā naturaliter. eo ꝙ semper ex suis naturalib; coniuncta esset ipsi diuine essentie que est omniū regula directissima.

Solutio.

Respondeo per interemptionē antecedentis. q2 finis supernaturalis a nulla creatura potest naturaliter obtineri. quia tūc non esset supernaturalis finis si naturaliter aliqua creatura ip̄m posset ꝯsequi. Sed visio diuine essentie est finis supernaturalis maxime loq̄ndo de visione beata que est mediante lumine glorie. de qua currunt probatiōes antecedent̄ ideo ꝛc.

Ad primā p̄batiōnē

Ad primā p̄bationē nego minorē

Quāuis eñ videre beatifice diuinā essentiā per gratiā seu lumē glorie nō ponat creaturam extra terminos creature. videre tñ beatifice ꝑ naturā ꝯuenit soli deo. ꝓpter qđ creaturam omino poneret extra terminos creature.

Ad confirmationē. Ad ꝯfirmationē dicendū ꝙ cū lumen naturale ⁊ lumen glorie sint alteriꝰ ⁊ alteriꝰ rationis. ideo nō sunt apta nata sibi mutuo coequari. Illa eñ que sunt diuersaꝝ rationū sic se habent ꝙ per intentionē vniꝰ etiā si cresceret in infinitū nunq̄ deueniet ad equalitatē alterius. vt superiꝰ declaratū in primo libro. dist. xlvij. Et etiā ĩfra clariꝰ ꝓbabit. dist. xxxiiij. đ angulo cōtingentie ꝙ si cresceret in infinitū nunq̄ deueniret ad equalitatē anguli recti.

Secunda conclusio. Secunda cōclusio est ꝙ per donū gratie nature superadditū deꝰ potest facere aliquā creaturā impeccabilē. Quia illud qđ ĩmobilitat animā vel angelū in bono seu in virtutibus hoc reddit eū impeccabilē. sed abundantia gratie diuine maxime vt cōsummata ĩ patria ĩmobilitat animā in bono. quia replet in bonis om̄e desideriū eiꝰ. igit̃ quāuis in via simus mobiles. ⁊ per cōsequens aliquo modo peccabiles. in patria tamē erimꝰ per dei grām in moribꝰ ⁊ virtutibꝰ totaliter stabiliti. Propter qđ ait augustinꝰ in libro ꝯfeß. Ad te fecisti nos domine. ⁊ inquietū est cor nostrū donec reqescat in te. Et in eodē libro ait deo. Cū bi inhesero exonero me. ⁊ q2 tui plenus nō sum onus mihi ipsi sum. Etiā citra gloriam patrie posset esse tāta abundātia gratie. ꝙ creatura totaliter fieret impeccabilis. vt apparuit in beata virgine. que ex redundātia diuine gratie nec potuit peccare mortaliter nec venialiter.

Instantia Sed forte dicet̃ ꝙ ista ꝯclusio secūda destruit primā. Quia deꝰ potest facere ꝙ illa forma que est gratia in vna creatura sit forma naturalis in alia creatura. Si igit̃ ꝑ formam q̄ est gratia deꝰ potest facere creaturam impeccabilē. put tu dicis in secūda cōclusione. sequit̃ ꝙ hoc possit ꝑ formā naturalē. ⁊ ꝑ ꝯsequēs talis creatura habens talē naturalē formā erit naturaliter impeccabilis. qđ est cōtra primā cōclusionē.

Solutio. Respondeo ꝑ interemptionē maioris. quia illud qđ est gratia ĩ vna creatura. loquēdo ꝓprie đ habitu gratie in nulla creatura potest esse natura. quia cū gratia in suo perfecto esse sit ipa gloria anime seu ipm lumen glorie. igit̃ si gratia in aliqua creatura esset forma naturalis. talis creatura ex suis puris naturalibꝰ posset esse ꝑfecte beata. qđ est impossibile. cū hoc soli deo dinoscat̃ cōuenire.

Ad principale argu. Ad argumentū principale nego ꝯsequentiā. Ad probationē dicendū ꝙ remissibile ⁊ irremissibile nō dicunt̃ de ipis peccatis ratione infiniti excessus vniꝰ ad alteꝝ. sed ratione alteriꝰ ⁊ alteriꝰ statꝰ. idē eñ peccatū eiusdem peccatoris dicit̃ remissibile q̄diu fuerit ĩ via. ⁊ irremissibile cū via tota pertransita fuerit in termino. quia q̄diu peccator est in via nō desinit deus per suā misericordiā facere aliquos impetus in anima peccatoris. ratione q̄rū motuū ipa sinderesis peccatorē remordet ꝓpter quē remorsum quādoq̄ peccator cōsiderans sua delicta. coopante sibi gratia diuina potest agere penitentiā de peccatis. Post mortē vero cū peccator fuerit in termino. non est rationi ꝯsonū vt vlteriꝰ talibꝰ impetibus moueat̃. ꝓpter qđ suū peccatū extūc in sempiternum irremissibile perseuerat. Et quia ẜm damascenū. qđ est in hominibꝰ mors. h̄ fuit in malis angelis casus. ideo nō est simile de peccato hoīs. ⁊ de peccato demonis. nisi accipiat̃ peccatū hominis mortui q̄ sine penitētia decessit in peccato mortali. q2 sicut tal' homo nō est in via sed ĩ termino. sic ipe demon imediate pacto peccato. nō fuit vlteriꝰ in via sȝ in termino. ergo ⁊c̃.

Distinctio vicesimaquarta.

Hinc diligenter. Postq̄ magister determinauit de ipsa tentatione qua primꝰ homo incidit in peccatū. Hic tractat de adiutorio cōtra hmōi peccatū a deo sibi datum Et diuiditur in duas partes. Nā primo tractat de adiutorio naturaliter homini collato puta đ libero arbitrio quo homo potuit si voluit nō deficere. Secūdo de adiutorio supernaturaliter ei dando seu ꝯferendo. quo potuisset nō solū nō deficere. veꝝ etiā in meritorio bono ꝓficere. dist. xxvi. ibi. Hec est gratia operās ⁊ cooperās. Prima in duas. Nā primo magister determinat de illius natural' adiutorij potestate. Secundo de eiusdē adiutorij libertate. dist. xxv. ibi. Iā vero ad ꝓpositū Prima in duas. Nā primo ostēdit ꝙ p̄mis parentibꝰ cōtra peccatū a deo fuit datū sufficiens adiutoriū. Secūdo huiusmodi adiutorium appellat liberū arbitriū. ibi. Hic cōsiderandū est. Prima in tres. q2 primo ostēdit ꝙ homo a principio bonā habuit voluntatē. qua stare quāuis ñ ꝓficere potuit. Secūdo

inquirit quomodo talis voluntas bona dici potuit qua proficiēdo bonum mereri non valuit. Tercio cōtra ea que dixit obijcit ⁊ soluit Secūda ibi. Sed quomodo rectā. Tercia ibi. Ad hoc autē ꝙ diximus. Sequitur illa pars. Hic cōsiderandū est. Et diuidit̄ in duas partes. Nam primo specificat p̄dictaꝫ primi hominis potestatē. Secūdo assignat portionū ⁊ potentiarū anime quandā diuersitatem. ibi. Qd̄ bruta animalia nō habent. Et hec in tres. Nā primo ostendit huiusmodi portionū anime diuersitatē. Secundo ꝑ hoc describit peccatricis ꝓcessionis ordinem Tercio assignatōnis p̄dicte diuersitatis reddit rationem. Secunda ibi. Illud quoqꝫ p̄termittendum nō est. Tercia ibi. Hec de anime partibus. Secūda istarum diuiditur in tres partes. Quia p̄mo magister describit ordinem ꝓgressionis in peccatū. Secūdo ostēdit quādo mortale peccatū est completū ⁊ cōsummatū. Tercio ponit epilogationē p̄missorum. Secūda ibi. Nunc superest ostēdere. Tercia ibi. Hic itaqꝫ vt breuiter summam.

Circa hanc distinctionem quero istā questionem.

V Trum intellectus agēs pertineat ad liberum arbitrium. Et videtur ꝙ nō quia potentia naturaliter agens et necessario nō pertinet ad liberū arbitriū. intellectus agēs est huiusmodi. Maior patet. q2 liberi arbitrij est libere agere ⁊ non necessario. potest em̄ hoc ⁊ oppositū ratōne sue libertatis. Minor similiter patet. quia intellect⁹ agens necessario abstrahit ⁊ illustrat fantasmata sibi p̄sentia. ⁊ nō potest n̄ abstrahere ⁊ illustrare. Contra. illa potētia pertinet ad liberum arbitriū sine qua non possum⁹ arbitrari. Intellectus agens est huiusmodi. quia nisi virtute intellect⁹ agētis abstraherent̄ ⁊ illustrarentur fantasmata nō possemus ratiocinari: nec per consequens arbitrari. Hic quattuor sunt videnda. Primo quid sit intellectus agens. Secundo quid intellectus agens efficiat in fantasmate. Tercio quid liberum arbitrium. Et quarto de eo quod querit̄.

Articulus primus

Quātum ad primū

ponā primo conclusionē cōmunē quā credo esse verā. Secūdo recitabo opiniones cōtrarias cū suis motiuis. ⁊ ad huiusmodi motiua respōdebo. Conclusio est hec. ꝙ intellectus agens est quedā naturalis potentia anime realiter distincta ab itellectu possibili. Quia illa potentia q̄ nec elicit actū intelligendi nec actū volendi. illa nec est intellectus possibilis nec volūtas. sed intellect⁹ agēs nec elicit actū intelligēdi nec volendi. ergo ⁊c̄. Maior patet. ꝓbatio minoris. quia si eliceret actū intelligendi tunc superflueret intellect⁹ possibilis. Si autē eliceret actū volēdi tūc superflueret ipa volūtas. P̄. faciēs ⁊ patiēs in omi natura arguūt potētias naturales realiter distinctas. quia efficiēs ⁊ materia nunq̄ꝫ coincidūt vt patet. ij. phisicoꝝ. ⁊ om̄e qd̄ mouet̄ ab alio mouet̄. vt patet. vij. phisicoꝝ. Sꝫ in natura anime nostre intellect⁹ agentis est om̄ia facere. ⁊ intellect⁹ possibilis est om̄ia fieri. vt patꝫ tercio de anima. ergo intellect⁹ agēs est naturalis potētia anime realiter distincta ab intellectu possibili. ⁊ per cōsequēs etiā ab ipa volūtate. Quia nō potest esse minor cōuenientia intellect⁹ cū intellectu. q̄ꝫ intellect⁹ cū volūtate. Hec cōclusio duo ponit. Primo em̄ ponit ꝙ intellectus agēs est quedā natural' potentia anime nostre. Secūdo ꝙ est potentia distincta realiter ab itellectu possibili Cōtra primū istoꝝ sunt tres opiniones quas recitat Johānes grāmaticus sup̱ tercio de anima. Quaꝝ prima est. ꝙ intellectus agens est intellectus vniuersalis qui est omniū conditor puta ipse de⁹. Isti⁹ opinionis dicit̄ fuisse plato. Et etiā aliqui christianoꝝ qui hāc opinionem asseruerūt. ꝓpter illud verbū Johā. p̄mo. Erat lux vera que illuminat omnē hominem venientē in hunc mundū. Et ꝓpter illud p̄s. Signatū est super nos lumen vultus tui domine. Sꝫ istud nō valet. Quia sicut deus opatur in omi operatōne rerū corporaliū tamē cōmunicans suā bonitatē agētibus corporalib⁹ ipa secū agere sinit. sic agit in operatōnib⁹ ipsi⁹ anime intellectiue ꝙ tamen intellectū agentē inexistentē nature ipsius anime ipi anime cōmunicauit Secūda opinio est ꝙ intellect⁹ agens est quedā substantia sepata. que est inferior deo ⁊ superior anima nostra. Et isti fuerūt bifurcati. Nam quidā dixerūt ꝙ virtute talis substantie separate per quandā vnionem ad nos fit i nobis intellectualis operatio. Et hec fuit opinio alexandri cōmentatoris. ac etiā in parte fuit opinio auerrois cōmentatoris. sicut superi⁹ patuit. dist. xvij. Alij vero dixerūt intellectus

Cōclusio 1

2

Opinio prima.

Cōtra

Opinio secunda.

alis operatō fit in nobis per hec ꝙ illa substā tia separata influit nobis formas intellectuales sicut posuit auicen. Sed nec hoc valꝫ Quia sicut ars medicine operatur sanitatem ab extrinseco naturam adiuuando ꝙ tamē principium actiuum intrinsecum p̄supponit scilicet ipsam naturam. sic separata ista substantia solum posset esse principiū extrinsece coadiuuans ⁊ instruens modo quo videmus etiaꝫ magistrum discipulū informare. et ideo necessario p̄supponit actiuū aliquod principiū intrinsecū quod erit naturalis potentia anime.

Cōtra eā.

Opio tercia. Tercia est opinio themistij qui ponit in anima nostra duplicem intellectum. quorum vnum appellat intellectum possibilem ⁊ alium intellectum factiuum. ⁊ vtrūqꝫ intellectuꝫ dicit intelligere differenter tamē. quia factiuum dicit semper actu intelligere. possibilem autem non semper actu.

Cōtra eā. Sed nec istud valet. Quia quilibet experitur in seipo ꝙ non semper actu intelligit.

Opio q̄rta. Contra vero secundam particulam predicte conclusionis est opinio quarta. quā cum p̄cedentibus tribus recitat iohannes grāmaticus vt supra. Que opinio ponit ꝙ intellectus agens ⁊ possibilis realiter sunt vnus intellectus differēs solum penes perfectum ⁊ imperfectum. Nā idem intellectus vt est in potētia ⁊ imperfectꝰ ⁊ vt reducitur in actum per intellectum alterius puta per intellectuꝫ magistri sic dicitur possibilis. Sed vt est perfectus ita ꝙ alium intellectum reducit in actū puta intellectum sui discipuli. sic dicitur intellectus agens. Et hanc opinionem inter ceteras videtur Iohānes grāmaticus magis acceptare.

Cōtra eā. Sed nec istud valet. Quia ꝑm hanc opinionē sequeretur ꝙ homo non instructus a didascalo ita haberet intellectum possibilem ꝙ omnino careret intellectu agente. qđ est inconueniens.

Opio quinta. Ja. primo q̄. q. xi. Est etiam vna opinio moderna ponens intellectum possibilē ⁊ agentem esse eandem potentiam anime. Nam vt dicunt ponentes hanc opinionem. sicut eadem potentia volitiua est mouens ⁊ mota. ⁊ est actiua ⁊ passiua. sic eadem potentia intellectiua dicitur possibilis ⁊ agens licet non eodē modo. Nā ipsa potentia anime sumpta cū suis aptitudinibus ꝑm ꝙ apta nata est perfici per vlteriores actus dicitur possibilis. ꝑm vero ꝙ ad illos actus se mouet non quidem efficienter sꝫ formaliter mediantibus quibusdam habilitatibus sibi a deo concreatis a principio sue creationis. sic dicitur agens. Et ideo concludunt isti ꝙ intellectus agens ⁊ possibilis est vna ⁊ eadem potētia diuersimode tamē sumpta.

P̄. istud cōfirmatur ab alijs sic. Propter vnum simplicem actum non oportet ponere multiplicem potentiam. sed intelligere est vnus simplex actus. 2

P̄. si intellectus agens differt a possibili. tunc vel talis intellectus agens intelligeret. ⁊ tunc superflue ⁊ vane poneretur intellectus possibilis. cui proprie competit intelligere. aut non intelligeret ⁊ tunc esset ignobilior intellectu possibili. quia sibi competeret ignobilior operatio. cum intelligere sit nobilissima operatio anime. Hoc autem est contra philosophum tercio de anima. vbi ait. ꝙ agens prestantius est patiente. ergo ⁊c. 3

Cōtra eā. Sed nec istud valet. Quia vnuꝫ ⁊ idem indistinctum realiter respectu eiusdē non potest esse simul i actu ⁊ in potentia Sꝫ anima nostra est in potentia respectu formarum intelligibilium seu specieruꝫ. cum sit potentia receptiua earum. ⁊ est in actu respectu earum. cum sit factiua earum. res enim i fantasia existentes sunt potentia intelligibiles. nec possunt actu recipi in intellectu possibili nisi fiant actu intelligibiles. igitur ꝑm aliam ⁊ aliam potentiam iste opposite conditiones conueniunt ipsi anime intellectiue

Solutio. Ad. 1. Ad primum igitur argumentum dicendum ꝙ non est simile de intellectu ⁊ voluntate. quia nulla voluntas facit suum obiectum actu volibile. sicut est quidam intellectus qui facit obiectum qđ erat potentia intelligibile actu intelligibile. Si enim vna voluntas esset que presupponeret obiectum voluntatis actu esse volibile. ⁊ quedam esset voluntas non presupponens sed faciens tale obiectū de potentia volibile actu volibile. tunc necessario tales voluntates differrent. ⁊ prima posset dici voluntas possibilis. alia vero agēs. Et quia sic est ex parte intellectus. ideo ⁊c. De aptitudinibus illis nihil curo ad presens dicere. quia eodem modo possunt improbari sicut superius improbate sunt inchoationes formarū materialium in materia Iste enim doctor conformiter loquebatur de formis corporalibus ⁊ spiritualibus quantum ad preexistentiam in suis subiectis. Nec etiam verum dicit in hoc ꝙ ait intellectum seipsum moue re formaliter per formam sibi connaturalem seu naturaliter concreatam. quia sicut patet in tercio d' aīa. in p̄mordio sue creatōis itellectꝰ

est sicut tabula rasa in qua nihil est depictũ.
Bene tamen cõcedo ꝙ intellectus actiuatus
per formã seu speciẽ receptã ab obiecto virtu
te intellectus agentis aliquo modo se habeat
actiue respectu ipsiꝰ intellectõnis. nõ aũt per
huiusmodi aptitudines quas iste doctor po
Ad. 2. nit. Ad secundũ dicendũ ꝙ respectu vniꝰ
simplicis operatõnis concurrũt bene plures
potentie. quarũ vna se habet actiue alia vero
Ad. 3. passiue. Ad terciũ dicendũ ꝙ sicut sol est
virtualiter calidus. ⁊ tamẽ ꝓpter hoc nõ sũt
superflua ista inferiora que virtute solis sunt
formaliter calida. Sic intelligere cõuenit in
tellectui agenti virtualiter. ⁊ tamẽ ꝓpter hoc
nõ supfluit intellectus possibilis cui formali
ter intelligere cõuenit.

Articulus secundus. Prima cõclusio.

Quãtũ ad secundũ
principale ponã duas ꝯclusiones Prima
est ꝙ intellectus agens abstrahit speciẽ intel
ligibilem a fantasmata actione positiua. Qr
ex eo qd̕ est potentia tale non potest fieri actu
tale nisi mediante actõne positiua maxime si
illud qd̕ fit est aliquid positiuũ. sed ipsiꝫ fan
tasma prius ꝙ̄ attingat lumine intellectus
agentis est solum potentia intelligibile. ⁊ ꝯm
cõmentatorem tercio [illegible] anima. per intellectũ
agentem fit actu intelligibile. ergo oportet ꝙ
actio intellectus agentis circa ipm fantasma
2 fit realiter positiua. P̄. illustratio est actio
positiua. sed intellectus agens abstrahit spe
cies intelligibiles a fantasmatibꝫ illustrãdo.
Nam cõmentator vbi supra ait. ꝙ sicut se ha
bet lumen solis ad colores. sic se habet intelle
Opiõ contraria. ctus agens ad fantasmata. ergo ⁊c̃. Sꝫ cõ
trarium istiꝰ ponũt quidã doctores dicẽtes
ꝙ operatio intellectꝰ agentis circa fantasma
ta non est positiua sed remotiua. quia huius
modi actione fit quedam separatio seu seque
stratio cõditionũ indiuidualiũ ab ipa quid
ditate. ita ꝙ ipsa quidditas p̄ter huiusmodi
cõditiones potest immutare ipm intellectuꝫ
Cõtra eã. possibilem. Sed istud non valet. Quia
omis actio remotiua p̄supponit aliquã actio
Secũda cõclusio. nem positiuam. Secunda cõclusio est ꝙ
per huiusmodi actionẽ positiuam intellectꝰ
agentis non imprimitur aliquid positiue ip
si fantasmati. per cuius impressionem illud
idem fantasma qd̕ primo informabat fanta
siam postea informet intellectum. Quia ac
1 cidens in numero non potest migrare de sub
iecto in subiectum. sed intellectus possibilis
est subiectum ab ipsa fantasia distinctum. er
go ⁊c̃. P̄. quicquid recipitur in re particu 2
lari materiali ⁊ extensa est particulare mate
riale ⁊ extensum. sed fantasma est quid parti
culare materiale ⁊ extensuꝫ. ergo quicquid si
bi imprimitur erit particulare materiale ⁊ ex
tensum. Nam omẽ qd̕ recipitur ad modum
recipientis recipitur. Igitur tali impressio
ne non obstante ipsuꝫ fantasma maneret par
ticulare materiale ⁊ extensum. nec per conse
quens ipm intellectũ posset informare P̄. 3
accidens simpliciter spirituale nõ est recepti
bile a subiecto materiali. quia recipiens ⁊ re
ceptum oportet adinuicem habere ꝓportio
nem. sed quicquid intellectꝰ agens imprime
ret hoc esset accidens pure spirituale. igitur
non esset receptibile in fantasmate qd̕ est res
materialis informans subiectum materiale.
scilicet ipsam fantasiam. ergo ⁊c̃. P̄. agens 4
spirituale non trãsmutat subiectum materia
le ad formam nisi mediante motu locali. sed
intellectus agens non mouet fantasma mo
tu ꝯm locum. igitur nec ꝯm formaꝫ. P̄. illa 5
forma impressa nec potest esse immissa ab ex
tra. quia tunc intellectus agens crearet eam.
nec potest esse educta de potẽtia fantasmatis.
quia omẽ qd̕ educitur de potentia rei materia
lis est quid materiale. ⁊ per cõsequens fantas
ma virtute illius impressi non posset mouere
intellectum possibilem. ratõne cuiꝰ motionis
tenentes oppositã partem ponũt fieri huius
modi impressionẽ Probãt autẽ isti huius Opio contraria.
modi impressionẽ fieri in fantasmata verbis
multis. sed paucis rationibꝫ. Virtꝰ eñi oim
verboꝝ suorum est hec. De potentia non po 1
test aliquid in actũ reduci nisi facta aliqua i
eo formali impssione. sed fantasma anteꝙ̄ lu
mine intellectus agentis perlustret est soluꝫ
potentia intelligibile. postꝙ̄ vero perlustra
tum est est actu intelligibile. ergo oportet ꝙ
per talem illustrationem aliquid sibi forma
liter imprimatur. Adducunt etiã isti plu 2
res autoritates arestotelis ⁊ cõmentatoris ex
tercio de anima. quarũ vna magis apparens
est ista. quã ponit auerrois in prima magna
disgressione tercio de anima dicens. Denu
dare formas a materijs nihil aliud est nisi fa
cere intellectas in actu postquã fuerũt in po
tentia. queadmoduꝫ cõphendere eas nihil
aliud est ꝙ̄ recipe eas. Et ibidẽ ait. Intellectꝰ
agẽs ẽ illud qd̕ extrahit illud qd̕ ẽ in potẽtia
de potẽtia ad actũ Sꝫ ista non concludũt.
Ad primũ igitur dicẽdum ꝙ quãuis illa Ad. 1.

quod ba cōtineāt aliquā veritatē in formis realibus. nō tamē in formis intentionalibꝰ. Dato enī ꝙ lumē p̄sens existēs coloꝛi nihil penitus sibi imprimat. tamē species intentōnalis coloꝛis ad p̄sentiā luminis educit̄ in actū. q̄ sine lumine necessario remaneret in potentia Sic dato ꝙ lumē intellectꝰ agentis nihil imp̄mat ipi fantasmati. ad p̄sentiā tamē hmōi luminis species intelligibilis deriuat̄ ab ipso fantasmate. que species virtute p̄dicti luminis glustrata efficit̄ forma intellectꝰ possibilis rep̄sentans obiectū vt actu intelligibile. Et p h̄ etiā patet ad autoꝛitates ipiꝰ cōmētatoꝛ.

Articulus tertius. Prima cōclusio. Ratio

Quantū ad terciū principale ponā duas cōclusiones. Pria est ꝙ liberū arbitriū est anime nostre potētia. Quia ea que sunt in aīa. vel sunt actꝰ seu operationes. vel sunt principia actuū seu opationū. sed liberū arbitriū nō est actꝰ seu operatio. quia actꝰ nō est quid manēs sed imediate trāsiens. liberū autē arbitriū est q̄d manens. igit̄ est principiū operatōnis in anima. Omē autem qd̄ est principiū operatōis in anima hoc vel est species vel habitꝰ vel passio vł potētia Sed liberū arbitriū nō potest dici species. cū nō sit similitudo repsentatiua rei intelligibił. Nec habitꝰ. qꝛ ex frequētatis actibꝰ generat̄ ꝛ acquirit̄ habitꝰ. vt patet. ij. ethicoꝝ. sed liberum arbitriū nō est in nobis per actꝰ acquisitum. sed est nobis naturaliter innatum. Nec passio. quia passio ꝓprie dicta solū est in parte sensitiua. liberū vero arbitriū spectat ad partem intellectiuā. Et si dicit̄ ꝙ intelligere ē quoddā pati. ergo ꝛc. Responsio qd̄ nō est ꝓprie passio. sed est salus ꝛ perfectio. vt patet iij. de anima. Et confirmat̄. quia q̄ ex passione agunt̄ nō agunt libere. nā passionati nō agunt libere: sed ex impetu. ꝛ ideo magis agūtur q̄ agant. ergo si liberum arbitriū esset passio. tunc liberū nō esset liberū. ꝛ non libere fieret qd̄ libero arbitrio fieret. qd̄ est ꝯtradictio.

Instantia

Solutio

Cōfirmat̄

Igit̄ ex inquisitōne sufficiētis diuisionis sequit̄ ꝙ liberū arbitriū sit potētia. Sꝫ cōtra istud est quedā opinio quāuis nō totaliter tamen partialiter. Concedit enī hec opinio ꝙ liberū arbitriū est potentia. sed cū hoc dicit ꝙ est actꝰ ꝛ habitꝰ. Quia sicut hoc nomen intellectꝰ qnq꜃ accipit̄ ꝓ potentia. iuxta illud iij. de aīa. dico autē intellectū quo opinatur ꝛ intelligit anima. ꝛ hic nihil actu est eoꝝ que sunt ante intelligere. quādoq꜃ pro actu fm ꝙ phs. iij. de aīa cognitionē indiuisibiliū vocat intellectū circa quē nec est verū nec falsū. quia verū ꝛ falsum sequunt̄ cōpositōez ꝛ diuisionē id est affirmatōez ꝛ negatōez. qnq꜃ etiā accipit̄ ꝓ habitu. qꝛ sicut habitus ꝯclusionū est ꝛ dicit̄ sciētia. sic habitꝰ p̄ncipioꝝ vocat̄ intellectꝰ. de p̄ncipijs enī nō est sciētia. qꝛ sciētia ē de his circa q̄ ꝯtingit dubitare ꝛ q̄rere. iuxta illud. ij. posterioꝝ. q̄stiones sūt eq̄les numero his q̄ vere scimꝰ. circa p̄ncipia āo nō opoꝛtet dubitare vł q̄rere. cū ea q̄libet ꝓbet audita et sunt sicut ianua in domo quā nullꝰ ignoꝛat. vt dicit̄. ij. metha. Sic igit̄ isti dicūt nomē liberi arbitrij esse cōmune ad significādū potētiā actū ꝛ habitū. Q, enī sit actꝰ h̄ ipi ꝓbāt. qꝛ arbitriū idē est ꝙ iudiciū. sꝫ iudiciū dicit actū. ḡ ꝛc. Minoꝛ patet de se. Probatio maioris. qꝛ mgr̄ dicit h̄ in lr̄a ꝙ liberū arbitriū est liberū de volūtate iudiciū. Q, aūt dicat habitū ꝓbant. qꝛ facultas dicit habitū. sꝫ mgr̄ h̄ dicit ꝙ liberū arbitriū est facultas ratōnis ꝛ volūtatis. Ecōtra vero sunt aliq̄ qui ꝓbant ꝙ liberū arbitriū nō sit potētia. Quia potētia nō suscipit magꝭ ꝛ minus. sꝫ liberum arbitrium suscipit magis ꝛ minus. qꝛ enchiridion. vi. c. ait augustinꝰ. multo quidē liberiꝰ est arbitriū qd̄ omino peccare nō potest. Sed ista nō ꝯcludunt. Ad primū igit̄ dicendū ꝙ licet hoc nomē intellectꝰ inuenia̅t esse extensū ad actū habitū ꝛ potentiā. hoc tamē nusq̄ in libris ph̄ie inuenitur de ipso libero arbitrio. Ad probationē cū dicit̄ ꝙ liberum arbitriū est iudiciū ꝛc. dico ꝙ illa p̄dicatio nō est foꝛmalis. sed causalis. ꝛ si nō causalitate elicitiua. saltē causalitate imperatiua. quia voluntas imperādo ꝯsilium cōsequēter videt̄ imperare iudicium quod presupponit ipsum consiliū

Alia opīo huic ꝯria.

Solutio. Ad. 1.

Ad secundā probationē dicendum ꝙ hoc nomen facultas magis significat potētiā q̄ habitum. Unde etiā cōmunis vsus loquendi hoc habet cum volumus dicere aliquē habere posse vel non posse respectu alicuius effectus. ꝙ dicimus eum habere facultatem vel non habere facultatem respectu talis effectꝰ.

Ad. 2.

Ad vltimum cum dicitur ꝙ liberum arbitrium suscipit magis ꝛc. dicendū ꝙ licet potentia fm se non suscipiat magis ꝛ minus. tamen ꝓ disconueniētes dispositōnes potētia quādoq꜃ impedit̄ in suo opere. Unde ꝓpter peccatū minuit̄ arbitriū hominis. ꝛ inducit̄ seruitꝰ dyaboli. a qua tn̄ seruitute homo cum voluerit per liberum arbitriū cooperante sibi gratia dei poterit liberari. Scd̄a ꝯclusio ē

Ad. 3.

Conclusio secūda

Opio partim ꝯria.

Opio prima.

Cõtra eã.

Solutio. ad ratões.

Opinio secunda.

ꝙ liberum arbitriũ est idẽ realiter qđ potẽtia volitiua. Quia supposito ex pcedẽti ↄclusione ꝙ liberũ arbitriũ sit potẽtia. tũc realiter videt esse ista potẽtia q̄ p se ꝛ pncipaliter ẽ libera. talis aũt ẽ potẽtia volitiua. sic patebit isra dist. xxxviij. ergo ꝛc. Sꝫ cõtra istud sunt plꝛes opiniões. q̃rũ vna ponit liberũ arbitriũ esse potẽtiã distinctã ab ipa volũtate. Quia distinctoꝝ obiectoꝝ distincte sunt potentie. ista patet secũdo de aĩa. vbi dicit. ꝙ potẽtie distinguunt per act⁹ ꝛ act⁹ per obiecta. sed volũtatis ꝛ liberi arbitrij est aliud ꝛ aliud obiectũ quia obiectũ volũtatis est finis. obiectũ vero liberi arbitrij sunt ea que sunt ad finẽ. sicut patet. iij. ethicoꝝ. vbi dicit. ꝙ volũtas est finis. ꝛ electio eoꝝ que sunt ad finẽ. electio autẽ est actus liberi arbitrij. ergo ꝛc. Et addũt quidam istoꝝ ꝙ liberũ arbitriũ est potẽtia superior intellectu ꝛ volũtate. habens in se vltimũ actũ ratõnis qui est iudicare. ꝛ primũ actum voluntatis qui est eligere Sed istud non valet. Quia ſm ordinẽ rerũ nobis cõmuniter apparentẽ nõ est dare maiorẽ diuersitatẽ in superioribꝫ q̄ꝫ in inferioribꝫ. Ista patet per autorẽ de causis qui ait. ꝙ vnita sunt in superioribꝫ que sunt sparsa in inferioribꝫ. sꝫ in potentijs inferioribꝫ anime nõ est dare potentiam mediã inter potentias apphensiuas ꝛ appetitiuas. omis eñ potentia sensitiua vel est apphensiua vel appetitiua. ergo nec in superioribꝫ potentijs anime erit aliq̄ potentia media inter intellectũ ꝛ voluntatẽ. Ad rationem istoꝝ dicendũ ꝙ licet obiecta formaliter distincta quoꝝ vnũ non est ratio tendendi i alteꝝ arguãt aliquo modo potentiarũ distinctionem. tñ diuersa obiecta quoꝝ vnũ est ipi potentie ratio tendendi in alterũ nõ arguunt diuersas potẽtias. licet quãdoq̄ꝫ arguãt vnius potentie esse diuersa officia. eadẽ eñ est potentia que apphendens principia mediantibus principijs tendit in cõclusiones. Et qꝛ finis est ipsi volũtati ratio tendendi in ea q̄ sunt ad finẽ. ꝛ potentia volitiua vt est voluntas tẽdit in finẽ. vt autẽ vẽdicat sibi nomẽ liberi arbitrij tendit in ea que sunt ad finẽ. ideo ratio istoꝝ est cõtra eos. quia directe probat voluntatẽ ꝛ liberũ arbitriũ esse vnã ꝛ eandem potentiã. habentẽ aliud ꝛ aliud officiũ. quorum ratõne vni⁹ dicet simpliciter velle. ratione vero alteri⁹ dicet libere eligere. Alia est opinio que ponit ꝙ liberũ arbitriũ nõ est vna potentia. sed simul dicit plures potẽtias. scilicet rationẽ ꝛ voluntatẽ. Quia vt isti dicunt liberum arbitriũ dicit rationẽ put ei cõuenit iudicare. sed dicit voluntatẽ put ei conuenit eligere libere. Unde liberum arbitrium dicit quasi liberũ iudiciũ. Et istud cõfirmãt p damascenũ qui ait. Anima per liberũ arbitrium libere appetit. libere iudicat. libere impetum facit. libere disponit. libere eligit. Et augustin⁹ libro secũdo retractationũ ait. Cũ đ libero arbitrio loquimur. nõ de parte anime loquimur. sed de tota. Sed nec ista cõcludunt. Quia quãuis liberũ arbitrium cõnotet rationẽ. tamẽ formaliter ꝛ essentialiter dicit solã voluntatẽ. Ad primũ igitur motiuum istoꝝ dicendũ ꝙ iudicare elicitiue est actus rationis. sed impatiue potest dici act⁹ volũtatis. ac etiã approbatiue. Quãuis eñ iudicialis discretio sit actus ratõnis. tamen imperiũ cõsilij a quo dependet iudicium. ac etiã approbatio iudicij sunt actus voluntatis

Cõfirmat

Cõtra ei.

Solutio Ad.i.

Et per idẽ patet ad secundũ. quia illi act⁹ ꝛ multo plures quos damascenus adducit. omes sunt actus liberi arbitrij aliquo predictorum modoꝝ. s. vel elicitiue. vel impatiue. vel approbatiue. Ad tercium dicendũ ꝙ augustin⁹ cum liberũ arbitriũ appellat totã animã. tunc nõ loquitur de totalitate cõpositionis essentialis. sed loquit de totalitate ↄtinentie virtualis. quia eñ liberũ arbitriũ mouere potest omes alias potentias anime que sunt ratõnales siue per essentiã siue per participationẽ. sicut rex mouet regnũ. ideo sicut totum regnũ virtualiter ↄtinet in rege. sic omia que sunt in regno anime ↄtinent in volũtate

Ad.2.

Ad.3.

Articulus quart⁹. Prima ↄ̃clusio.

Quãtuꝫ ad quartũ

principale dico pmo. ꝙ intellect⁹ agẽs nõ ptinet ad liberũ arbitriũ tanq̄ꝫ aliqđ inclusũ i sua formali rõne. Quia potẽtia cui nec ↄuenit arbitrari nec libere agere. illa ñ pt esse de rõne formali liberi arbitrij. sꝫ intellectui agẽti nec ↄuenit arbitrari. siue arbitrari accipiat p iudicare siue p iudicatiue intelligere. qꝛ intellectus agens nec iudicat nec intelligit. hoc enim cõuenit possibili intellectui. siue accipiatur arbitrari pro imperare. quia vt sic conuenit voluntati. Nec etiam intellectus agens libere agit. sꝫ naturali necessitate actum sue illustrationis exercet. ergo ꝛc. Secũdo dico ꝙ intellect⁹ agens spectat ad liberũ arbitriũ tanq̄ꝫ aliquid sine quo liberum arbitrium actũ suũ pprium naturaliter seu via nature exercere non pt. Nã illud qđ p̄supponit a p̄supposito. etiã

Secũda ↄ̃clusio.

p̄supponit̄ a p̄supponēte. sȝ intellect⁹ agēs p̄supponit̄ a naturali exercitio intellect⁹ possibilis. ⁊ ip̄e intellect⁹ possibilis p̄supponit̄ a libero arbitrio. q2 cū oporteat intelligentē fantasmata speculari. ⁊ fantasma nō sit speculabile naturaliter sine lumine intellect⁹ agentis. opꝫ q intellect⁹ possibilis q̄ ad exercitiū sui act⁹ via naturali p̄supponat lumē intellectus agētis. volūtas aūt seu liberȝ arbitriū cū p obiecto habeat bonū cognitū. via nature opꝫ q p̄supponat q̄tū ad exercitiū sui act⁹ actū intellect⁹ possibilis. Dico autē naturaliter seu via nature. q2 supnaturaliter ⁊ maxime d̄ absoluta potētia dei volūtas posset actū suū pfecte elicere absq; omni āminiculo intellectus possibilis. vt declaraui in primo libro. dist. i. q. i. arti. iiij. Ex his patet r̄nsio ad vtrūq; argumentū inductū in principio q̄stionis.

Distinctio vicesimaquinta.

Iam vero ad ppositū. Postq; mgr̄ determinauit de liberi arbitrij ptāte. h̄ determinat de hmōi arbitrij libertate. Et diuidit̄ in duas ptes. Nā p̄mo tractat de hmōi libertate i generali. Scd̄o p̄sequit̄ in sp̄eali. ibi. Est em̄ libertas triplex. Prima i tres. Q2 primo ostendit q̄d libertas sit diffinitiue. Scd̄o circa q̄d sit obiectiue. Tercio in q̄ sit subiectiue. Scd̄a ibi. Hoc aūt sciēdum. Tercia ibi. Et q̄dē s̄m p̄dictā. Et hec i q̄ttuor. Q2 p̄mo on̄dit libertatē nō oīb9 modis esse in omīb9. Scd̄o on̄dit q̄uo libertas est i diuīs. Tercio q̄uo est i angel' ⁊ b̄tis hoīb9. Quarto ostēdit q̄uo est i viatorib9. Scd̄a ibi. Sȝ q̄r de⁹. Tercia ibi. Angeli vo ⁊ sancti. Quarta ibi. Ex p̄dictis p̄spicuū. Seq̄t̄ illa ps. Est em̄ libtas ⁊c̄. Et diuidit̄ i duas ptes. Quia p̄mo p̄mittit triplicē libertatis distinctōē. Scd̄o ptiū illi⁹ distinctōis subiūgit executōē. Scd̄a ibi A necessitate. Et hec i tres. Q2 p̄mo p̄sequit̄ de libertate a necessitatis coactōne. Scd̄o de libertate a p̄cti p̄uitate. Et tercio de libertate a miserie penalitate. Scd̄a ibi. Est ⁊ alia libertas a p̄cto. Tercia ibi. Est iterȝ libtas a miseria. Scd̄a istaȝ diuidit̄ in q̄ttuor ptes. Nā p̄mo libtatis a p̄cto ponit declaratōē. Scd̄o circa eā mouet q̄stionē. Tercio circa libtatem oppositā mouet aliā dubitatōnē. Quarto vtriusq; q̄stionis submittit determinationē. Scd̄a ibi. Hic q̄ri pt. Tercia ibi. Silr etiā q̄ri solet. Quarta ibi. Verȝ nob̄ mag̅. Seq̄t̄ illa ps. Est iterȝ libtas ⁊c̄. Et diuidit̄ in duas ptes. Nā p̄mo on̄dit q̄d sit a miseria esse liberȝ. Secūdo ex p̄dictis infert q̄ddā correlariū. ibi. Libertas ḡ a peccato. Circa hāc distinctōē. xxv. q̄ro istā questionē.

Utrū liberȝ arbitriū possit cogi Et videt̄ q sic. Q2 potentia intellectiua cogit̄. ḡ ⁊ potētia volitiua siue liberū arbitriū. Cōseq̄ntia patet. q2 intellect⁹ est eq̄ imaterial' potētia sic ip̄a volūtas. ppter q̄d n̄ mag' videt̄ r̄bēre rō q̄re cogi possit intellect⁹ q̄ȝ volūtas. Probo antecedēs. Nā intellect⁹ necessario assentit p̄mis p̄ncipijs ⁊ eis q̄ euidenter videt seq̄ ex talib9 p̄ncipijs. cū igit̄ volūtas se habeat ad finē ⁊ ad ea q̄ sunt ad finē. sic intellect⁹ ad p̄ncipia ⁊ ad ea q̄ sequunt̄ ex p̄ncipijs. ḡ ⁊c̄. Incōtrariū ē Ans̄. in lib. de libero arbitrio. vbi ait. q cū volūtas vincit̄. n̄ aliena vincit̄ ptāte. sed sua. Et sic ibidē patet difficultas impugn̄ re pt volūtatē. sȝ expugnare neq̄t inuitā. Hic q̄ttuor sunt videnda. Primo vtrȝ volūtas put ē idē q̄d liberȝ arbitriū possit mouere seip̄aȝ Scd̄o vtrȝ possit p motū suū ppriū peccare nullo existēte errore i rōne. Tercio vtrȝ possit cogi ab aliq̄ ente creato Et quarto vtrȝ possit cogi a deo seu a bono increato.

Quātum ad primū Articulus primus

ponā duas pclōnes. Prima ē q volūtas aliq̄ mō mouet seip̄aȝ Scd̄a ē q n̄ mouet se pp̄e seip̄aȝ actiuādo. sȝ seip̄aȝ determinādo. Primā p̄clusionē p̄bo sic. Oīs potētia q̄ ē sup seip̄aȝ reflexiua. ē suiip̄i⁹ motiua. volūtas ē sup seip̄aȝ reflexiua. igit̄ ⁊c̄. Maior patȝ. q2 potētia mouet̄ ab obiecto. igit̄ vt p reflexiōē sup seip̄aȝ ē obiectū suiip̄i⁹. sic etiā est motiua suiip̄i⁹. Minor etiā ē satis nota. q2 n̄ min⁹ volūtas vult seip̄aȝ q̄ȝ itellect⁹ itelligat seip̄m. q2 s̄m pclū. oīs potētia imaterial' ē sup seip̄aȝ cōuersiua. sȝ volūtas n̄ ē min⁹ imaterial' q̄ȝ itellect⁹. ḡ ⁊c̄. Prima cōclusio. 1 P. potētia q̄ ē essentialiter libera aliq̄ mō ē suiip̄i⁹ motiua. sȝ volūtas ē essentialiter liba. vt iferi⁹ intēdo declarare. di. xxviij. Maior ptȝ. q2 potētia pure passiua n̄ pt esse liba. cū n̄ habeat i sua ptāte pati vl' nō pati. sȝ nccio patit̄ ad p̄sentiā actiui Sȝ s̄m aug. iij. de libero arbitrio. Nihil tā i nr̄a ptāte q̄ȝ ip̄a volūtas est. Et infra s̄bdit Nec aliud quicq̄ȝ est in voluntate nostra. nisi quod volentib9 adest. igitur voluntas respectu sui actus non 2

est totaliter passiua. ꝛ ꝯsequēs seipam aliq̄ modo pt mouere ad actū. Sꝫ ꝯtra istā cōclusionē arguit quidā doctor ꝛ sui sequaces sic.

Opio gotfridi.

1 Omne qđ mouet ab alio mouet. vt patet vij. phisicoꝝ. ergo volūtas nō pt mouere seipaꝫ. Antecedēs patet. qꝛ etiā ipsa aīalia q̄ dicunt moueri ex se ab alio moueri ostendunt. eo q ꝭm vnā partē ꝑ se mouēt. ꝛ ꝭm aliā ꝑ se mouētur. ita q semꝑ primo mouēs ꝛ primo motū sunt realiter distincta. igit volūtas nō mouet

2 seipaꝫ. P̄. impossibile est vnā ꝛ eandē rem simplicē simul esse in actu ꝛ in potētia. sꝫ omne mouēs ꝭm q mouet est in actu. ꝛ omne motuꝫ ꝭm qđ mouet est in potētia. ergo impossibile est ipaꝫ volūtatē seipam mouere. nā simul esset in

3 actu ꝛ in potētia. P̄. pñte actiuo ipi passiuo. tūc semꝑ necessario sequit actio. igit si voluntas moueret seipaꝫ ad suū actū. cuꝫ semꝑ

4 sibi pñs sit. semꝑ ipsa esset i actu. P̄. si voluntas moueret seipaꝫ ad actū. tūc vl esset causa vniuersalis sui act9. aut causa particularis. Sꝫ primū dari nō pt. qꝛ talis causa est equiuoca. ꝛ ꝑhabet effectū nobiliori modo i seipsa q effect9 sit in ꝓprio genere. nec ꝯsequēs formaliter ꝑfici poterit huiusmodi effectu. que omia falsa sunt de ipa volūtate respectu sui act9. Nec secūdū dari pt ꝓpter tria. Primo qꝛ agēs particulare est formaliter actu tale: quale est passiū in potētia. igit si voluntas seipaꝫ moueret ad actū. tūc volūtas esset actu volēs anteq causaret actū volēdi. igit si causaret actū volendi tūc duo accidētia solo numero differentia sil essent in eodē subiecto. Secūdo qꝛ volūtas corrūperet ad corruptionē sui act9. Nā causa particularis ꝛ effect9 particularis simul sunt ꝛ nō sunt. vt dicit .ij. phisicoꝝ. Tercio qꝛ volūtas esset eiusdē speciei cū suo actu. Nā causa particularis cū sit causa vniuoca eiusdē est speciei

5 cū suo effectu. P̄. causa efficiēs nō coincidit cū materia. vt patet .ij. phisicoꝝ. Sꝫ mouens vt mouēs reducit ad causam efficientē. ꝛ motū vt motū reducit ad causaꝫ materialē.

Cōtra gotfridū.

Sꝫ ista nō ꝯcludūt. igit ad primū dicendū q quāuis illa ꝓpositio aristotel habeat veri-

Ad.1. tatē de rebꝫ corpalibꝫ. nō est tn̄ eā necesse verificari in spūalibꝫ. Vn̄ hugo de sacramētis libro primo parte .v. c. xxi. loquēs de volūtate angeloꝝ ait. Volūtatis erat libertas. qm̄ potēs erat ex se moueri vt vltra iret. Et pclus. xxvij. ꝓpositiōe ait. Omne seipm mouēs primo est ad

Ad.2. seipm ꝯuersiuū. Ad secundū dicendū q licet eadeꝫ res simplex nō possit simul esse i actu ꝛ in potētia respectu eiusdē. actū ꝛ potentiā sumendo vniformiter. puta cū est actu formaliter talis. tūc nō pt esse potētia formaliter talis. Si tn̄ sumunt difformiter. tunc nihil repugnat. Nā vna ꝛ eadē res existēs actu virtualiter talis. pt esse potētia formaliter talis. maxime cū esse virtuale inest imꝑfecte. Idē cuꝫ vinū existēs actu virtualiter calidū est potētia formaliter calidū. qꝛ pt esse actu formaliter frigidū. Vn̄ act9 virtualis finit9 ꝛ limitatus nō est tante ꝑfectōis vt excludat omneꝫ potentiā respectu act9 formalis. Et ideo volūtas existēs virtualiter actu volēs. pt simul formaliter esse potētia volēs. Forte dicet ꝯtra Instan

istud. qꝛ sol existēs actu virtualiter calid9. nō pt esse in potētia formaliter calidus. nec vnq̄ poterit seipm facere formaliter calidū. sic ꝛc.

Rn̄deo q hic accipit nō causa ꝑ causa. Nā Solu

q sol nō pt esse formaliter calid9. hoc nō est ꝓpterea. qꝛ actu est virtualiter calid9. qꝛ si ista esset pcisa causa. tūc saturn9 q̄ nō est virtualiter calid9 posset effici formaliter calid9. Itē si illa esset sufficiēs causa. tūc vinū non posset esse formaliter calidū cū sit virtualiter calidū. Sed ex hoc repugnat soli ꝛ oībꝫ alijs celestibꝫ corporibus formaliter recipe calorē. qꝛ celeste corpus est primū alterās inalterabile. nec patit peregrinas impssiones. Ad terciū dicendū q Ad.3

volūtas semꝑ est in actu saltē semipleno respectu suippi9. qꝛ ꝭm augustinū in libro de trini. volūtas semꝑ diligit se. respectu tn̄ ceteroꝝ bonoꝝ nō oportet q semꝑ sit in actu ꝓpter absentiā taliū obiectoꝝ. Ad quartū dicendū q Ad.4

si iste q̄ facit hoc argumentū ꝑ causaꝫ vniuersalē intelligit omnē causaꝫ suū effectū seu actuꝫ virtualiter ꝑhabentē. tūc pt ꝯcedi q voluntas sit causa vniuersalis respectu sui act9. Ad probatōes dicendū q nō ꝯcludūt de ꝑhabitione ꝯtuali imꝑfecta. nō enim oportet nobiliori modo calorē esse in lapide q in igne. Nec est bona ꝯsequētia. lapis est virtualiter calid9. igit nō pt formaliter recipe calorē. Posset etiā dici q est causa particularis. Ad pbatōes dicēdū q ꝑsupponūt vnū falsū. s. q omne agēs particulare sit agēs vniuocū. lapis enim respectu ignis est agēs equiuocū. ꝛ tn̄ est agēs particulare

Ad quintū dicendū q quāuis causa efficiēs Ad.5

ꝛ materialis cū ꝓprie sumunt nunq̄ ꝯcidant possunt tn̄ adeo large sumi q bene poterūt coincidere. puta si accipiant efficiens ꝛ materia ꝑ mouēte ꝛ moto in rebꝫ spūalibꝫ sup seipas reflexiuis sicut etiā est in ꝓposito ꝛc. Quāuis tn̄ istas ratōes soluerim. tn̄ nō oportuit qꝛ licet ꝯcludāt aliqd ꝯtra illos q̄ ponunt q

volũtas ꝓprie actiuat seipam. ↄtra me tñ nõ
ↄcludunt. q: vt patebit in sequẽti cõclusione
sic pono voluntatẽ esse suipꝑi⁹ motiuã. ꝙ tñ ñ
pono eã ꝓprie actiuare seipam. Est igit̃ se/
cunda ↄclusio ꝙ volũtas nõ mouet seipaꝫ ꝓ
prie seipaꝫ actiuãdo. ſꝫ seipam determinãdo.
Opio egi/dij. Ad cui⁹ intellectũ sciendũ ꝙ volũtas mul
tipliciter pt̃ dici seipam mouere Primo se
ipam determinando ad motũ mediãte intel/
lectu. volũtas em̃ facta in actu ꝑ desideriũ fi/
nis ostensi impat intellectui vt perscrutet̃ me
dia per que hmõi dsideratũ finẽ ↄsequat̃. igit̃
inuentis talibꝫ medijs. cũ ab eis mouet̃ vo/
luntas. dicit̃ volũtas aliq̃ modo q̃uis ꝑ acci
dens mouere se. q: talis mot⁹ originaliter ꝓ/
cessit ab imperio volũtatis Secũdo volũ
tas mouet se determinatiue seu determinat se
ad motũ nõ actiue aliq̃d agẽdo. ſꝫ ab actu de
sistendo. Nã cũ idẽ appetibile offert̃ volũta/
ti diuersa vel opposita ratõe. puta fornicatio
offert̃ sub ratõe boni ꝓsequibilis. q: delectabi
lis. ⁊ sb ratõe mali ⁊ fugibil̃. q: ↄtra mãdatũ
dei. volũtas pt̃ ex sua libtate desistere ab actu
ꝙut mouet̃ ab vna istarũ rationũ. quo facto
altera in suo motu vigorat̃ Sicut em̃ si duo
eque fortiter me traherẽt vn⁹ ꝑ dexterã ⁊ alter
ꝑ sinistrã. q̃diu nulli eoꝝ resisterẽ tãdiu nec
ad vnã partẽ nec ad alterã declinarẽ. ſꝫ vni re
sistendo imediate alter in suo tractu vigorat̃
⁊ ꝑ ↄsequẽs meã determinatõeꝫ dicerer mo
uere meipm vni in suo tractu resistẽdo ⁊ alte/
ri vel nõ resistẽdo cũ possem resistere. vel etiã
positiue sibi ĩ tractu suo ↄsentiẽdo cũ possem
si vellẽ sibi minime ↄsentire. sic in ꝓposito ⁊c̃.
Gotfrid⁹ ↄ Egidiũ. Sꝫ ↄtra istũ modũ nostri doctoris argu
unt quidã dicẽtes ꝙ ↄtradictõeꝫ videat̃ im/
1 plicare. Nã cũ determinatio sit quidã actus.
igit̃ dicere ꝙ volũtas determinet se. ⁊ tñ non
2 actiuet se est oppositũ ĩ adiecto. P̃. vel ista
determinatio dicit aliquẽ actũ. ⁊ tũc sicut vo
luntas determinat se sic etiaꝫ actiuabit se. vel
nullũ actũ dicit. ⁊ tũc penit⁹ nihil erit. ⁊ ꝑ cõ
3 sequẽs nihil ex ea sequet̃. P̃. omis operatõ
vel est actio vel passio. ſꝫ ista determinatõ nõ
pt̃ esse actio volũtatis. q: tũc actiuaret se. nec
passio volũtatis. q: tũc nõ esset ab ipa volun
tate. ſꝫ ab obiecto. ergo ⁊c̃. P̃. arguũt alij ꝙ
4 Henricus de gan. volũtas sit actiua. q: act⁹ potẽtie pure passi/
ue nõ est ĩ potestate potẽtie passiue. Nã pati
nõ est in ptãte patiẽtis ſꝫ agentis. ſꝫ volũtas
cũ sit potẽtia libera habet actũ suũ ĩ ptãte sua.
5 Thomas de aquino. ergo ⁊c̃. P̃. arguit doctor cõmunis ꝙ saltẽ
respectu eoꝝ q̃ sunt ad finẽ voluntas moueat

seipam actiue. Nã sicut intellect⁹ mot⁹ a ꝑn/
cipijs mouet seipm ad ↄclusiones. sic volun
tas actiuata ꝑ finẽ mouet seipaꝫ ad ea q̃ sunt
ad finẽ. ⁊ sic vt dicit idẽ erit in actu ⁊ in poten
tia ſꝫ nõ ſm idẽ. Sꝫ ista nõ ↄcludũt. Pri Solutio.
ma em̃ tria ꝓcedũt ex hoc falso fundamẽto ꝙ Ad prima tria.
determinatio volũtatis sit quidã act⁹ effecti/
ue elicit⁹ ab ipa volũtate. ⁊ istud doctor no/
ster manifeste negat. Dicit em̃ iste doctor re/
uerend⁹ in suo secũdo scripto. dist. xxv. q. iij.
arti. ij. ꝙ ṗdicta determinatio nõ dicit actũ. ſꝫ
desistere a tali actu quo volũtas insufficiẽter
fuit actiuata ab altero obiectoꝝ. vel ab eodeꝫ
obiecto sub altera rõne ostẽso. ↄsensus aũt in
oppositũ nõ dicit actũ. ſꝫ est vel nõ ↄtradice/
re actui si est ↄsensus negatiu⁹. vel dicit mo/
dũ recipiẽdi actũ si est ↄsensus affirmatiuus
puta dicit volũtarie recipe motũ seu actũ fa/
ctũ ab obiecto. Igit̃ ꝙ volũtas actiuet̃ h̃ ha/
bet ab obiecto. ꝙ aũt actiuet̃ hoc modo puta
volũtarie hoc habet a seipa. Ex q̃ patet ꝙ hu
iusmodi determinatio volũtatis q̃uis ṗalse ñ
dicat actũ. nõ est tñ nihil. q: dicit modum se
habẽdi circa ṗdictos act⁹. Ad quartũ di/ Ad. 4.
cendũ ꝙ q̃uis volũtas sit potẽtia passiua. tñ
respectu cuiuscũqꝫ obiecti a q̃ nõ sufficienter
actiuat̃ habet liberã volũtatẽ ↄsentiẽdi ĩ actũ.
vel dissentiẽdi ab actu. Solũ em̃ respectu illi
us qd̃ mouet voluntatẽ sb ratõe vltimi finis
volũtas nõ habet hmõi ptãteꝫ. eo ꝙ a tali ob
iecto sufficiẽter actiuet̃. Forte dicet̃ ꝙ si ista Instantia
solutio est bona. tũc volũtas respectu finis ca
reret libertate. qd̃ nõ est veꝝ. q: potẽtia essen/
tialiter libera ad qd̃cunqꝫ cõparet̃ semꝑ ma/
net libera. Rñdeo ꝙ quãuis volũtas respe Solutio.
ctu vltimi finis ñ habeat libertatẽ ↄdictõnis
sicut habet respectu eoꝝ q̃ sunt ad fineꝫ. habet
tñ respectu vltimi finis libertatẽ ꝑfecte cõpla/
centie cũ necessitate imobilitatis. q: q̃uis fi/
nẽ nõ possit nõ velle. vult tñ ipm nõ violẽter
ſꝫ cõplacenter ⁊ maxime volũtarie. ⁊ ꝑ cõse/
quens liberrime. Nec opinio illi⁹ doctoris Cõtra henricum.
valet in hac ꝑte. Quia si volũtas ꝓprie esset
actiua respectu suipꝑi⁹. actiue. s. suũ actũ eliciẽ
do in seipa. tũc ipa volũtas necessario differ/
ret a seipa. cũ potẽtia actiua sit trãsmutatiua
alterius ſm ꝙ alteꝝ. vt patet. v. metha. Et
cõfirmat̃. q: inter actiuũ ⁊ passiuũ est relatio
realis cui⁹ extrema sunt realiter distincta. igit̃
si volũtas ꝓprie actiuaret seipam. tũc necessa
rio volũtas realiter differret a seipa qd̃ est ab
surdũ. Ad quintũ dicendũ ꝙ ibi est falla/ Ad. 5
tia cõsequẽtis. puta dicendo mouet. g̃ actiue

mouet. qr vt patuit volūtas pt se mouere mlˀ tis alijs modis q̄z actiue. proprie loquēdo de actiuo ℗. dato q ipa volūtas sit in actu respectu finis. tñ adhuc est in potētia respectu eiˀ qd est ad finē. si igit mouerer seipam ad illud tūc sm idē et respectu eiusdē esset in actu et in potētia Alias inuenit talˀ additio. Etiā diceret aduersariˀ q intellectˀ nō mouet seipsum ad pclusiones pprie seipm actiuādo. qr vt sic mouet ab obiectis ipsaz pclusionuz et pmissaz.

Articulus secundus. Prima cōclusio.

Quātū ad secundū

articulū dico primo q nulla existēte ignorantia in intellectu puta in ratōe cause. voluntas ex sua libtate pt pprio suo motu peccare. Qr
1 talis ignorātia aut esset inuincibilis. et tūc nō esset causa peccati. cū inuincibilis ignorantia excuset peccatū vt patuit superiˀ. di. xxij. Aut esset affectata. et nec tunc esset necessario causa peccati. sz ipam pcederet peccatū male volūtatis. Aut esset neglecta. et tūc silr hmōi ignorātia esset aliq modo p peccatū inducta. i. p negligentiā ipsiˀ ignorātis. igit ante omnē ignorantiā volūtas potuit labi in peccatū. ℗.
2 peccatū pmi angeli nulla pcessit ignorātia. alias pena pcessisset culpā. et eodē modo de pmo hoīe. ℗. in quolibet genere illud qd est mēsura omniū q sunt in illo genere. h necessario est pmū omniū illiˀ generis. ista patet. x. methaphi. sz mala volūtas est mensura oim peccatoz. qr sm augustinū in de vera religione. vnūqdqz malū tm est peccatū q̄tū est voluntariū Et ibidē ait augustinˀ. q si nullo modo est voluntariū nullo modo est peccatū. pt igitur peccatū esse a volūtate causatū sine ignorantia puta in ipa ratōne. g et c. ℗. ista ē expssa intētio augustini tercio de libero arbitrio c. ij. vbi ait. Uolūtas est prima causa peccādi. nec est cui recte imputet nisi volūtati. Et eandē sententiā ponit augustinˀ primo retractationum. c. ix. ℗. si oīe peccatū necessario pcederet ignorātia. tūc nunq̄z cōmitteret aliqd peccatū ex certa sciētia. qd est otra sanctoz doctoz sententiā. et spēaliter Isidori. q in libro de sino. c. xvij. dicit q triplex est peccatū scilicet ex ignorātia. ex infirmitate. et ex industria seu ex certa sciētia vel malicia. Scdo

3 (margin) 4 (margin) 5 (margin)

Scda cōclusio.

dico q stante in ratōne seu in intellectu recto iudicio tā in vniuersali q̄z etiā i pticulari. puta dictante intellectu in vniuersali q nullū delectabile existēs otra legē dei est psequēdū. et i particulari q hec fornicatio est qdda delectabile existēs otra legē dei. adhuc volūtas otra hmōi actuale dictamē recte ratōis pt peccare Et loquor de volūtate p gratiā dei nōdū pfirmata. Quia p quocūqz tpe vel momēto ostē 1
dit volūtati aliqd cōtentū sub suo adequato obiecto p illo momēto volūtas pt ipm appetere. sz p eodē momēto p quo intellectˀ iudicat hāc fornicationē nō esse faciendā q est bonū delectabile otra legē dei ostendit voluntati hmōi delectabile qd cōphendit sub obiecto volūtatis. ergo p eodē instāti voluntas pt ipm appetere. et p pseques ipm appetendo peccare nō obstāte recto iudicio ratōis ℗. 2
si volūtas nō posset oppositū illiˀ eligere qd dictatū et iudicatū est a recta ratōe. tūc voluntas nō esset potētia libera libertate otradictionis Falsitas psequētis patet. psequentiā pba p arestotelē. ix. metha. vbi ipe in h ostēdit differentiā potentiaz rōnaliū et irrationaliū. qr irrationales necesse est agere vel pati qñ actiuum vlˀ passiuū appropinqt. ratōnales vero nō est necesse. Et sequit. Ne quidē. s. irrationales vna viˀ factiua id est determinate sūt ad vnū. ille vo. s. ratōales otrarioz. quare simul faciēt otraria. q. d. si potētie rōnales agerent necessario ad psentiā obiectoz. tūc simul essent factiue otrarioz ℗. quilibet peccator 3
experitur in seipso q qnqz facit otra pscientiā suā. et cōtra illud qd sibi recta ratio dictat. qr etiā aliq in peccādo cogitāt q deū offendunt. et aliq modo licet non ex toto refrenant ppter timorē vindicte diuine. Sz otrariū istaz Gotfrid.
pclusionū tenet quidā doctor dicēs. q semp oportet errorē pcedere in ratōe ad h q sit malicia i volūtate. et h est p primā pclusionē. et q volūtas nō pt eligere otra dictamē recte rōis et h est otra secūdā cōclusionē. Et h pbat sic.
Qr aut volūtas fert in illud qd sibi p ratōez 1
ostendit et sb ratōe q ostendit. aut in aliquid aliud. Si pmo modo. tūc nō poterit esse peccatū i volūtate nisi pfuerit error in rōne. Si secūdo modo. tūc volūtas tenderet i aliqd ñ cognitū. qd est impossibile. cū bonū cognituz sit obiectū volūtatis. vt patz augustinū. x. de tri. c. i. vbi dicit. q inuisa diligere possumˀ incognita nequaq̄z. ℗. si volūtas peccaret 2
ratōne existēte recta. tūc volūtas nō moueret ab intellectu. sz potiˀ moueret a seipa. psequētia patet. Falsitas aūt pseqntis pbat. qr inter mouēs et motū est relatio realis. vt patet. v. metha. eiusdē aūt ad seipm nō est relatio realis. vt patet ibidē. igit volūtas nō pt mouere

3 sapam. ¶.cōmuniter dicit q malicia voluntatis saltē cōcomitat error rōis. Si g̃ stante iudicio recto ipi⁹ rōnis esset peccatū i voluntate.tūc in eodē instāti ratio esset recta z nō recta ¶.arguūt quidā alij sic. Si cōtra rectū iudiciū rōnis volūtas posset peccare.tūc malus hō carēs morali virtute posset esse prudēs. Falsitas cōseqntis patet.vi.ethi.vbi dicit q impossibile est esse prudentē nō entē bonum. Cōsequētia pbat.qz p habitū prudētie recte iudicam⁹ de eligēdis.g̃ zc. ¶.istud pbat autoritate sacre scripture. Qz sapientie.v.dicunt ipi peccatores. Errauim⁹ a via veritatis z iusticie lumē nō luxit nobis.z sol intelligētie ñ est ort⁹ nobis. Itē Eccli.vij. In oibꝫ opibꝫ tuis memorare nouissima tua z ineternū nō peccabis. Itē ad Ro.i.cū apl's multa peccata enumerasset ipoz maloz hoīm.subdit. Qui cū iusticiā dei cognouissent nō intellexerūt.quoniā qui talia agunt digni sunt morte. Itē clemēs.v.suo libro multis pmissis de ista materia subdit. Ex his igit omibꝫ colligit. q origo toti⁹ mali ab ignorātia descēdit.z ipa sit maloz omniū mater. ¶.h idē pbat autoritate phi qui.iij.ethi.ait sic. Ignorat quidē oīs mal⁹ q̃ debet opari.et a quibꝫ fugiendū.z ppter tale peccatū iniusti z vniuersaliter mali fiūt. Itē in eodē tercio dicitur. Deceptio ppter delectationē videt fieri.non em̄ existēs bonū videt bonū esse.g̃ videt q fm arestotelē apparētia boni nō existētis pcedat peccatū. Itē.vij.ethi.dicit arestoteles.q i factiuis opari cōfestim cōtingit. Et ibidē vult arestoteles.q si aliqs intellect⁹ dicit i vniūsali z in pticulari aliqd faciendū.puta q omne dulce est gustandū.z hoc est dulce.cōfestim sequit opatio si assit facultas opandi. ¶.cōcludūt isti.q si voluntas posset facere cōtra iudiciū ratōnis.tūc nō esset appetit⁹ ratōnalis qz alias faceret cōtra ppriā suā naturā z diffinitionē. Sed ista opinio stare nō potest. Quia si volūtas nō posset eligere cōtra iudiciū ratōnis.z necessario in omi sua electōe se cōformaret iudicio ratōnis.tūc periret omne meritū z demeritū.cōsequētia patet.qz ex his q̃ necessario a nobis fiūt nec meremur nec demeremur. Unde ea q̃ pure nobis insunt a natura nō sunt in nostra ptāte.sed de necessitate eueniūt.ideo fm philosophū.iij.ethi.ex puris naturalibꝫ nec laudamur nec vitupamur Sicut em̄ in appetitu bruti nullū est peccatū neqꝫ libertas.qz necessario z sine cōtradictōne sequit apphensionē z appetit delectabile apphensum.sic zc. ¶.cōtrariū isti⁹ opinionis 2

Alij ad idē 4

5

6

7

Cōtra gotfridum. 1

augustin⁹ ex intentōe determinat.xij.d ci.dei c.vij.dicēs.q si duo homies equaliter affecti corpe z aīa.z in omibꝫ alijs cōditōibꝫ pariter omino se habētes videāt vni⁹ corpis pulcritudinē nō difformiter eis occurrentē.sꝫ poti⁹ vniformiter occurrentē eoz aspectibꝫ.vn⁹ eorū potest illicite moueri ad illicite fruendū.et alter in volūtate pudica stabiliter pseuerare. Cū igit p primā suppositōem in istis duobꝫ sit equale iudiciū.z tn̄ eoz electōes sint cōtrarie.de necessitate oportet q electio alteri⁹ istorū sit cōtra sue ratōnis iudiciū. ¶.augustinus.xi.sup gen̄.ad litterā.c.vlti.expsse videt dicere salomonē peccasse cōtra iudiciū ratōis sue dicēs. Salomon vir tante sapiētie nūqd nō credendū est q in simulachroz cultu crediderit aliqd esset vtilitatis.sed mulieꝫ amori ad h malū trahēti resistere nō valuit.faciēs qd sciebat nō esse faciendū. ¶.augustin⁹ enchiridion.c.xxij.ait. Est alia libertas ñ ve[ra] male seruiēti adiecta.q̃ est ad malū faciendū.vbi ratio dissentit a volūtate iudicās nō esse faciēdū qd volūtas appetit. ¶.beatus bernard⁹ in libro suo d libero arbitrio ait. Ratio data est volūtati vt instruat illā nō vt destruat.destrueret aūt si ei vllā necessitatē imponeret qua min⁹ libere p arbitrio sese moueret siue ad bonū siue ad malū.si vnqꝫ hoc qd libet phibente ratōe volūtas nō posset.volūtas iā nō esset. ¶.arestoteles.vij.ethi.reprobat opinionē socratis q̃ dixit q cōtra cōsciētiaꝫ nō cōtingit opari. Unde ait arestoteles q socrates in hoc cōtra rationē pugnabat z dubitabat de manifeste apparētibꝫ. Ad primū igit eoz motiuū dicendū.q intellect⁹ nō potest iudicare bonū delectabile qd est i actu alicuius potētie nō esse psequendū.nisi simul intelligat illā delectabilē bonitatē.z p cōsequēs volūtas si voluerit eā nō fert in nō cognitū. q̃uis in hoc tendat cōtra ratōis iudiciū. Etiaꝫ sicut intellect⁹ speculatiu⁹ intelligēdo vnū oppositoz apphendit z reliquū.vt patet primo elencoz.sic z practic⁹ intellect⁹ nō potest aliquid iudicare fm vnā rationē nō esse faciēdū nisi aliq modo rationē oppositā apphendat.qz in nō facere intelligit facere.z omnino in negatōne affirmatio.vt dicit ibidē. Et idō dato q volūtas nō tendat in fornicatōeꝫ fm illā rationē fm quā ratō actualiter iudicat eā esse fugiendā.nō tamē ppter hoc fert in non cognitū.q̃uis ferat in nō iudicatū seu in nō sententiatū. Ad secundū nego cōsequentiā

3

4

5

6

Solutio. Ad.1.

Ad.2.

causa aũt negatõnis patet ex iã dictis. Etiã
ↄsequẽs nõ est falsum. qꝛ multis modis vo-
luntas seipam potest mouere. vt patuit supe-
rius. Ad pbationẽ dico ꝙ dato ꝙ inter mo-
uens ꝛ mobile sit relatio realis quãdo mouẽs
mouet ipm mobile ꝓprie actuãdo. nõ est tñ
hoc necesse quãdo mouet ipm mobile ad mo
tum determinãdo quasi remouẽs ꝓhibens ꝑ
resistentiã ab opposito motiuo eiusdẽ mobil.
Ad.3. Et sic est in ꝓposito. vt patz ex p̃dictꝭ. Ad
terciũ dicendũ. ꝙ ↄcesso ꝙ ipam maliciã ↄco-
mitet ignorãtia. nõ tamẽ ꝓpter hoc simł erit
ratio recta ꝛ non recta. sꝫ pri⁹ fuit recta. a qua
rectitudine desinẽs incipit esse nõ recta ex vi-
Ad.4. ciositate ipsi⁹ peccati. Ad quartũ nego cõ
sequentiã. Ad pbationẽ dico ꝙ prudẽtia pro
prie dicta nõ dicit habitũ quomodocũqꝫ ab
solutũ. sed necessario ↄcernit relationẽ ad ap
petitũ rectũ seu ad rectã electionẽ. qua relatõ
ne deficiẽte dato ꝙ tota absoluta entitas talis
habit⁹ existat. nõ tamẽ hmõi habit⁹ esꝫ pru-
dentia. quãuis esset quedã moralis sollertia
que est in ꝓxima dispositõe vt sit prudentia.
puta si assit recta electio ĩ appetitu. Et ista vi
det esse intentio phi. vi. ethico. vbi dicit sic.
Neqꝫ simul cõtingit prudentẽ ꝛ incõtinentẽ
esse eundẽ. nõ eñ in scire solũ prudẽs. sꝫ in eo
qd̕ practic⁹. Et sequit ibidẽ. Diuinũ autẽ. i.
ingeniosũ nihil ꝓhibet incõtinẽtẽ esse. ꝓpter
qd̕ quãdoqꝫ prudẽtes videnť esse quidã incõ
tinentes. ꝛ ſm rationẽ ꝓpe est. differũt autem
Ad.5 ſm electionẽ. Ad autoritates sacre scriptu
re dicendũ. ꝙ ex eis nõ plus habeť nisi ꝙ mul
ti peccant ex ignorãtia vł etiã ignorantes. qd̕
nec ego nego. nõ tamẽ ꝑ hmõi autoritates cõ
uinciť ꝙ null⁹ possit peccare nisi in suo intel-
Ad.6. lectu p̃cesserit ignorantia. Ad autoritates
phi est eodẽ modo dicendũ. Potest etiaꝫ
dici ꝙ quãuis aliq̃ de istis autoritatibꝫ bene
ↄcludãt ignorantiã ex parte intellect⁹ ↄcomi
tari maliciã volũtatis. tamẽ nõ ↄcludunt ꝙ
ignorãtia necessario p̃cedat maliciã volũtatꝭ.
Ad.7. Ad septimũ dicendũ ꝙ ex hoc ꝙ volũtas
p̃t velle hoc qd̕ dictat ratio. ꝛ etiã oppositũ il
lius. ex h̕ apparet ꝙ est appetit⁹ ratõnalis. qꝛ
potẽtie rationales sunt oppositoꝝ. naturales
vero determinate ad vnũ.

Articulus tertius. Quãtuꝫ ad terciuꝫ

articulũ dico ꝙ liberꝝ arbitriũ quo ad actũ in
trinsecũ a nulla creatura p̃t cogi coactõne ab-
Ratio. soluta ꝛ sufficienti. Quia si ꝑ aliq̃d hoc fieri
posset. tũc maxime vt videť ↄtingeret mortis
in tentatõne. Sed hoc nõ. vt patet in sanctis
martiribꝫ. qui mł'tiplicia mortis sustinuerũt
tormẽta ĩmobiles permanẽtes in sua bona vo
luntate. Maior etiã patet. qꝛ finis oĩm terri
biliũ mors est. vt patet. iij. ethicoꝝ. Et ista ẽ
intẽtio anſ. ĩ libro de libero arbitrio. vbi vult
ꝙ difficultas impugnare p̃t voluntatẽ. sed ex
pugnare neq̃t inuitã. Et ibidẽ ait. ꝙ cũ volũ-
tas vinciť. nõ aliena vinciť potestate sed sua.
Instantia. Forte diceť ꝙ nõ min⁹ est tollere libertatẽ
arbitrij q̃ꝫ cogere. sꝫ passio frenesis ꝛ ebrietas
somn⁹ ꝛ multa alia similia tollũt libertatẽ ar-
bitrij quantũ ad actũ interiorẽ. ergo etiã a cre
atura p̃t cogi liberꝝ arbitriũ quãtũ ad actũ in-
Solutio. Ad.1. teriorẽ ꝛc. P̃. incõtinens vinciť passionibꝫ
vt diciť. iij. ethicoꝝ. Ad primũ dicendũ ꝙ
vsus liberi arbitrij p̃t tolli absqꝫ ↄtradictione
qꝛ anima cõiuncta nõ p̃t habere vsum rõnis
corrupta vł impedita fantasia. sicut cõtingit
ĩ freneticis ꝛ ebriosis. ꝛ sic de alijs. Nec p̃t ha
bere vsum liberi arbitrij deficiẽte vsu ratõnis.
ergo impedita fantasia tolliť vsus liberi arbi
trij. Sꝫ posito hmõi vsu. tũc ↄtradictionem
implicat cogi voluntatẽ coactõe absoluta et
sufficiẽti respectu act⁹ intrinseci a libero arbi-
trio ĩmediate eliciti Et qꝛ in maiori ꝓpositõe
accipiť libertas arbitrij ꝓ ipso vsu liberi arbi-
trij. vt patet in assumptõe minoris ꝓpositio-
Ad.2. nis. ideo maior ĩ ꝓposito est falsa. Ad secũ
dũ dicendũ ꝙ incõtinens nõ vinciť nec cogi
tur absolute ꝛ sufficiẽter. Vñ nõ est in tenta-
tione incõtinẽs cõpulsio. q̃uis ibi sit impul-
sio. qꝛ nos sum⁹ dñi actuũ nostroꝝ a princi-
pio vsqꝫ ad finẽ. vt patet. iij. ethicoꝝ.

Articulus quartus. Quãtuꝫ ad quartũ

Conclusio. articulũ dico ꝙ licet de⁹ possit ĩmutare liberũ
arbitriũ. tñ ipm modo p̃dicto nõ potest coge
re. nõ ꝓpter impotentiã se tenentẽ ex ꝑte dei.
sꝫ ꝓpter repugnantiã se tenentẽ ex ꝑte effect⁹.
Ratio. Qꝛ nulli⁹ agẽtis est facere qd̕ repugnat effe-
ctui. sꝫ absolute ꝛ sufficiẽter cogere voluntatẽ
simpliciter repugnat effectui. coactũ ei est in-
uoluntariũ. ꝛ ꝑ ↄsequẽs si volũtas cogeretur
ad h̕ ꝙ vellet aliq̃d. tũc inuoluntariũ esset vo
luntariũ. ꝛ nolitũ esset volitũ. Hec aũt ꝛ mul
ta alia q̃ sequerenť ↄtradictionẽ implicãt. ꝛ ꝑ
ↄsequẽs repugnãt effectui. Et hec est intẽtio
Berñ. in libro de libero arbitrio. vbi ait. Vo-
luntas ꝓ ingenita nobilitate nulla cogiť ne-
cessitate. Quõ aũt volũtas possit ab vitio

fine imutabiliter necessitari absq3 tn̄ coactōe. vt ondi pmo libro. dist. i. q. ij. Sz forte dicet otra pdictā oclusionē sic. Magis excedit potētia dei liberū arbitriū. q3 potētia hois excedat qdcunq3 ens creatū. sz hō ppter excessu3 sue potētie multa entia creata pt sufficiēter cogere. Minor ꝺ se patet. Probatur maior. quia plus excedit finitū ab infinito. q3 finitū a finito. sz potētia dei est infinita. & potētia humana ac omis creatura finita. ergo &c.

Instantia

Rn̄deo q3 licet deus sit infinite potentie & hō finite. tn̄ hō pt qnq3 creaturā corpale3 cogere. eo q3 tal' natura sit capax coactōis. & ei9 coactio nō implicat otradictionē. attamē deus nō pt cogere liberū hois arbitriū. eo q3 nō sit capax coactōis. Nā ei9 coactio esset otradictōis implicatio. q2 coactū nō est liberū. igit si liberū arbitriū cogeretur. tūc idē esset liberū & nō liberū. Licz aūt deus voluntatē nō cogat. pt tn̄ volūtatē imutare qn̄cunq3 voluerit. Propter qd dicitur puer. xxi. Cor regis i manu dn̄i. quocūq3 voluerit inclinabit illud. Et istud imutare pt fieri tripliciter. Uno modo alliciēdo. puta bona pmittēdo vel etiā ondendo. sicut nutrix mouet puerū ondendo sibi pomū. Alio modo inducendo. puta mala pene cōminādo. iuxta illud ps. Multiplicate sunt infirmitates eoꝝ. postea accelerauerūt. Et iterū Imple facies eoꝝ ignominia. & querēt nomen tuū dn̄e. Tercio modo volūtatē meli9 disponēdo. puta peccatū expellēdo & gratiā infundēdo. & hoc deus posset facere ita abūde & copiose. q3 q3uis volūtatē n̄ cogeret. ipa3 tn̄ in bonis desiderijs penit9 imobilitaret. Sicut videtur fecisse in apli9 oversione.

Solutio.

Ad argumentū pncipale dicēdū q3 nō oīs necessitas est otra naturā. ideo nec intellectus nec volūtas dicuntur pprie cogi q3uis necessitentur. q2 nō oīs necessitas est coactio. alias enī coactio caderet in ipm̄ deū. q2 necessitate imutabilitatis intelligit se & vult se. Etiā nō est simile de itellectu respectu oclusionū. & voluntate respectu eoꝝ q̄ sunt ad finē. q2 res intelligunt vt sunt i intellectu. & ideo nihil osideratur in oclusionibꝫ nisi vt sequuntur ex pmissis. ppter qd intelligēs pmissas de necessitate itelligit oclusionē. put sequitur ex pmissis. Sz res appetuntur vt sunt i seipis. & vt oiūcte sunt suis naturalibꝫ oditionibꝫ. q̄ quidē oditōes qnq3 sunt displicibiles. ideo pt aliqs appetere finē. & tn̄ abhorrere ea q̄ sūt ad finē. Potest enim aliquis imutabiliter appetere sanitatē. & tamen abhorrere potiones ppter anexam amaritudinē. dato etiā q3 sciat sanitatē n̄ posse induci nisi p hmōi potionē. Un̄ si talia q̄ sunt ad finē nihil in se haberēt nisi solū hoc q3 essent pductiua ad finē. tunc ea necessitate q̄ qs appeteret finē. etiā appeteret ea q̄ sunt ad finē. Sicut q̄ assentit principijs etiā assentit his q̄ necessario sequuntur ex principijs. Nūc aūt q3uis aliqs velit ea q̄ sunt ad finē vt sunt pductiua ad finē. pt tn̄ ea refutare ratōne oditionis annexe. ideo &c.

Ad principale argu.

Distinctio. xxvi. et. xxvij.

Hec est gratia

&c. Postq3 magister determinauit de libero arbitrio quo prim9 hō peccato resistere potuit. hic tractat de grā qua si stetisset pficere debuit. Et diuiditur i duas ptes. Nā pmo mgr tractat de grā dei pfectione & excellētia. Secūdo de liberi arbitrij sine grā accepti defectōe & insufficiētia. dist. xxviij. ibi. Id vero incōcusse &c. Prima i duas Nā primo tractat de gratia i ordine ad liberū arbitriū. Secūdo de virtute i ordine ad vite eterne meritū. dist. xxvij. ibi. Hic videndū ē quid sit virt9. Prime due ptes seu distinctiones sunt psentis lectionis. Quaꝝ prima diuidit in tres ptes. Nā pmo mgr ostēdit quō grā liberū arbitriū pparat & adiuuat. Secūdo quō volūtas seu liberū arbitriū ad ipam grā3 se habeat. Et tercio circa hāc materiā quasdā dubitatōes ptractat. Secūda ibi. Ipa tn̄ eadē volūtas. Tercia ibi. Nō est tn̄ ignorādū. Et hec diuiditur in tres ptes. Nam pmo mgr ostēdit q3 sm aliquos quedā dicta augustini sibi mutuo videntur repugnare. Secundo apparentiā illi9 repugnātie nitit tollere. Et tercio mouet incidēs dubiū de identitate virtutis & grē. Secūda ibi. Ad hoc aūt dicim9 &c. Tercia ibi. Si ꝟo querit quō ipa grā. Sequitur distinctio vicesimaseptima. in qua mgr tractat de virtute i ordine ad vite eterne meritū. Et diuidit in duas ptes. Nā pmo ex diffinitōe virtut' data p augustinū mgr ostēdit q3 virt9 est donum sol9 dei. Secūdo pbat q3 virt9 nō est mot9 liberi arbitrij. ibi. Si igitur grā q̄ sanat. Et hec in tres. Nā primo iā dictā veritatē pbat. Secūdo eā opinione quo rundā ofirmat. Tercio oppositā opinionē recitat. Scda ibi. Propterea quidaz. Tercia ibi. Alij vero dicūt. Istaꝝ secūda diuidit in tres ptes. Nā pmo mgr declarat primā opinionē. Secūdo cuiusdā autoritatis q̄ ei vi

def repugnare ponit expositionē. Tercio circa ꝓmissa facit epilogationē. Scd'a ibi. Lux ergo dicit fides. Tercia ibi. Ex ꝓmissis iam.

Sequit illa ps. Alij vero ꝛc. Et diuidit i quattuor ptes. Nā primo illā opinionē mgr recitat. Secūdo exponēdo autoritates motiua eius cassat. Tercio ex dictis eoꝝ q̄ sunt d' prima opinione ɔtra eā instat. Et q̄rto veritatis discussionē diligēti lectori cōmendat. Scd'a ibi. Quibꝰ alij respōdētes. Tercia ibi. Ex quibus ṽbis. Quarta ibi. Horum aūt iudiciū.

Et hec est snīa istaꝝ duaꝝ distinctionū in generali. circa q̄s q̄ro in spēali.

v Trū gratia sit idē qd' virtꝰ. Et videt ꝙ sic. Q2 illud qd' disponimur respectu optimi finis videt esse virtꝰ sꝫ grā est hmōi. vt ꝑ fidē tenemꝰ. Maior patet. q2 virtꝰ est dispositio ꝑfecti ad optimū. vt dicit. vij. ethicoꝝ. Cōtra. habitꝰ q̄ sic se habent ꝙ vnꝰ ꝓprie respicit essentiā aīe. ꝛ aliꝰ potentiā illi differūt realiter. Sed grā ꝓprie loquēdo est ꝑfectio essentie aīe. omīs aūt virtꝰ ꝑficit aliquā potentiā aīe. ergo ꝛc. Hic q̄tuor sunt vidēda. quoꝝ ꝓma duo respiciūt vicesimāseptā distinctōēz. alia ṽo duo sequētē scilicet distinctōēz vicesimāseptimā. Primo eñi videndū est vtꝝ grā sit aliq̄d creatuz existēs in aīa. Scd'o de eo ꝙ querit Tercio vtꝝ hō nō habēs gratiā possit mereri gratiā. Et quarto vtꝝ habēs gratiā possit mereri vitā eternā.

Articulus ꝓmus

Quātū ad primum

Prima cōclusio.

ponā duas cōclusiones. Prima est ꝙ grā gratificās nos deo vel ꝑ quā nos grati sumꝰ deo est aliq̄d creatū in aīa. Secūda est ꝙ naturali cognitōne nullꝰ p̄t certitudinaliter i se cognoscere hmōi habitū. q̄uiscūq3 realiter creatꝰ sit in aīa sua.

Probatio ꝓme cōclusionis.

Primā ɔclusionē ꝓbo sic. Omīs aīe nostre ꝑfectio habitualis vel ē ex nostra oparōe. vl' ex dei creatōe. Sꝫ gratia
1 gratū faciēs est quedā ꝑfectio aīe nō ꝓducta ex nostris oparionibꝰ. ḡ optet ꝙ sit aliq̄d creatū in aīa. Maior patet ꝑ sufficiētē diuisionē Minor etiā euidēs est ex dictis apl'i. Nā ꝙ grā ꝑficiat animā patet. q2 dat esse ipi aīe. iuxta illud. i. ad Choꝝ. xv. Grā dei sū id qd' sū. ꝛ grā eiꝰ vacua in me nō fuit. Q3 aūt non sit ex nostris opibꝰ ꝑ eundē patet. ad Ro. xi. vbi ait. Si aūt ex opibꝰ iā nō est grā. P̄. de eo
2 q̄ est indignꝰ vita eterna nō p̄t fieri dignꝰ vita eterna nisi ꝑ aliq̄d a deo intrinsece sibi collatū. sꝫ hō anteq3 habeat gratiā est indignus vita eterna. ꝛ postq3 habet gratiā ipe ē dignꝰ vita eterna. ḡ ꝛc. Maior patet. Nā cū vita eterna sit finis supnatural'. nequaq3 possumꝰ ex nostris naturalibꝰ respectu talis finis nos dignos facere de indignis. q2 nō ex opibꝰ iusticie q̄ fecimꝰ nos. sꝫ ṡm suā misericordiā saluos nos fecit. Sicut ait apl's ad Titū. iij. c. Propter qd' etiā ait Isidorꝰ de sūmo bono li. ij. c. v. Sciāt liberi arbitrij defensores nihil se posse in bonū sua ꝓualere virtute. Minor āt patet ex fide P̄. nullꝰ p̄t esse formaliter deo 3
gratꝰ. nisi sit informatꝰ grā a deo creata. sed q̄libet iustꝰ fidel' est formaliter deo gratꝰ. ḡ ꝛc.

Durādꝰ ɔclusioni.

Sꝫ ɔtra istā ɔclusionē videt esse quidaz doctor. q̄ ait. ꝙ ex hac opatione q̄ est reddere hoīez deo gratū nō p̄t poni ꝙ grā sit aliq̄ forma creata in aīa. Q2 impossibile est ꝙ effectus ꝓcedat suā causā. Sꝫ esse deo gratū ꝓcedit saltē ordine nature oīe habituale donū qd' est vel p̄t esse in homīe. ḡ impossibile est ꝙ aliqd' habituale donū reddat hoīez formaliter deo gratū. Maior patet vt ipe dicit. Minorē ꝓbat. q2 ꝓncipiū cuiuslibet liberalis cōicatōis est amor. igit p̄rꝰ est hō a deo dilectꝰ. ꝛ ꝑ cōsequēs deo gratꝰ q3 ei aliq̄d a deo det. ꝓpter qd' si dat homini aliq̄d postea h̄ nō est gratū faciens sꝫ gratis datū.

Ratio.

Cōtra ꝑ randū.

Sꝫ istud dictū nō videtur esse veꝝ. Q2 impossibile est ꝙ aliq̄s de nō grato fiat gratꝰ. nisi ꝑ aliquā mutatōnē factā 1
vl' in gratificāte vl' in gratificato. Sꝫ sepius ɔtingit ꝙ hō q̄ nō fuit gratꝰ deo efficit gratus deo. ꝛ in deo gratificāte nulla p̄t esse mutatio. cū sit imobilis ꝑ se ꝛ per accidēs ꝛ ab intra. vt patet. viij. phisi. ꝛ. xij. metha. Iuxta ꝙ ipse de seipo dicit. Ego deꝰ ꝛ nō mutor. Ergo necesse est hmōi gratū esse ꝑ realē mutationē factā in ipa aīa. ꝛ ꝑ ɔsequēs habitꝰ grē cuiꝰ ꝑticipatōne talis mutatio fit in aīa. erit aliq̄d realiter creatū in ipa aīa. P̄. q̄ñcūq3 aliq̄s hō d' no 2
uo est deo gratꝰ tūc spūssanctꝰ de nouo habitat in eo. vl' saltē est in eo aliter q3 fuerit ꝓmo. Ista ḡ alietas cū non possit reduci in aliquā mutationē factā in spūsancto. necessario reducet in mutationē factā in hoīe. ꝛ sic sequit idē ꝙ p̄rꝰ P̄. suppono vnā ꝓpositionē phi 3
quā ponit. ij. rhetoricoꝝ dicens. Diligere est velle bonū. Ex h̄ arguo sic. Q̄ñcunq3 aliq̄s diligit aliquā rē quā p̄rꝰ nō diligebat optet ꝙ in re dilecta sit aliqd' bonū qd' p̄rꝰ nō erat. vel ꝙ ex defectu diligētis iudicet in re dilecta esse aliqd' bonū qd' nō est bonū. vl' solū est apparēs bonum. vl' ꝙ in diligēte sit facta aliqua

mutatio. Sꝫ cū deꝰ de nouo diligit aliquē
hominē quē primo nō diligebat nullū istoꝝ
Ad ratōēꝫ durandi. ꝑt dari nisi primū. ergo ⁊c. Ad ratonē sīā
dicendū ꝙ minor nō est vera Quia cū donū
ꝓphetie fuit cōmunicatū ipsi balaam. si ista
minor esset vera tūc balaam fuisset gratꝰ ⁊ di
lectꝰ deo. qđ falsum est cū ipe fuerit mortalis
peccator Itē falsum assumit in ista minori
q̄r effectꝰ formalis nō ꝓcedit formā cuius est
effectꝰ. Sꝫ esse gratū deo est effectꝰ formalis
gratie. ex hoc eīm formaliter homo deo gratꝰ
est quia gratia informatꝰ est. cū igit agēs pri
us natura det formā. ⁊ dando formā det effe
ctum formalē. ideo esse gratū deo nō est prius
natura. q̄ȝ ipsa gratia. cuiꝰ oppositū sumit in
minori. Ad ꝓbationē dicendū ꝙ maior n̄
est vera. quia multa bona cōmunicat deꝰ pec
catoribꝫ liberaliter ⁊ nō coacte. ⁊ tamē nō di
ligit peccatores dilectōe de qua loquimur ad
ꝑsens. s. dilectōne causante in dilectis gratiā
⁊ charitatē. Etiā in fine illiꝰ rationis iste
videt aperte negare distinctōēꝫ que a sanctis
doctoribꝫ antiquis ⁊ modernis tēporibꝫ da
est. puta ꝙ quedā est gratia gratis data. et
alia est gratia gratū faciēs. q̄r iste nullā ponit
gratiam gratū facientē. sed tantūmodo ponit
Scđa cōclusio. gratiā gratis datā. Secūdo dico ꝙ q̄ȝuis
gratia sit quidā habitꝰ creatꝰ in anima q̄ for
maliter deo grati sumꝰ ⁊ quo esse spūale ꝑmo
capimꝰ tamē naturali cognitōne nullꝰ potest
certitudīaliter cognoscere se habere hmōi ha
bitū. Et dico naturali cognitōne. quia ꝑ re
uelationē diuinā bene posset hoc alicui mani
festari. Dico etiā certitudinaliter. q̄r cōiectu
ratiue bene possumꝰ pie de hoc opinari Cō
1 clusionē istā ꝓbo sic. Quia si aliqđ hoc sci
ri posset hoc esset altero istoꝝ triū. puta vel q̄r
aliquis sentiret sibi mala displicere. vel quia
sentiret sibi bona placere. vl' ꝓpter virtuose vi
cōtinuationē nō perciperet vlteriꝰ aliquē re
morsum ꝯscientie. Prima duo nō sufficiūt.
quia ꝓpter aliquas laudabiles ꝯsuetudines
etiā iudeus vel paganꝰ posset inueniri cui di
splicerent vicia. vel placerēt virtutes. Hector
eīm adeo fuit virtuosus ꝙ nō estimabat filius
hominis mortalis. sed filiꝰ dei. recitat are
stoteles. vij. ethicoꝝ. Socrates etiā tantā ha
buit cōplacentiā in moribꝫ ⁊ virtutibꝫ ꝙ per
misit se occidi anteq̄ȝ vellet relinquere virtu
tes. Nec terciū sufficit teste ap̄lo qui ait. i. ad
Choꝝ. iiij. Nihil mihi ꝯscius sum. sꝫ non in
2 hoc iustificatꝰ sum. P. quicūq̄ȝ certa noti
cia sciret se esse in gratia gratū faciente. ille sci

ret se esse dignū amore dei. sed Eccl'e. ix. dicit
ꝙ nescit homo vtrū amore vel odio dignꝰ sit
sed oīa in futuꝝ reseruant incerta. Sed
contrariū istiꝰ ꝯclusionis nitunt quidā satis
apparēter ꝓbare. Primo sic. Non magis (Cōtra cōclusionem i)
repugnat aliquē scire se habere gratiā ⁊ chari
tatem. q̄ȝ scire se habere fidē. quia fides est ha
bitus supnaturaliter infusus sicut ⁊ gratia et
charitas. Sed aliquis potest de certo scire se
habere fidē. quia experit se libere ꝯsentire omi
bus articulis fidei. ergo ⁊c. P. cū paruulꝰ 2
baptisatꝰ recipiat gratiā quādo ꝑuenit ad an
nos discretōnis. aut nō potest cognoscere pri
mum peccatū quo mortaliter peccat. ⁊ tūc nō
peccaret. quia ignorātia inuincibilis excusa
ret eū nō solū a tanto sed a toto. aut potest hu
iusmodi peccatū cognoscere. ⁊ tūc anteq̄ȝ ha
beat hmōi noticiā potest scire se esse in gratia.
P. isti allegant ꝓ se augustinū qui. viij. de 3
tri. c. viij. ait. Qui habet charitatē magis no
uit dilectionē qua diligit q̄ȝ fratrē quē diligit
sed fratrē suū aliquis nouit certa noticia. ergo
⁊ charitatē. ⁊ ꝑ ꝯsequēs gratiā. q̄r idē est iudi
ciū de vtraq̄ȝ. Sꝫ ista nō cōcludunt. Igit Solutio.
ad primū dicendū. ꝙ minor nō est vera loq̄n Ad. 1.
do de fide infusa. Si autē isti loquunt de fi
de acquisita tūc maior est falsa. Ad ꝓbatōēꝫ
dico ꝙ quāuis aliquis experiat se articulis fi
dei libere ꝯsentire. nō tamē potest scire vtꝝ ta
lis assensus ꝑueniat ab habitu infuso vel ac
quisito. Ad secundū dicendū ꝙ ratōne ba Ad. 2.
ptismi nullꝰ potest scire se esse in gratia. quia
nullꝰ potest de certo scire ꝙ sit vere baptisatꝰ.
q̄r potest baptismꝰ impediri. vel ex falsa bapti
santis intentōne. vel ex inepta verboꝝ ꝓlatio
ne. vel ex defectu materie. Uel dicendū ꝙ
quāuis talis homo bñ possit cognoscere pri
mum suū peccatū esse peccatū. nō potest tamē
esse certus ꝙ ante illud signatū peccatū nullū
aliud cōmiserit peccatū. cū ꝓni sint sensus ho
minis ad malū ab adolescētia sua. vt dicitur
geñ. viij. imo magna videret esse ꝓsumptō si
aliquis homo diceret se de certo scire aliquod
suū peccatū ante qđ nullū penitꝰ cōmisit pec
catū. cū tot sint laquei peccatoꝝ tā via obmis
sionis eoꝝ que facere tenemur. q̄ȝ via cōmissi
onis quantū ad ea que ex ꝓcepto dei vitare te
nemur. Ad terciū dici potest. ꝙ augustinꝰ Ad. 3.
nō loquit ibi de noticia actuali. sed de noticia
habituali. sm̄ quā noticiā illa que magis ꝓ
sto sunt anime magis dicunt cognosci ab ani
ma. Et quia dilectio vel quicūq̄ȝ alter habi
tus existens in anima est intimior anime q̄ȝ

frater vł homo extrinsec⁹. ideo anima diligē tis magis cognoscit cognitione habituali di lectionē ꝙ fratrē quē diligit.

Articulus secundus. Prima cō clusio. **Quantū ad secūdū** articulū ponā duas ꝯclusiones. Prima ē ꝙ large loquēdo gratia potest dici virtus. Qr de quocūqȝ ꝑdicant descriptōes seu large dif finitōes alicui⁹ descripti. de eodē ad min⁹ lar ge loquēdo ꝑdicatur ipm descriptū. sed descri ptiones virtutis predicantur ð gratia. Nam gratia est que habentē ꝑficit ⁊ opus suū bonū reddit. Itē gratia est bona qualitas mentis.

Ratio. Sed iste sunt descriptōes virtutis. ergo ⁊c̄.

Conclusio secūda. Secūdo dico ꝙ ꝓprie loquēdo gratia et virtus realiter differūt. Quia sicut se habet es

1 se spirituale ad operari spūale. sic se habet prin cipium essendi ad principiū operādi. sed esse spūale differt realiter ab operari spūali. ⁊ ipsa gratia est principiū essendi spūaliter. iuxta il lud apl'i. gratia dei sum id qd̄ sum. ⁊ virtus q̄ est charitas ac alia quecunqȝ virt⁹ informata charitate est principiū agendi spūaliter. virt⁹ eñ est vltimū de potētia in ordine ad obiectū circa qd̄ elicit actus. ergo gratia ꝓprie loquē

Instantia do realiter differt a virtute. Forte dicet ꝙ etiā virt⁹ est principiū essendi. quia habentez

Solutio perficit dando sibi esse virtuosum. Rñdeo ꝙ licz virtus det esse. nō tamē dat primū esse. gratia autē dat primū esse supnaturale ipi ho mini sicut essentia dat primuz esse naturale.

2 P̄. quādocūqȝ aliqua sic se habēt ꝙ vnuz innitit alteri in merito sue operatōnis semper innitū videt esse distinctū ab eo cui innitit. Sed oēs cetere virtutes quantū ad meri tum sui operis innitunt charitati. ⁊ charitas ipsi gratie. ergo gratia est realiter distincta a charitate ⁊ ceteris virtutib. Maior patz. eo ꝙ ꝓprie loquēdo nihil innitat dependēter si bi ipsi. Minor etiā patet quantū ad primaz sui partē. quia cetere virtutes quantū ad op⁹ meritoriū mortue esse dicunt. nisi sint chari tate īformate. Propter qd̄ ait augustin⁹. xv. de tri. c. xviij. ꝙ charitas est illud donū qd̄ di uidit inter filios regni eterni. ⁊ filios perditō nis eterne. Patet etiā eadē minor quo ad se cundaz sui partē. s. ꝙ charitas innitat grē. qr ꝺm augustinū de ꝑdestinatōne sanctoꝝ. gra tia ꝑuenit charitatē. Naz opus charitatis ⁊ cuiuslibet alteri⁹ virtutis dicit gratū p grām. sicut oē albū dicit albū p albedinē. P̄. ac

3 cidentia quoꝝ ꝓpria subiecta sunt distincta realiter. illa differūt realiter. sȝ ꝓpriū subiectū grē realiter distinctū est a ꝓprio subiecto vir tutis. qr ꝓpriū ⁊ imediatū subiectū grē est ip sa essentia aīe. subiectū aūt virtutū sūt ipe po tentie. Vñ etiā ipe virtutes theologice fundā tur subiectiue in potētijs. puta charitas ī vo luntate. fides in intelligibili. ⁊ spes in irasci bili. vel in volūtate put tenet gradū virtutis irascibilis. Sȝ ꝯtra istā ꝯclusionē vident esse tres opiniones. Quaꝝ pma ponit ꝙ gra tia ⁊ virt⁹ sunt idē realiter. ⁊ solū differāt ꝺm ratīonē. Idē eñ vt facit op⁹ gratū dicit gra tia. vt aūt facit op⁹ virtuosuz rectū seu regu latū ꝺm ratōnē. sic dicit virt⁹. Propter qd̄ di cit. ij. ethi. Virt⁹ est habit⁹ electiu⁹ īmediate ꝯsistens put recta ratio determinat. Sed

Opīo pri ma contra ꝯclusionē.

ista opinio nō valet. Quia cū virtutes possu mus ex puris nostris naturalib adipisci. si virt⁹ ⁊ gratia essent idē realiter. tūc possemus ⁊ gratiā ex nostris puris naturalib ꝓmereri ⁊ sic gratia nō esset gratia. vt ait apl's. ⁊ redi ret de plano erroꝛ ipsi⁹ pelagij. Alia opinio dicit ꝙ quāuis gratia ⁊ virt⁹ differāt realiter ex ipis tamē resultat vna essentia sicut ex ma teria ⁊ forma. Sed nec istud valet. Quia ex duob existentib in actu nō potest resulta re vnū per essentiā. sed tam gratia ꝙ charitas vel quecūqȝ alia virt⁹ sunt aliqd in actu. neu trū eñ istoꝝ est pura potētia. ergo ⁊c̄. Ter cia est opinio q̄ dicit ꝙ q̄uis gratia nō sit idē cū qualibet virtute. est tamē idē realiter cum hac virtute q̄ est charitas. Quia illa q̄ diffe runt ꝑ essentiā diuina virtute possunt abin uicē separi. sed gratia ⁊ charitas nullo modo poterunt separi. qr si separent tunc idē hō sal uaret ⁊ damnaret. saluaret inquātū finaliter decederet in gratia. sed damnaret eo ꝙ careret charitate. P̄. quoꝝ est vn⁹ ⁊ idē actus per essentiā. illa sunt idē realiter ⁊ essentialiter. sȝ charitatis ⁊ gratie est vnus act⁹ per essentiaz. qd̄ patet quantū ad actū primū qui cōsistit ī informare ⁊ denominare subiectū. qr esse gra tum. qd̄ vt sic est act⁹ gratie. ⁊ esse charꝫ qd̄ est act⁹ charitatis idē sunt realiter ⁊ solo nomi ne differunt. Patet etiā illa minoꝛ quantum ad actū secundū qui est reddere opus meri toꝛium. qui etiā actus vn⁹ existens est cōmu nis charitati ⁊ gratie. P̄. gratia ⁊ charitas sunt forma virtutū. vnius autē rei vna est for ma. P̄. gratie ⁊ charitatis vna est diffini tio. quia vtraqȝ est bona qualitas mentis.

Cōtra.

Opinio se cunda.

Cōtra.

Opīo ter cia henrici scoti ⁊ du randi.

1

2

3

4

P̄. charitas in greco idē est qd̄ gratia in la tino. charis eñ grece est gratia latine. ⁊ com 1

ponit̃ indeacharis quasi sine gratia. ⁊ eucharis quasi bona gratia. Pr̃ illud qḋ est radix prima om̃is boni spũalis est gratia vel saltem nõ differt realiter a gratia. Sed ḃm augustinũ in sermone de laude charitatis. radix omnium bonoꝝ est charitas. ⁊ ibidẽ dicit q charitas est vita viuentiũ. Et si dicit̃ istis q principium essendi differt a principio operandi. sꝫ gratia est principiũ essendi. virtus est principium operandi. ergo ⁊c. Dicunt ipsi ad maiorem q nõ est vera in formis accidentalibꝫ. idẽ enim calor qui vt dat esse calidũ est principium essendi. vt calefacit alterum est principium agendi. Dant etiã instantiã ad minorem. quia vt dicunt destructo principio essendi destruitur necessario principiũ agendi. sꝫ destructa in aliquo homine gratia. adhuc manet fides ⁊ spes que sunt virtutes. ⁊ ꝑ cõsequẽs sunt principiũ agendi. Sed ista nõ concludunt

6 | Instantia | Solutio durandi | Solutio.

Ad. 1. Igit̃ ad primũ dicendũ q maior nõ est vera. quia figura ⁊ linea differũt per essentiã. cũ figura sit species qualitatis. linea vero species quãtitatis. ⁊ tamen impossibile est dare figuram sine linea. impossibile est etiã dare creaturam sine respectu. seu impossibile est creaturã separare a respectu ad creatorẽ. quãuis ḃm aliquos istoꝝ relatio per essentiã differat a fundamento suo. Etiã quantũ ad absolutam dei potentiã minor ẽ falsa. Ad ꝓbationẽ dico q nõ esset necesse talem hoiem damnari nec saluari. quia deus posset eum semp in via cõseruare. sicut nunc de facto cõseruat enoch ⁊ heliã in paradiso.

Ad. 2. Ad secundũ dicendũ q maior non est vsquequaq vera. quia materie ⁊ forme est vnus actus. cum agere sit totius coniuncti. ⁊ tamẽ materia ⁊ forma differũt realiter. Etiã minor nõ est vera. quia esse gratũ ꝑ gratiam est formaliter actus differens ab eo qḋ est esse charũ per charitatẽ. quia vt superius patuit per augustinũ gratia aliquo modo precurrit charitatẽ. quia gratia ꝓprie loquẽdo dat esse primum in spũali regeneratiõe. et hoc proprie nõ cõuenit charitati. cũ ipse sit imediatũ principiũ spiritualis operatiõis.

Ad. 3. Ad tercium dicendũ q quãuis large loquẽdo tã charitas q̃ gratia dicant̃ forma virtutũ. hoc tamen cõuenit charitati imediate. gratie autem cõuenit mediante charitate.

Ad. 4. Ad quartum dicendũ q illa nõ est ꝓpria diffinitio. sꝫ est quedã cõmunis seu analoga descriptio. Vñ sicut hõ ⁊ asinus cõueniũt in hac descriptiõe seu diffinitione cõmuni. q est sḃstantia aĩata sensibil' differũt tamẽ suis ꝓpriis diffinitiõibꝫ. sic ⁊c.

Ad. 5. Ad quintũ dicendũ q sic corpus xpi qḋ cõmunicat̃ nobis ex grã dei originalr. ⁊ nõ ex opibꝫ nr̃e iusticie. ⁊ iõ dicit̃ euchar̃ grece ⁊ eucharistia latine. ab eu qḋ ẽ bonũ ⁊ caris qḋ est gratia q̃si bona grã. ⁊ tñ planũ est q corpus xpi differt realiter a grã. Sic i ꝓposito qr charitas originaliter nobis infundit̃ nõ ex nr̃o merito sꝫ ex dei grã. iõ tal' habitus diuini amoris q̃dã causali ꝑdicatiõe dicit̃ caris seu grã. sic phs in de sensu ⁊ sensato dicit. q odor est fumalis euaporatio qr causat̃ a fumali euaporatiõe.

Ad. 6. Ad sextũ dicẽdũ q sic in genere maloꝝ seu pctõꝝ q̃nq dicit̃ q supbia est initiũ om̃is pcti. q̃nq autẽ h̃ dicit̃ de inuidia. ⁊ tñ supbia ⁊ inuidia differũt a se inuicẽ. Sic in genere bonoꝝ q̃nq grã dicit̃ principiũ oĩm bonoꝝ. q̃nq autem charitas. ⁊ tñ charitas ⁊ grã differũt a seinuicem. Vñ attendẽdo ad esse spũale. tũc gratia dicit̃ principiũ oĩm bonoꝝ. attendẽdo aũt ad agere virtuose tũc charitas dicit̃ principium oĩm bonoꝝ.

Cõtra responsionẽ durandi. Nec valet eoꝝ rñsio. qr q̃uis gratia sit forma accidẽtalis. tamẽ in hoc cõuenit cũ forma substãtiali. qr sicut forma sḃstãtialis dat esse simpliciter ⁊ primũ. loquendo de esse naturali. sic grã dat ẽẽ simpliciter ⁊ primũ loq̃ndo de esse supnaturali. ⁊ iõ sic forma substãtialis nõ est imediatũ ꝓncipiũ agendi actõe naturali. sic nec grã ẽ imediatũ ꝓncipium agẽdi actõe supnaturali. ⁊ ꝑ cõñs grã cõcernit charitatẽ tãq virtutẽ a se realiter differẽtẽ. mediãte q̃ ꝓrũpit i supnaturalẽ opatõem.

Nec valet instãtia quã adducũt cõtra minorẽ. qr q̃uis destructa grã maneat fides. tñ charitas nõ manet. q̃ ꝓprie est principiũ actõis meritorie ⁊ supnaturalis. Etiã dato q maneat fides. tñ nec fides nec aliqua alia virtus sic manet q possit principiare actionẽ meritoriã ⁊ supnaturalẽ sine grã ⁊ charitate. Et ideo bene cõcedo q destructo ꝓncipio essendi ḃm esse supnaturale qḋ est ipa grã. destruit̃ fides ⁊ q̃libet alia virtus q̃tũ ad h̃ q sit principiũ actionis meritorie ⁊ supnaturalis.

Articulus tertius. Prima cõclusio. 1

Quantũ ad terciũ

articulũ dico ꝑmo q hõ nõ existẽs in grã nõ potest mereri gratiã de cõdigno. Quia si homo cõstitut̃ in puris naturalibꝫ posset mereri de cõdigno grã gratũ facientẽ de qua loquimur in ꝑsenti. cum per talem gratiã homo sufficiẽter cõsequat̃ vitã eternã q est finis simpl'r supnatural'. tũc ex pur̃ naturalibꝫ possemus cõseq finẽ supnatũralẽ. ⁊ ꝑ cõñs finis supnaturalis

2 nō esset supnaturalis.qđ est ꝯtradictio P̄.
illud cui causaliter om̄e meritū nostꝝ innitit̄
hoc mereri nō possum⁹.gratia est hmōi. Iu/
xta illud augustini. Quid est meritū an̄ gra/
tiā cū om̄e bonū meritū nostꝝ in nobis nō fa
3 ciat nisi gr̄a. P̄.si ex nostris naturalibꝫ pos/
sem⁹ de ꝯdigno mereri gratiā.tūc gr̄a esset de
bitū absolute.⁊ p ꝯseq̄ns gratia nō esset gr̄a.
Pelagius cōtra ꝯclusionem. Sꝫ forte pelagi⁹ q̄ oppositū isti⁹ ꝯclusio/
nis asserit posset p̄dictā ꝯclusionē impugna/
re sic. Qn̄cunqꝫ aliq̄s existēs in gratia orat p
1 seipo de his q̄ pertinēt ad salutē.tunc semp ex
audit̄.sicut dicūt sancti doctores. Sꝫ aliq̄s
existēs nūc in gratia potest orare ꝙ si ipm cō/
tingat ex humana fragilitate pdere grām vt
2 sibi restituat̄. P̄.deus dans alicui gratiā q̄
ante nō habuit.tūc vel dat digno.⁊ tūc reci/
piens meruit eā.vel dat indigno.⁊ tūc deus
Solutio. erit iniust⁹. Ad primū dicendū ꝙ dato ꝙ
Ad.1. talis exaudiret̄.adhuc tn̄ nō mereret̄ illā secū
dā gratiā ex suis puris naturalibꝫ vt est sine
Ad.2. gr̄a.sꝫ vt habuit gratiā p̄cedentē. Ad secū
dū dicendū ꝙ ex hoc nō sequit̄ ꝙ de⁹ sit iniu/
Scd̄a cō/clusio. st⁹.sꝫ poti⁹ ꝙ sit pi⁹ ⁊ misericors. Secūdo
dico ꝙ existēs sine gr̄a pt̄ mereri gratiā de cō/
Ratio. gruo Quia ꝯgruū esse videt̄ ꝙ misericors pa
ter pdigū ⁊ vagabundū filiū q̄uis abierit in
regionē longinquā varijs se inuoluens gene
ribꝫ peccatoꝝ redeuntē ad gremiū paterni do
minij cū pietate suscipiat.⁊ errata volēti cor
rigere gratiā largiatur. Sed ip̄e de⁹ est mise/
ricors pater.iuxta illud apostoli. Benedict⁹
deus ⁊ pater dn̄i nostri ihesu christi.pater mi
sericordiaꝝ ⁊ deus toti⁹ ꝯsolatōnis.qui ꝯso/
latur nos in om̄i tribulatōe nostra.peccator
vero qui quantū ad vite sue correctionē facit
totū qđ in se est.assimilat̄ p̄dicto filio pdigo
dicenti in euāgelio. Surgā ⁊ vadā ad patrē
meū ⁊ dicā ei. Pater peccaui in celū ⁊ coram
te.iam nō sum dign⁹ vocari fili⁹ tuus fac me
sicut vnū de mercenarijs tuis. Unde si face/
ret totū qđ in se est etiā si pagan⁹ existeret.de⁹
nunq̄ꝫ dimitteret quin veritatē sue fidei sibi
panderet.⁊ infunderet gratiā spiritussancti.
qđ bn̄ apparuit Actuū.x.de cornelio.ad quē
deus miraculose misit apostolū petrū. Mo/
dus autē redeundi seu gratiā ꝯsequendi quā
tus in p̄dicta parabola satis sit exp̄ssus.potest
tamē dici ꝙ primo per gratiā p̄uenientē ipse
deus āmonet per aliquos impetus spiritua/
les ipm peccatorē.quorū perceptione ipse pec
cator incipit reatū suū cognoscere ⁊ aliq̄lem
habere displicentiā peccatoꝝ.talibꝫ enī āmo/
nitionibꝫ deus stat ad ostiū ⁊ pulsat.⁊ petit a
nobis nostrā cōuersionē.⁊ quia ex nobisip̄is
cōuerti nō possumus.igit̄ ad ipm clamare de
bemus illud Tren̄.vltimo.c. Conuerte nos
domine ad te ⁊ cōuertemur. Ad qđ respon/
det dominus illud Zach.i. Cōuertimini ad
me.⁊ ego conuertar ad vos.id est sequimini
āmonitionē meā ⁊ facite qđ i vobis est ⁊ ego
cōuertar ad vos cōmunicando vobis gratiā
meam.

Quātū ad quartū Articulus quartus.
articulum dico duo. Primo ꝙ cōsiderato Prima cō/clusio.
merito nostro vt a nobis est.sic null⁹ purus
homo meret̄ vitā eternā de condigno. Quia 1
vt dicit̄ ad Ro.viij. Nō sunt cōdigne passio
nes hui⁹ seculi ad futurā gloriā que reuelabi
tur in nobis. P̄.nō magis potest creatura 2
ex suis operibꝫ suū creatorē cōstituere debito/
rem q̄ꝫ seru⁹ naturalis dominū suū naturalē.
sed seru⁹ nullo suo ope potest suū dominū ex
cōdigno suū debitorē cōstituere.ergo nec cre/
atura creatorē. P̄.ille qui soluꝫ facit qđ te/
net̄.q̄uis soluat illi cui opat̄.tn̄ ex hmōi opa 3
tione nō pt̄ illū suū debitorē ꝯstituere.sed cuꝫ
ad laudē dei facim⁹ totuꝫ qđ possum⁹ adhuc
nihil superogam⁹.sꝫ solū reddim⁹ creatori il
lud qđ de iure debem⁹.igit̄ ⁊c̄. P̄.ꝯdignuꝫ 4
meritū debet esse eq̄le ip̄i p̄mio.sꝫ nullū meri/
tum nostꝝ vt a nobis est pt̄ eq̄ri celesti p̄mio
qđ ocul⁹ nō vidit nec auris audiuit nec i cor
hois ascēdit.ergo ⁊c̄. Secūdo dico ꝙ quā
Secunda cōclusio. uis meritū nostꝝ vt a nobis ē absolute loqu/
do nō sit ꝯdignū vite eterne.tamen vt gratia
spiritussancti informatū ⁊ p̄ncipaliter opan/
te spiritusancto ⁊ nobis cooperantibꝫ cōqui/
situm est.sic capit quandā coequalitatem re/
spectu vite eterne ratōne cui⁹ de iusticia et de
ꝯdigno nobis reddit̄ vita eterna. Quia quā 1
uis seruus vt seru⁹ est nō possit dominū suū
facere debitorem ex iusticia.tamē seruus fa/
ctus liber potest de cōdigno mereri apud do
minū.sꝫ homo informat⁹ gratia dei est cōsti/
tutus in sp̄ūali libertate.quia vbi spirit⁹ dei
ibi libertas.vt ait apl's.ij.Chor.iij. Et Ioh.
viij. Si fili⁹ vos liberauerit vere liberi eritis.
ergo vt sic talis homo potest vitā eternaꝫ ab
ipso omniū bonorum largitore mereri de con
digno.ergo ⁊c̄. P̄.ista videtur esse inten/ 2
tio apl'i.ij.ad Timotheū quarto.vbi ait. De
reliquo reposita est mihi corona iusticie quā
reddet mihi dominus in illū diē iust⁹ iudex

Durand⁹. Sz ɔtra istud dictū videt esse quidā doctoꝝ q̄ omino negat meritū nostrū q̄cūq3 mō sumptū esse ɔdignū vite eterne. qḋ pbat dupliciter.
1 Primo sic. Illud qḋ aliq̄s asseq̄t ex sola libertate dantis. h̄ nō cadit sub merito d̄ ɔdigno. Sz quicq̄d a deo ɔseq̄mur siue sit gr̄a. siue gloria. siue bonū sp̄ūale. siue corpale totū habem⁹ ex mera liberalitate dei. Istā minoꝛē pbat p h̄ q̄ deo ꝛ parētib⁹ nō possumus reddere equiualēs. vt patet. viij. ethi. igit de⁹ in nullo tenet nobis. ꝛ p ɔsequēs quicq̄d nobis tribuit ex mera lib̄alitate tribuit. ergo ⁊c.
2 Scḋo q2 ad Ro. vi. dicit. gr̄a dei vita eterna. vbi dicit glosa. Maluit dicere gr̄a dei vita eterna. vt intelligerem⁹ deū ad vitā eternā p sua miseratōne nos pducere. nō ex meritis nostris. Sz quāuis ista nō ɔcludāt ɔtra istā secundā ɔclusionē. ꝛ p ɔsequens nō sint ɔtra me. r̄ndeo tamē ad ea

Solutio Ad. 1. Ad primū igit dicendū ad minoꝛē q̄ respiciēdo ad pmariā radicē. tūc totū qḋ ɔseq̄mur a deo ex sua libertate asseq̄mur. q2 q̄ nos a seruitute liberauit ꝛ liberos nos fecit ex sua libtate, puenit. s3 postq̄ nos liberos fecit. ratio nō ɔuincit quin virtute sp̄ūsancti qui est sp̄ūs libertatis possim⁹ aliquo modo de pia iusticia ip̄m debitoꝛē cōstituere. ꝛ hoc ex suo liberali pmisso. Om̄e em̄ pmissum aliq̄ modo cadit in debitum. sed in apocal. pmisit dn̄s coronā vite ei q̄ fidelis fuerit vsq3 ad moꝛtē. ideo ⁊c. Etiā Jaco. i. dicit q̄ qui pbatus fuerit accipiet coronā vite. q̄m repromisit de⁹ diligentib⁹ se.

Ad. 2. Ad secundū dicendū q̄ illa autoꝛitas cū sua glosa aliud n̄ intendit nisi q̄ hō ex suis naturalib⁹ cū exclusione gr̄e nō pt ɔseq̄ vitā eternā. ꝛ h̄ ego cōcedo. vt patuit in p̄ma ɔclusione isti⁹ articuli.

Ad principale argu. Ad argumentū p̄ncipale dicendū ad maioꝛē q̄ nō est vera nisi sumat de eo p qḋ disponimur in ratōe p̄ncipij agēdi. Ad minoꝛē dico q̄ p gratiā, pprie loquēdo nō disponimur respectu optimi finis in ratōe principij agēdi s3 in ratōe principij essendi.

Distinctio. xxviij. ꝛ. xxix.

1 D vero incōcusse ⁊c. Postq3 mgr̄ determinauit de gr̄e ꝛ virtutū pfectōne ꝛ excellētia. h̄ tractat mgr̄ d̄ liberi arbitrij defectōe ꝛ insufficiētia. Et diuidit ī duas ptes. Nam p̄mo mgr̄ ostēdit insufficientiā liberi arbitrij q̄tū ad om̄es hoīes generaliter. Scḋo q̄ ad p̄mos parētes sp̄ealiter. di. xxix. ibi. Post hec ɔsiderādū. Prima ī duas. Q2 p̄mo mgr̄ d̄ liberi arbitrij insufficiētia ꝛ gr̄e dei indigētia p̄mittit intentā veritatē. Scḋo ecōtra exp̄mit erroꝛis pelagij absurditatē. ibi. Pelagianoꝝ heret. Et hec ī duas. Nā p̄mo erroꝛē pelagianoꝝ p̄dicte veritati ɔ̄riū recitat. Scḋo autoꝛitate hieronimi supradictā veritatē ɔfirmat ibi. Id g̱ de gr̄a. Prima ī duas Nā p̄mo ponit erroꝛē ac ei⁹ palliatōe3. Scḋo p erroꝛe adducit m̄ltiplicē pbatōe3. ibi. Q, v̄o dicūt sine gr̄a. Et hec diuidit ī q̄ttuoꝛ ptes ſm q̄ q̄ttuoꝛ adducit pbatōes. Scḋa ibi. Silr̄ aūt. Tercia ibi. Alibi etiā aug⁹. Quarta ibi. Dis etiā intelligēdū est ⁊c. Et qlibet istaꝝ pt sbdiuidi ſm q̄ mgr̄ p̄mo recitat erroꝛis munitōe3 Scḋo munitōis destructōe3. ꝛ ptes patent.

Sequit illa ps. Post hec ɔsiderādū ⁊c. vbi incipit distinctio. xxix. in q̄ mgr̄ ōn̄dit insufficiētiā liberi arbitrij q̄ ad p̄mos parentes sp̄ealiter. Et diuidit in tres ptes. Q2 primo ōn̄dit q̄ prim⁹ hō gr̄a indiguerit licet ipā3 n̄ habuerit. Scḋo ōn̄dit q̄ v̄tutes habuit. q̄s tn̄ p pctm̄ pdidit. Tercio innuit q̄liter punit⁹ extitit ex eo q̄ peccauit. Scḋa ibi. Preterea q̄ri solet. Tercia ibi. In illius q̄q3 pcti. Et hec ī duas. q2 p̄mo mgr̄ ōn̄dit q̄ pctm̄ primi hoīs ip̄m d̄ padiso expulit. Scḋo īq̄rit vtꝝ an̄ expulsionē d̄ ligno vite comederit. ibi. Potest aūt q̄ri. Circa has distinctōes q̄ro hāc questionem.

V Trū hō existēs in pctō moꝛtali sine dono supnal'i possit se ad gr̄a3 sufficiēter pparare Et videt q̄ sic. Q2 hō faciēdo qḋ ī se est ppat se ad gr̄a3. s3 ex puris suis naturalib⁹ pt vnusq̄sq3 facere qḋ ī se ē Maioꝛ pat3 ex p̄cedētib⁹ Minoꝛ pbat ex h̄ q2 si aliq̄d supnaturale req̄reret ad h̄ q̄ aliq̄s faciat qḋ ī se ē. tūc esset implicatio ɔ̄dictionis q2 h̄ nō ēē i hoīs ptāte. ad qḋ requirit aliq̄d excedēs naturā hoīs. Cōtra. Sic sufficiēter disponēs materiā ad alicui⁹ foꝛme introductionē q̄si de ɔdigno meret hm̄oī foꝛme inductionē. nā si tal' foꝛma n̄ induceret h̄ miraculose fieret ꝛ n̄ naturalr̄. sic ⁊c. Sz vt iā pbatū ē null⁹ pt mereri gr̄a3 d̄ ɔdigno. g̱ ⁊c. Dic q̄ttuoꝛ sūt videda. Primo vtꝝ hō carens gr̄a possit iplere oīa diuia p̄cepta. Scḋo de eo qḋ querit. ꝛ h̄ q̄tū ad distinctōne3. xxviij.

Tercio vtꝝ p̄m⁹ hō an̄q3 peccauit habuerit gr̄a3 gratū faciētē. Et q̄rto vtꝝ bonoꝝ̄ hoīm ſm statū p̄sentē opa sint magis meritoꝛia. ꝛ p consequēs eoꝝ in futuro sit perfectioꝛ

gloria q̄ꝫ fuiſſet ſi hō in ſtatu innocentie vſqꝫ
ad ꝯſecutionē grē ꝛ glorie permāſiſſet. ꝛ hoc
q̄ꝫtū ad diſtinctionē viceſimā nonā.

Articulus primus **Quātum ad primū**
ponā duas ꝯcluſiões. Prima eſt ꝙ q̄ꝫuis
carēs grā poſſit ſe ꝑ aliquo tpe a trāſgreſſione
mādatoꝝ dei ꝓſeruare. tñ nō pt ſe in hmōi ꝓ/
ſeruatōe diu ꝯtinuare. Scđa eſt ꝙ hō exi
ſtens ī vno peccato mortali ſi nō egerit pñiaꝫ
nō pt ſe diu ꝓſeruare quin cadat in aliud pec
catū mortale. Cōcluſiones iſtas magr̄ te/
neo ꝓpter autoritates ſanctoꝝ. q̄ꝫ ꝓpter rōeꝫ
Prima cōcluſio. ꝯuincentē. Primā igit̄ ꝯcluſionē ꝓbo au/
toritate Auguſtini q̄ tercio de libero arbitrio
1 ait. Illa em̄ ē peccati pena iuſtiſſima vt amit/
tat quiſqꝫ q̄ bene vti noluit ptātem. Nō igit̄
cū potuiſſet ſine difficultate oīa mādata im/
plere nolēs vti bene iſta ptāte ꝑdidit [illegible] vt eti
am volēs nō poſſit oīa mādata implere. Itēꝫ
ſm auguſtinū in eodē libro Inflictū ē homi
ni ꝓpter peccatū vt nō videat q̄d recte ſit faci
endū. ꝛ ſi videt ꝛ vult recte facere. ħ nō poſſit
implere. Et ibidē. Nec tibi imputat̄ ad cul/
pā ꝙ vulnerata mēbra nō colligis. ſꝫ ꝙ volē/
tē ſanare ꝯtemnis. P̄. ſicut patet ꝑ mgr̄m
2 ħ in lr̄a pelagianoꝝ hereſiſ credit hoīem ſine
grā poſſe facere oīa diuina mādata P̄. ope
3 ratoꝛ oīm mandatoꝝ dei dign⁹ eſt vita eter/
na. Iuxta illud Matth. xix. Si vis ad vitā
ingredi ſerua mādata. ſꝫ null⁹ ſine gratia di/
gn⁹ eſt vita eterna. ḡ ꝛc. Sꝫ ꝯtrariū iſtiuſ
Opīo contraria. aſſerūt quidā doctores dicentes ꝙ q̄ꝫuis ſine
grā nō poſſit aliq̄s explere oīa mādata q̄ꝫtuꝫ
ad modū opis puta q̄ꝫtū ad meritorie opari.
quantū tñ ad rē actā puta q̄ꝫtū ad ſubſtantiā
opis ſic pt quis ſine grā oīa adimplere di/
1 uina mādata. Qđ declarāt ī ſimili. Qꝛ vt pa
tet. ij. ethi. ſine virtutib⁹ poſſum⁹ facere opera
virtutū. puta nō fortis poteſt facere opa forti
tudinis. licet nō poſſit ea facere vt fortis. pu/
Durādus ta fortiter ꝛ delectabiliter. ſic ꝛc. Et iſtā cō/
2 cluſionē vn⁹ iſtoꝝ doctoꝝ ꝯfirmat ſic. Que/
libet potētia pt in actū ſibi ꝓportionatū q̄ꝫtū
ad ſubſtātiā act⁹ ſine additōne cuiuſcūqꝫ al/
terius. quia potētia eſt qua poſſum⁹. vt dicit̄
ij. ethicoꝝ. Sed ſub p̄ceptis iuris naturalis
cadunt ſolūmodo act⁹ quoꝝ potentie ſunt in
3 nobis. ergo ꝛc. P̄. iſtud poteſt etiaꝫ ꝓbari
ſic. Qui poteſt mai⁹ poteſt etiā min⁹. ſed hō
ſine gratia pt deū diligere. qđ eſt maximū mā
datū. Maioꝛ patet. Minorē ꝓbo. qꝛ ſi hō n̄

poſſet diligere deū ſine grā. tūc quādoqꝫ poſſꝫ
euidēter ſcire ſe eſſe in grā cū experit̄ ſe dilige/
re deū. cui⁹ oppoſitū patet Eccl's. ix. vbi dicit̄
Neſcit homo vtrū amore vel odio dign⁹ ſit.
P̄. de mandato dilectōnis in ꝑſona dei di 4
citur Deutero. xxx. c. Mādatū hoc qđ ego
p̄cipio tibi hodie nō ſupra te eſt. Sꝫ ſm gre
goriū in omelia de apl'is. Omē mandatuꝫ de
ſola dilectōe eſt. ꝛ oīa vnū mādatū ſunt. qꝛ
quicq̄d p̄cipit̄ in ſola charitate ſolidat̄ P̄. 5
ea q̄ gentiles ſm legē nature viuētes faciūt il
la poſſum⁹ implere ſine gratia. Sꝫ apoſtol⁹
ad Ro. ij. loquēs de diuine legis mandat̄ ait
Gentes q̄ legē nō habent naturaliter [illegible] que
legis ſunt faciūt. Sed iſta opinio ſatis vi Cōtra opinionem.
detur eſſe periculoſa. Quia auguſtin⁹ ī libro
de hereſib⁹ videt̄ dicere hoc pertinere ad here
ſim pelagianoꝝ vt credāt ſine gratia hominē
poſſe facere oīa diuina mādata. Ad pri/ Solutio. Ad. 1.
mū igit̄ dicendū ꝙ quāuis ſimilitudo poſſit
negari. ipſa tamē ꝯceſſa dico ꝙ nō habēs vir
tutem cū magna difficultate elicit actū virtu
tis. Et ideo qꝛ magnū conatū ad tollendum
hmōi difficultatē nō pt ſimł habere circa di/
uerſa. igit̄ eliciēdo actū vni⁹ virtutis. accidit
ipm peccare cōtra aliā virtuteꝫ. Sic ꝛ homo
ſine gratia cū ponit magnū conatū ꝓpter dif
ficultatē quā patit̄ in obſeruātia vni⁹ māda/
ti. ꝯtingit ipm peccare cōtra aliud mandatū
Ad ſecundū dicendū ꝙ ſi iſte doctoꝛ ꝑ ius Ad. 2.
naturale intelligit mādata legis diuine. tunc
in minori eſt petitio pncipij. qꝛ de ħ eſt q̄ſtio
p̄ſens. vtrū act⁹ tales ſint in poſſe noſtro ſine
gratia addita. Itē dato ꝙ tales act⁹ ſint ī po
teſtate hominis ſuppoſita ſua potentia ſana
ꝛ illeſa. nō tamē hoc oportet ſi eius potentia
eſt leſa ꝛ vulnerata. potentia aūt humana cō
ſiderata ſine dei gratia eſt quaſi totaliter leſa.
ideo ꝛc. Etiā poteſt dici ſicut iam dictum
eſt ad primū. Ad terciū dicendū. Q, dili Ad. 3.
gere deū nō eſt mandatū magnū abſolute lo/
quēdo. ſꝫ diligere deū ex toto corde. ꝛ ex oīb⁹
virib⁹ noſtris. ꝛ hoc nunq̄ꝫ poteſt aliquis fa
cere ſine gratia Ad quartū dicendū ꝙ tale Ad. 4.
mādatū nō dicit̄ eſſe ſup hominē. qꝛ ſi hō fe/
cerit illud totuꝫ qđ in ſe eſt. tūc deus adiuuat
hominē ꝛ infundit ei ſupernaturalē dilectōeꝫ
Dilectio etiā de qua loquit̄ gregori⁹ nō eſt di
lectio naturaliſ. ſꝫ dilectio ſupnaturalis. q̄ eſt
ipa charitas diffuſa ī cordib⁹ noſtriſ ꝑ ſpūm
ſanctū q̄ habitat ī nobis Ad quintū dicen Ad. 5.
dū ꝙ q̄ꝫuis gentes faciāt aliqua que leg̃ ſunt
tñ n̄ faciūt oīa. Unde ꝓpter inclinatōeꝫ de

pnitatē derelictā in natura humana p pecca/tū originale ad ea q̄ sunt illicita ꝛ phibita. etiam fideles informati grā magnā sentiūt difficultatē in obseruātia mādatoꝝ. Juxta qḋ ait apostol⁹ ad Ro. vij. video aliā legē in mēbris meis repugnantē legi mentis mee. Et infra. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei p ihesuꝫ xp̄m. Et ideo videt̃ q̄ carentes gratia nō solū difficultatē veꝝ impossibilitatē habeāt ad obseruandū oīa mādata piunctim ꝛ ꝯtinuādū se in hmōi obseruātia.

Scḋa cō/clusio.

Secūdo dico q̄ existēs ī vno mortali peccato si nō egerit penitētiā nō poterit diu stare
1 quin cadat in alteꝝ. Ad h̄ em̄ est eiudēs auctoritas Grego. xxv. mora. vbi exponēs illud Job. xxxiiij. Nouit em̄ opa eoꝝ. ꝛ idcirco inducet noctē ꝛ ꝯterent̃. Ait gregorius. Peccatū nāq̄ qḋ pn̄ia nō diluitur ipo suo pondere
2 mox in aliud trahit. P̄. augustin⁹ p̄mo retractationuꝫ. c. viij. ait. O, sine gratia p quā liberamur a seruitute peccati nō possum⁹ vicia supare. nec pie ꝛ recte viuere. P̄. sic cor/
3 pus habēs priuationē annexā se habet ad corruptionē in naturalib⁹. sic se habet aīa infecta peccato mortali ad corruptionē in morib⁹ et virtutib⁹. sꝫ impossibile est potētia nature q̄n tale corp⁹ tendat in corruptionē naturaliū. g̃
us cū ait. Sicut aīa rationalis et caro vnus
est homo: ita deus ꝛ homo vnus est christus

Cōtra Richardū

Sed ista licet sint bona verba. modus ta-
mē possibilitatis diuine incarnatōis nō ostē
diť. Etiā modus ꝓbādi nō valet. quia nō
est eq̄lis difficultatis illud qd̄ naturalr̄ ɔtin
git. sicut ē illud qd̄ nō nisi miraculosissime fi
eri pōt. Sed aīa rōnalis naturaliter vniť cor
pori hūano. imo sicut dicūt sācti doctores. si
corpi humano ꝑfecte disposito deus nō infū-
deret animā: ꝑ miraculū hoc fieret. Itē si ani
ma rationalis non vniret corpi humano na
turaliter. tūc generatio hoīs non esset natu
ralis sed miraculosa. Sed alienā naturaꝫ as
sumere in vnitatē suppositi nō fit naturaliter
sed ꝑ maximū miraculū. Dictū etiā Atha
nasij q̄uis ad ꝓpositū deseruiat in aliqua te
nui similitudine. in multis tamē ē valde dis-
simile. Aīa eīm ꝛ corpus cōflāt vnam terciā
naturā. et anima informat corpus dādo sibi
esse formale. que omnia et multa his similia
dici nō possunt de deo ꝛ hoīe in dn̄o nostro ie
su xp̄o. Nec illud quod dicūt de igne suffi
cit ad p̄ntem declarationeꝫ. quia nō sequiť. il
lud qd̄ minus ē difficile ē possibile. ergo et il-
lud qd̄ magis est difficile erit possibile. Sed
substantiā suspendere a ꝓpria opatione respe
ctu alicuiꝰ determinati obiecti. ē multo minꝰ
difficile q̄ȝ alienā naturā in vnitatē suppositi
assumere. Quia illud pōt virtus creata. ꝑ ali
qua eīm verba ꝛ characteres cōtingit quādo-
q̄ȝ ꝙ ignis hoīem nō ledit. Sed illud. s. ad eē
ꝑsonale alienā naturā assumere nulla saltem

Cōcon

virtus creata potest. ergo ꝛc̄. Sed contra
istā solutōem quidaꝫ doctor ꝓbat quattuor
medijs. ꝙ suppositū creatuꝫ possit assumere
1 alienā naturā ad vnitatē ꝑsonalē. Quia ma-
ior ɔueniētia et ꝓportio ē ꝑsonalitatis create
ad naturam creataꝫ. q̄ȝ ꝑsonalitatis increate
ad naturā creatā. cum igiť ꝑsona increata su-
stentet naturam creatā eius assumptiōem ꝑ-
sonaliter terminādo. g̃ silr̄ hoc poterit ꝑsona
creata. P. omnis ꝑfectio limitata sine con 2
tradictione poterit ɔpetere supposito creato.
sed ex hoc ꝙ aliquod suppositū sustentat alie
nam naturam nō requirit aliquā virtutē illi-
mitatā. quia nihil facit in natura sustētata ni
si quod faceret ꝓprium suppositum. si ī pro-
prio supposito sustentareť. ergo in alieno sup
posito ex tali sustētatione nō potest argui ma
ior virtus q̄ȝ illa que fuisset in ꝓprio suppo
si to si huiusmodi natura fuisset supposita ꝑ
ꝓprium suppositum. P. maioris perfectio 3
nis est terminare dependētiam alicuius in ra
tione cause q̄ȝ dependētiam alicuius termina
in ratione ꝑsone. quia primū competit to-
ti trinitati. ꝛ ꝑ ɔsequens dicit ꝑfectionē sim-
pliciter. scd̄m autē competit soli filio. ꝛ ꝑ cōse
quēs nō pōt dicere ꝑfectōem simplr̄. sed pri-
mū pōt ɔpetere creato supposito. g̃ ꝛ scd̄m.
P. quāto aliquod suppositū ē magis inde 4
pendēs. tāto pluriū dependētiam pōt termia
re. sed suppositum creatum cum sit absolutū
ꝛ ad se. est magis independēs q̄ȝ suppositum
increatū qd̄ necessario est relatiuū. ergo ꝛc̄.

Cōtra com.

Sed ɔtra ɔclusionē istius doctoris quā
credo simplr̄ falsam arguo sic. Quia eadē vi
deť esse limitatio nature ad ꝑsonam. ꝛ persone
ad naturam. Sed nulla vna natura creata
potest ꝑsonāri diūsis ꝑsonis. ergo nulla vna
persona creata potest personare diuersas na-
turas creatas. Nec valet instantia si daretur
de materia ꝛ forma. quia non personātur put
distinctas dicunt naturas. sed vt vnam inte
grant naturam ex materia ꝛ forma composi-
tam.

Solutio. Ad 1

Ad primū dicendū ꝙ posse assume-
re alienam naturaꝫ in vnitatem suppositi nō
competit ratione ɔueniētie assumentis ad as
sumptū. sed ratione ꝑdominij virtutis existē
tis in assumēte.

Ad 2

Ad scd̄m dicēdū ꝙ conces
sa tota ratiōe nō plus habeť nisi ꝙ posse sustē
tare alienam naturā deus possit cōmunicare
supposito creato. ꝛ de hoc ad ꝑsens nō queri-
mus. nec est ad ꝓpositum tm̄. quia tu inten-
dis probare ꝙ hoc competat supposito crea-
ex ꝓpria sua virtute. Ratio etiā falsum as-
sumit. quia maior virtus requiriť in supposi
to ad sustentandū alienam naturaꝫ q̄ȝ ad su
stentandū ꝓpriam. q̄r suppositū sustētando
alienā naturā oportet ꝙ pueniat ꝓpriam sup
positatōem illiꝰ nature. quod fieri nō pōt ni-
si ꝑ virtutē infinitā.

Ad 3

Ad terciū dicendū ꝙ
maior ē falsa attēdēdo potētias quibꝫ hoīe

depēdētie terminaṫ. Ad ꝓbatōem dōm ꝙ
licet terminatio ipsa nō dicat ꝑfectōz simpl'r.
Instantia posse tñ terminare dicit ꝑfectōez simpl'r. ⁊ cō
petit cuilibet diuie ꝑsone. Forte diceṫ ꝙ cū
nulla res ī suo actuali eē sit minoris ꝑfectōis
ꝙ̄ ī suo potētiali eē. ḡ si actualis termiatio nō
dicit ꝑfectōem simpl'r. nec posse terminare di
Solutio. cet ꝑfectōem simpl'r. Rñdeo ꝙ posse ter
miare nō intelligo ipm termiare siue ipsā ter/
miatōz sūptā ī suo eē potētiali. qꝛ vt sic nō eēt
maioris sȝ mīoris ꝑfectōis ꝙ̄ actual'termia/
tio. sȝ intelligo ipsā ꝟtutē terminatiuā ꝙ̄ sup
positū termiat vel pōt termiare depēdētiā alie
ne nature i rōne ꝑsone. Vñ sicut potētia gene
ratiua dicit ꝑfectōz simpl'r. ⁊ ē cōis toti trini
tati. q̄uis generare nō dicat ꝑfectōez simpl'r
Ad 4 ⁊ ɔuenit soli patri. sic ⁊c̄. Ad quartū dōm
ꝙ maior nō ē vera loquēdo de depēdētia re/
latiua. sed solū est vera loquēdo de depēdētia
virtutis ⁊ ꝑfectōis. puta ſm ꝙ aliquid habet
ꝑfectōem dependentē ⁊ incompletaȝ. qualis
depēdētia nō est in diuis. Miror etiaȝ pru
dentiā istius doctoris. quia si ista ratio ɔclu/
deret. tūc vna musca maioris virtutis esset ꝙ̄
ad terminationē ꝑsonalis depēdētie. ꝙ̄ om/
nes tres diuine ꝑsone. cū oēs diuine persone
eque dependeāt mutuo ad inuicē depēdētia
Probatio scdē ɔclōis relatiua. Cōclusionē scdām ꝓbo sic. Illud
nō est impossibile deo qđ nō implicat ɔtradi
ctionē. Sed ī diuino supposito sustētari na
turā humanā vel quamcūqꝫ aliā naturā cre/
atā nō implicat ɔtradictionē. Quia nec im/
plicat ex parte virtutis diuine. Quia oē qđ
dicit ꝑfectionē ⁊ dignitatē in creatura relega
ta ab eo omni imꝑfectiōe hoc est deo attribu
endum. sed sustentare alienā naturaȝ seu ha
bere virtutē sustentādi eam dicit ꝑfectionē in
creatura. q̄uis sustētare eam ꝑ modū forma/
liter inherētis dicat imꝑfectionē. qꝛ ex hoc cō
uinciṫ creaturā nō esse oīno ꝑfectaȝ. ex quo
formaliter perficiṫ ab eo quod sustētat. ergo
posse sustētare alienā naturā absqꝫ omni for/
mali inherētia pōt sine ɔtradictōne attribui
ꝑsone diuine. Nec implicat ex pte creature.
qꝛ natura naturaliter est prior ꝓpria supposi
tatione. ergo sibi nō repugnat ab ea separari.
⁊ ꝑ ɔsequēs sustentari virtute aliena. Ista
aūt nō impossibilitas magis declarari pt rñ/
dēdo rōib9 quibus infideles moueri poterūt
ɔtra hmōi veritatē. Igiṫ inducā aliqua mo/
Cōtra verbi dei icarnatoē. tiua eoꝝ ⁊ ipsis respōdebo. Pōt eñ argui
sic. Subā spūalis nō potest vniri nature cor
porali nisi vel vt motor. vel vt forma. Sȝ ꝓ

mus mod9 vniōis nō sufficit ad ꝓpositū. qꝛ
al's angelus posset celū qđ mouet assumere i
vnitatē ꝑsone. Scđs ꝟo mod9 ī ꝓposito est
impossibilis. qꝛ ꝑsona diuia nō pt ꝓpter suā
infinitā ꝑfectōem ꝑ modū forme vniri alicui
creature. qꝛ impossibile ē ꝑsonam vel naturā
diuinā formaliter inherere alicui creature.
P̄. subām creataȝ existere seipsa nō addit 2
sup eius naturā nisi relationē ad cām efficien
tē. sed nulla potētia fieri potest ꝙ aliqua crea
ta natura actualiter existens absoluaṫ a tali
relatione. quia omnis creatura necessario re/
fertur ad creatorē. ergo ⁊c̄. P̄. impossibile 3
est aliqua de nouo realiter vniri nisi vel in am
bobus vel in altero saltez fiat realis mutatio.
sed hic nec in ꝑsona verbi potest esse muta/
tio. cum deus sit immobilis ꝑ se ⁊ accidēs ⁊
ab intra. vt patet. viij. phisicoꝝ. ⁊. xij. metha/
ph. apud deū eñ nec est mutatio nec vicissitu
dinis obumbratio. vt diciṫ Jacobi. i. Nec eti
am i natura humana. qꝛ verbi assumptōez
nullū eē formale cōicaṫ tali nature. nec aliqđ
eē quod prius habuit auferṫ ab ea. sed nihil
mutaṫ realiter nisi vel acquirat vl'amittat ali
quod eē reale. ergo ⁊c̄. P̄. si possibilis esset 4
ꝑdicta vnio. tūc aliqñ añ hmōi vnionē deus
fuisset vnibilis creature. ⁊ ꝑ ɔsequens fuisset
possibilis vniri. Sed ɔñs est falsum. qꝛ qđ ē
possibile ad aliquē actum nō reduciṫ ad euȝ
nisi moueaṫ ꝑ aliquam cāȝ agentē sibi extrin
secam. cum idē nō possit esse respectu eiusdeȝ
mouēs ⁊ motum. sed deus nō potest moueri.
P̄. ꝓportio vnibiliū requiriṫ in omni vni 5
one. sed inter deū ⁊ naturā creatam cuȝ distēt
i infinitū nulla videṫ esse ꝓportio. P̄. duo 6
ɔtraria non pñt simul vniri in eodē. ergo nec
deus ⁊ creatura. Añcedēs patet. Quia đ quo
cūqꝫ ꝑdicatur vnū ɔtrarioꝝ de eodē vere ne/
gatur reliquū. ergo si ɔtraria simul eēnt ɔtra
dictoria simul ꝑdicarenṫ de eodē. Cōseq̄ntia
etiā pȝ. qꝛ minus distant duo ɔ̄ria cū ponā/
tur sb eodē genere. ꝙ̄ deus ⁊ creatura que dif
ferūt plus ꝙ̄ genere. P̄. sicut se hȝ malicia 7
ad summā bonitatē. sic se hȝ infirmitas ad sū
mā maiestatē. Sed summa bonitas nullam
compatiṫ secuȝ maliciā seu prauitatē. ergo di
uina maiestas cuȝ sit summa nō compatieṫ
secū humanā infirmitatē. P̄. deus non po 8
test esse in creatura nisi vel ꝑ essentiā. vel ꝑ ꝑ/
sentiā. vel ꝑ potentiā. sed nullus istoꝝ modo
rū ꝑ se nec oēs simul sufficiūt ad incarnatōz
verbi. ḡ impossibil' videṫ eē incarnatio. Ma
ior ꝓbaṫ. quia deus nō potest esse in creatura

nisi vel ꝑm se vel ꝑm suā opatione. Si ꝑm se sic ē modus ꝑm essentiā. Si ꝑm opationem. vel ꝑm opationē immanentē. puta ꝑm intelligere ⁊ velle. sic est ꝑm pn̄tiam modo quo dicitur aliquid pn̄s esse rei quod est in suo ꝓspectu. vel ꝑm opationē transeuntē. ⁊ sic ē ꝑm potentiā. Minor etiaȝ patet. qꝛ istis tribus modis deus est in omnibus creaturis. ergo si isti modi ad assumptionē sufficerēt. tūc oīs creaturas ī vnitatē suppositi assumeret. ergo ⁊c.

Cōtra ista Sed ista nō ꝯcludunt. qꝛ annūciator istius bn̄dicte incarnationis dicit Luce .i. ꝙ nō est impossibile apud deū omne ꝟbū.

Solutio. Ad 1 Ad ꝑmū igit̃ dōm ꝙ dato ꝙ maior sit vera loquēdo de spūali suba creata. falsa tn̄ ē loquēdo de spūali suba increata.

Ad 2 Ad scōm nego maiorē. qꝛ addit ꝑ se esse. qd̄ vel est quedā res absoluta puta quedā qualitas seu ꝓprietas nature. vel saltē est quidā modus absolutus q̄ naturaliter ē posterior natura. qꝛ sequit̃ eā sicut naturalis ꝓprietas illud cui⁹ ē ꝓprietas. sicut aliq̄ magni doctores dicūt. Vel concessa maiori dico. ꝙ licet ꝑ quācunqꝫ potētiam creatura nō possit absolui a relatione qua refert̃ ad creatorē. potest tamē deus facere ꝙ creatura q̄ derelicta naturali suo cursui vno modo refert̃ ad creatorem. sibi nō derelicta alio modo referatur. ⁊ sic est in ꝓposito.

Ad 3 Ad terciū dicendū ꝙ ibi est mutatio realis ex pte humanitatis que de suo esse potentiali translata est ad actuale esse quod differt ab eēntia. vt patebit ī tercio articulo.

Ad 4 Ad quartū dicendū ꝙ deus anteqꝫ vniret̃ humane nature fuit ei vnibilis. non tamē vnitate passiua se tenēte ex pte dei sed solū ex pte creature. ⁊ ideo nō requirebat̃ motor reducēs aliquā possibilitatē passiuā in actū que se teneret ex pte dei. sed solum ex pte nature hūane. qꝛ deus solū fuit vnibil' vnitate actiua. puta qꝛ potuit sibi vnire creaturā.

Ad 5 Ad q̄ntū dicēdū ad maiorē ꝙ int̃ vnibilia nō semꝑ requirit̃ ꝓportio ꝯmēsuratōis sꝫ ordīs. finitū aūt ad infinitū licꝫ nō habeat ꝓportionē ꝯmēsuratōis. hꝫ tn̄ ꝓportōȝ ordinis seu ordinate imitatōis. Vn̄ qꝛuis ꝑmuȝ mouēs sit ꝟtutis infinite. vt pꝫ. viij. phicoꝝ oīa tn̄ ordināt̃ ad ipꝫ. vt pꝫ ibidē. ⁊. xij. meth.

Ad 6 Ad sextū dōm ꝙ sic duo ꝯtra pn̄t eē ī codē supposito. ī alia tn̄ ⁊ alia pte. sic deitas ⁊ hūanitas in codē xp̄o. est em̄ deus ꝑm eternaȝ naturaȝ a patre eternaliter genitus. ⁊ homo ꝑm tpalē naturā a matre tpaliter nat⁹.

Ad 7 Ad septimū dōm ꝙ non ē simile. qꝛ malicia nō pt̃ assumi sine derogatōe bonitat̃. sꝫ infirmitas potuit assumi absqꝫ oī derogatōe sūme maiestatis. Sic em̄ filius assumpsit qd̄ non erat. ꝙ tamē ꝑfecte remāsit qd̄ erat.

Ad 8 Ad octauū nego minorē. Ad ꝓbatōȝ dōm ꝙ licet de⁹ vt ꝑm se ꝑ generalē illapsuȝ ē ī creatura sic ꝑ eēntiā dicat̃ generaliter esse in om̄i creatura. tn̄ ꝑut est in aliqua creatura p specialē illapsum. sic multis modis specialibus pōt esse in specialibus creaturis. puta in virtuoso viatore ꝑ gratiā gratificantē. in cōphensore p grāȝ glorificantē. in xp̄o ꝑ grām vnionis hypostatice naturā humanā sustentantē.

Articulus secundus.

Quātum ad secundū articuluȝ dico ꝙ quilibet christianus credere tenet̃ ꝙ qꝛuis tota trinitas ⁊ appropriate spūssanctus opatus sit hanc bn̄dictam incarnationē naturā humanā formādo. ad solam tn̄ ꝑsonā filij hmōi incarnatio ē terminata. Quia ad solaȝ illam ꝑsonam terminat̃ incarnatio que vere est incarnata. sed sola ꝑsona filij est incarnata. ergo ⁊c. Nō plus ad ꝑsens de isto articulo. quia in sequēti questiōe intēdo ptractare quō illud esse potuerit sine omni ꝯtradictione.

Articulus tercius.

Quantum ad terciū articulū primo distinguendū est de esse. qꝛ ꝓpter multiplicē eius acceptionē multe cōtingūt equiuocationes ī dictis doctoꝝ.

Esse accipit̃ q̄ntupliciter. Accipit̃ em̄ eē q̄nqꝫ modis. Primo ꝓ ipsa rei eēntia. ⁊ sic dicit̃. vi. topicoꝝ. ꝙ diffinitio est oro quid est eē rei significās. Et. iij. de aīa dicit̃. ꝙ intellect⁹ extēsus. ī. directo ⁊ recto aspectu carnis eē cognoscit. Et Auic. ī meth. sua ait. ꝙ ꝑmū obiectū intellect⁹ ē ens ⁊ esse. In his oībꝫ ⁊ ceterꝭ dictꝭ ꝯsilibꝫ accipit̃ eē ꝓ ipsa eēntia rei q̄ ꝓprie diffinit̃ ⁊ ipsa diffinitiōe significatur quo ad primū dictū. ⁊ recto aspectu intelligitur quo ad scōm. ⁊ ꝑmo intellectui obijcit̃ q̄ ad terciū. Scd̄o mō sumit̃ eē ꝓ eo qd̄ vna natura sortit̃ ex ꝯiūctōne ad aliā sicⁱ ī rebꝫ absolutꝭ. Materia em̄ sortit̃ eē extēsū ꝑ ꝯiūctōȝ ad q̄ntitatē vl' ex hītudīe ad aliā sicⁱ ī respectiuꝭ. Tercio accipit̃ eē ꝓ hītudīe ꝯpōnis pdicati cū sbiecto. ⁊ hꝯ mō eē vl' ē accipit̃ tercio adiacēs qꝛ copulat ⁊ ꝯiūgit duo extrēa. s. pdicatū ⁊ sbiectū. sic em̄ hꝫ ꝟbū ē significat ꝯpositōȝ quā sine ꝯpositꝭ nō ē intelligere. vt dꝫ. ī. peri hermenias. ⁊ significat vt verū ꝑm ꝙ dꝫ. v. metaph. Quarto mō accipit̃ ꝓ actuali existētia rei. Et q̄nto mō sumit̃ ꝓ ipsa subsistētia rei q̄ est idē

qđ p se subsistere ꝛ alteri non inniti. Et ſm h̄ posset poni q̄nq̄ ꝯclōes. p̄me q̄ttuoꝛ affirmatiue ꝛ q̄nta negatiua. Cōclusio prima Prīa ē q̄ p̄mo mō accipiēdo eē. s. p ipsius rei eēntia. sic in xp̄o sunt plura eē. q2 i ipso sunt plures eēntie. s. diuinitas ꝛ hūanitas. Secunda conclusio. Scđo mō accipiēdo eē etiā sūt plura eē i xp̄o ſm q̄ plura sunt i eo quoꝝ vnū ꝑfectionaliter ꝯiūgit alteri. vel vnuꝫ habitudinē realem habet ad alteꝝ. aīa em̄ xp̄i informat eius materiā. ꝛ accidētia totā compositā naturā. Tercia cō clusio. Tercio mō accipiēdo eē tot possum⁹ ponere eē in xp̄o q̄t possum⁹ veras ꝓpositiones de eo ꝓnūciare. Quarta ꝯ clusio. Quarto mō iteruꝫ sunt plura eē in christo. q2 aliud est eē actualis exn̄tie humanitatis ꝛ aliud deitatis. Nā eē actualis exn̄tie humanitatis p tp̄alem generationē ē acquisitū. ꝛ differt realiter a sua eēntia. quod nequaq̄ dicere possum⁹ de eē actualis existentie ipsius deitatis. Quīta cō clusio. Sed q̄nto mō accipiēdo eē dico q̄ in xp̄o ē tm̄mō vnuꝫ eē.
1 Nā licet hūana natura xp̄i actualr̄ existat tn̄ nō existit p se. sed innitit̄ supposito diuino. ꝛ ideo eē sue actualis existētie nō ē eē subsistētie. Sed tm̄mō in xp̄o est eē diuine subsistētie
2 seu p se existētie. P̄. multiplicatis eē subsistentie multiplicant̄ ipsa supposita. q2 p se s̄bsistere ꝓprie competit suppositis. s3 i christo nō est nisi vnū suppositū. vt fides scā tenet.
3 ḡ in xp̄o solū erit vnū tale eē. P̄. q̄uis aliqua natura sit vera sub̄a. tn̄ q̄diu habet modum accidentis. nō pōt habere eē subsistētie seu p se existētie. s3 natura humana q̄uis sit vera substātia. tn̄ vt est in xp̄o h3 modū accidentis. vt patꝫ p Damas. ḡ in xp̄o tm̄mō erit Opi. ꝯrīa. eē diuine subsistētie. Sed ꝯtra istā ꝯclusionē videt̄ eē sn̄ia quoꝝdā doctoꝝ q̄ dicunt q̄ in xp̄o sunt duo eē subsistentie. vnū simplr̄ qđ r̄ndet diuine nature. et alteꝝ ſm quid qđ
1 r̄ndet humane nature. Illud ꝓbant sic. Ubicūq̄ sunt due nature quaꝝ vna est eterna ꝛ increata. alia ꝟo tempalis ꝛ creata. ibi est dare eē subsistētie simplr̄ ꝛ eē subsistētie ſm quid. sed tales due nature sunt in christo. ergo ꝛc.
2 P̄. diuina p̄destinatio respicit rem ꝑfectā p modū suppositi subsistētis se habentē. S3 christus ſm humanā naturā p̄destinatus fu
3 it ab eterno ſm dictū apl̄i. ergo ꝛc. P̄. christus in sua passione ꝑdidit eē hominis. ergo
4 an̄ p̄habuit eē homīs. P̄. idē eē nō potest eē absolutū ꝛ relatiuū. sed eē suppositi diuini est relatiuū. eē autē nature humane est abso
5 lutū. ergo ꝛc. P̄. dicūt etiā aliq̄ istoꝝ doctorū q̄ doctoꝛ noster i hac materia sibi ꝯdicat.

Quia. v. suo quolʒ. q. iij. dicit. q̄ in xp̄o nō sē nisi vnū eē existētie. Sed. iij. sn̄iarum sup distin. vi. q. vi. dicit. q̄ in christo est duplex eē actuale. diuinū. s. ꝛ humanū. Nā cū eē ꝛ eēntia sint de compositōe rei vt est effectus agentis. ideo impossibile est aliquā eēntiam creatam eē in effectu sine suo eē. P̄. arguūt isti 6
ꝯtra p̄dictā ꝯclusionē sic. Unitas ꝛ multiplicitas ipsius eē i christo nō sumit̄ ſm suppositum. ergo sumet̄ ſm naturas. Consequētia patet. q2 vel sumit̄ ſm suppositū vel ſm naturas. Añcedēs ꝓbant. q2 si sumeret̄ ſm suppositūꝫ. tūc tria diuia supposita h̄ent tria eē subsistētie. qđ ē falsuꝫ. ḡ ꝛc. P̄. si hūana na 7
tura que est i xp̄o sibiipsi relinqueret̄ constat q̄ h̄ret ꝓpriū eē subsistētie. illud igit̄ eē vl̄ nūc habet in xp̄o. ꝛ tunc habet̄ ꝓpositū. vel nō. et tunc in tali derelictione eēt vera generatio ꝓpter acceptionē noui eē substātialis existētie
P̄. omnis generatio termiat̄ ad eē. s3 chri 8
stus est generatus duplici generatōne. ḡ habet duplex eē. P̄. forma substātialis dat eē 9
simplr̄. cū ergo in xp̄o vera fuerit forma sub̄alis. igit̄ erit ibi eē simpliciter p̄ter eē deitatis.
Et ꝯfirmat̄. q2. ij. de aīa dicit̄ q̄ viuere vi Cōfirmat
uētibus est eē. sed i christo est duplex vita. di io
uina. s. ꝛ humana. ḡ ꝛ duplex eē. P̄. Dam. libro. iij. ait. q̄ ea q̄ ꝯsequunt̄ naturaꝫ duplicant̄ in xp̄o. sed eē ꝓprie existētie maxime seq̄tur naturā. Sed isti q̄tum ad hec oīa Cōtra opinionē.
dicta vel falsum assumūt vel nō sillogisātes sunt. vt etiā ait ph̄s. i. ph̄icoꝝ ꝯtra ꝑmenidē ꝛ mellissum. vt plurimū em̄ male sillogisāt ꝓpter equiuocationē quam faciunt de ipso eē.
Ad p̄mū igit̄ dōm q̄ maioꝛ ē falsa. q2 cuꝫ Solutio. Ad 1
natura creata assumit̄ ab increato supposito ita q̄ i tali assūptōe ꝑuenit̄ ei⁹ ꝓpa suppositatio. q̄uis talis natura creata possit habere eē exn̄tie actualis aliud ab eē existētie eterne nature ꝛ suppositi eterni. nō tamē habet ꝓpriuꝫ eē subsistentie. eo q̄ subsistat subsistētia eterni suppositi a quo assumpta est. ꝛ q2 sic est in ꝓposito. igit̄ ꝛc. Ad scđm dōm q̄ hūana na Ad 2
tura i xp̄o nō ē min⁹ ꝑfecta nec min⁹ ꝑfecte s̄bsistit a ꝟbo dei sustētata q̄ si ꝓpria suppositatōe subsisteret. ꝛ iō nō min⁹ pt eē p̄destiata q̄uis nō h̄eat ꝓpriū eē subsistētie. Etiā falsū assumit̄. q2 n̄ solū entia p se exn̄tia a deo sūt p̄destinata. s3 etiā accidētia ꝛ oēs boni euer⁹ eoꝝ qui electi sunt ad salutē. Ad terciū dōm q̄ Ad 3
ibi ē fallacia ꝯn̄tis. dicēdo. ꝑdidit eē homis. ḡ ꝑdidit ꝓprium eē subsistētie homis. sufficit em̄ q̄ ꝑdiderit esse actualis exn̄tie homis.

Ad 4 Ad q̄rtū dico q̄ nō plus ꝯcludit nisi q̄ eē exn̄tie humane nature nō sit idez quod eē diuini suppositi.
Instantia Forte dicet q̄ sm doctrinā nostri doctoris si eē existentie humane nature nō est idē quod esse verbi. tunc etiā eē subsistentie humane nature nō erit idem quod eē subsistentie verbi. q2 ipse dicit in scd̄o suo quolibet. q. ij. q̄ eē existentie ⁊ esse subsistentie nō differunt nisi respectu diuersoꝝ. puta accidentia ita habent esse existentie q̄ tamē nō habent esse subsistentie. ita em̄ accidentia actualiter existunt q̄ tamē nō subsistunt. quia nō p se existunt. In substātijs autez idem est vt ipse ait esse existentie quod esse subsistentie.

Solutio Respondeo breuiter q̄ sicut idem doctor noster dicit. humana substātia in christo habet modū accidētis. ⁊ ideo q̄uis in ceteris pfectis substātijs idem sit esse existētie ⁊ eē subsistentie. nō tamē in christi hūanitate.
Ad 5 Ad quintū dicendū q̄ cū doctor noster i suo q̄lz. dicit q̄ in christo sit vnū esse. ipse intelligit de eē subsistentie. quod est vnū tm̄ i eo. Sed in scripto suo sup tercium snīarum loquit de esse actualis exn̄tie. quod est duplex i xp̄o. puta vnū ex pte diuine nature quod ē realiter idez cū ipsa natura diuina. aliud ex pte hūane nature qd̄ realiter differt ab humana natura. et realē ꝯpositionē facit cū ea.
Instantia Forte adhuc dicet q̄ hoc toto supposito adhuc nō erit tantū vnū esse subsistētie i christo. quia planum est q̄ eēntia diuina [illegible] se existit ꝓpria subsistētia. ⁊ p ꝯsequēs absoluta. psona autē diuina etiam p se existit subsistētia relatiua. subsistētia aūt relatiua nō est subsistentia absoluta. ergo ⁊c.
Solutio Respōdeo q̄ sicut natura diuia nō ponit numerū cum psona. q2 natura diuina in qualibet persona est realiter idem cum psona. sic dato q̄ in verbo dei sit subsistere absolutū ratiōe eēntie. ⁊ subsistere relatiuū rōe ꝓprietatis relatiue. subsistētia tm̄ absoluta nō differt [illegible] subsistētia relatiua. sed i q̄libet diuia psona ē idē realiter cū subsistētia relatiua. q2 nō magis differt subsistētia a subsistētia q̄ subsistēs a sbsistēte. s3 natura subsistēs ⁊ psona sbsistēs sūt vnū realr. g̃ ⁊c.
Ad 6 Ad. vi. dōm q̄ añs ē negādū loquēdo de eē subsistētie. Ad pbatōez dico q̄ vt p3 [illegible] Aug. vij. d̄ tri. dupl'r possum⁹ loq̄ de subsistere i diuis. Uno mō absolute. et sic vna ē triū psonaꝝ sbsistētia. sic earū ē vna eēntia. alio mō p icōicabili singl'aritate q̄ suppositū p se subsistit i aliqua natura incōicabiliter ⁊ distincte ab omī alio supposito. ⁊ sic in diuinis sunt tria subsistere sm q̄ sūt tria supposita.
Instantia Forte dicet q̄ si suppositū diuinū p se subsistat. tūc erit suppositū absolutū.
Solutio Rn̄. negādo ꝯn̄az. q2 [illegible] se sbsistere n̄ facit nec arguit suppositū absolutū pcise. s3 ad se sbsistere. q̄dlibet aūt diuinū suppositū licet subsistat p se. tm̄ nō subsistit ad se s3 ad aliud.
Ad 7 Ad septimū dicenduz. q̄ si natura hūana dimitteret a xb̄o. ⁊ tm̄ [illegible] cōem dei influentiā ꝯseruaret ne tēderet i nō eē. tūc idē eē hūane nature qd̄ solu3 fuit eē exn̄tie cū sustētabat a xb̄o. nō esset nō solū esse exn̄tie sed etiā subsistētie. esset em̄ idē esse. licet alter esset modus hn̄di illud esse. q̄a primo tale eē haberet cum quadā innitiōe ad alteꝝ. nō aūt haberet p̄ter hmōi innixionez. Sicut em̄ subtracto subiecto in sacramento altaris idem eē eiusdē quātitatis quod fuit inesse añ ꝯuersionē panis. facta cōuersione in erit esse q̄ nō erit inesse. quia vt puto nullum nouū esse acquirit hmōi quātitas p amissionem subiecti. sed solummō nouū modum essendi sm idez esse. sic in ꝓposito ⁊c. Unde nō est imaginādū q̄ in eadē natura esse subsistētie siue p se subsistere super esse actualis existētie addat aliqd̄ esse. sed solū addit modū hn̄di hmōi esse.
Ad 8 Ad octauuz nego maiorē loquendo [illegible] esse subsistētie. Un̄ sicut accn̄s vere generat. ⁊ tm̄ [illegible] generatō3 ipm accidens nō acquirit esse subsistētie s3 solū eē exn̄tie. sic q2 hūanitas i xp̄o h3 modū essendi accidētis ⁊c.

Ad 9 Ad nonū dōm q̄ nec argumētū nec ei⁹ cōfirmatio arguit de natura [illegible] alteꝝ sustētata. s3 solū [illegible] ea q̄ sm cōem cursu3 nature sibiipsi ē derelicta.
Ad 10 Ad decimū dicendū q̄ esse subsistentie nō sequit naturā hūanā nisi cū sibiipsi sm nature cursum derelinquit.

Articulus quartus **Quātum ad quar**tum articulū dico q̄ illud admirabile ꝯmercium diuine. s. incarnatōis mysteriū nobis nulla patet ratione sed sola fide ⁊ assertione sacre scripture. iuxta illud Leonis pape in suo sermone de natiuitate. Utranq3 naturā diuinā sc3 ⁊ humanā in vnā ꝯuenisse psonam nisi fides credat ratio nō explicat. Et quia sacra scriptura vt plurimū assignat rationē incarnationis fuisse redemptionē humani generis. liberationē a nostris peccatis. et destructionez dyabolice captiuitatis. ideo q̄uis aliqui sollennes doctores teneant oppositū. tamen ad psens dico q̄ si homo non peccasset filius dei incarnatus nō fuisset. Quod pbo sic. Cessante causa cessat effectus. Sed sup illo verbo. i.

ad Timo.i. xp̄s venit ī hunc mundū vt pctō
res saluos faceret. dicit glo. Nulla causa veni
endi fuit christo nisi peccatores saluos facere.
tolle morbos. tolle vulnera. nulla est cā medi
2 cine. P̄. Aug. sup illo verbo Mat. i. Ip̄e
em̄ saluū faciet ppl'm suū a pctis eoꝝ. dicit.
3 Si hō nō peccasset virgo nō pepisset. P̄.
Aug. in libro de verbis domini exponēs illō
Uenit filius homis querere et saluum facere
quod pierat. dicit. Si homo nō peccasset fili
Cōtra us dei nō venisset. Sed oppositū isti⁹ con
1 clusionis quidā doctores pbant sic. Perfe/
ctio vniuersi nō innascit ex culpa. sed ꝙ idē
xp̄s sit deus ⁊ homo ē magna pfectio vniuer
2 si. P̄. nō minus debet beatificari vita sensi/
tiua que nunꝙ fuit nocens ꝙ ea que post de
lictū est penitens. sed sensus penitētis homi/
nis beatitudinē suā habebunt ī humanitate
xp̄i. sensus aūt innocentis homis si deus hu/
manā naturā nō assumpsisset nullā recipent
btitudinē a deo. qꝛ nullū obiectū hñt ī eo. ḡ
3 ⁊c̄. P̄. hūana natura imunis a pctō capa/
cior fuissz gr̄a vniōis ꝙ natura maculata pec
cato. ḡ potius debuit fieri talis vnio ī statu in
4 nocentie ꝙ in statu pcti. ergo ⁊c̄. P̄. Aug.
iiij. de trinitate dicit. ꝙ ideo deus incarnari vo
luit. ⁊ sic nos redimere. vt ostēderet quantū
nos diligeret. sed deus nō minus dilexissz ho
minē si nō peccasset. igit̄ p incarnatōez hmōi
5 dilectionē sibi demōstrasset. P̄. Ansel. i li.
cur deus homo. ca. xix. ait. ꝙ precisa causa cur
homo creatus est ad beatitudinē ꝯsequendā
nō fuit ruina angelorū. qꝛ al's sicut homo nō
potest nō gaudere de sua btitudine. sic nō pos
set non gaudere de ruina angeloꝝ. Sic po
test a simili argui in ꝓposito. Quia si ratio p̄
cisa quare filius dei assumpsit humanā na/
turā esset peccatū homis. tūc sicut homo nō
potest nō gaudere de hmōi assumptione. sic
nō posset nō gaudere de pctō. quod ē falsum.
Solutio. Ad primū dōm ꝙ absolute ⁊ simplr' loq̄n
Ad 1 do tūc minor est falsa. quia eadē ratione pos/
set dici ꝙ deum assumere naturam angeloꝝ
esset de pfectione vniuersi. Unde pfectio vni/
uersi nō requirit hypostaticam vnionē finis
⁊ principij. sed requirit debitā ordinis conne/
xionem finis ad principium. qua ea que sunt
ad finem dirigūtur in finem ⁊ finē consequā
tur. Et qꝛ iste ordo nō fuisset interrupt⁹ si nō
fuisset peccatū. ideo ꝗuis posset dici ꝙ domi
ca incarnatio qua talis ordo fuit reparat⁹ sit
de pfectiōe vniuersi post peccatū hoīs. tamē
añ peccatū nō fuisset de vniuersi perfectione

Ad scdm nego minorē p illa pte q̄ dicit ꝙ Ad 2
sensus inocētis hoīs ⁊c̄. Ad pbatōz dico ꝙ li
cet ṽtutes sensitiue tūc nullū hñt imediatū
obiectū ī deo. tamē essent beate ex redūdantia
viriū supioꝝ que immediatū habēt obiectū
in deo. Et ista videt̄ esse intentio August. ad
Dyoscorū. vbi ait. Tantā virtutē dn̄s dedit
anime. vt eius pfecta beatitudo redundet in
vires inferiores. Ad terciū nego maiorē. Ad 3
quia illa capacitas nō est potentie naturalis.
sed solū potētie obediētialis. q̄ quidē potentia
nō minus fuit in hoīe post pctm̄ ꝙ añ pctm̄
Forte dicet̄. si equalis capacitas fuit añ pec Instantia
catū ⁊ post. ꝗuis illa nō fuerit p potētiā natu
ralē sed obedientialē. ḡ saltē equaliter fuisset
hō assumptus si nō peccasset sicut postꝙ pec
cauit. Rn̄deo ꝙ ꝗuis hō fuisset equaliter Solutio.
assumptibilis. tn̄ nō affuisset equalis ratō as
sumptionis. qꝛ nulla fuisset necessitas nostre
redemptōis. Ad quartū dōm ꝙ vera dile Ad 4
ctio maxie pbat̄ ī nccitatis articulo. idō ꝗuis
de⁹ añ pctm̄ nō minus diligeret hoīez ꝙ post
pctm̄. tn̄ magis fuit optunū illud maximū si
gnū dilectōis oñdere post lapsū pcti qñ hō
indiguit hoc signo sue liberatōis ꝙ si hō non
peccasset. qꝛ tunc nullā nccitatē istius ostēsio
nis habuisset. Tn̄ multa alia signa dilectōis
deus homi oñdisset si nō peccassz. puta qꝛ si/
ne omī pena immo cū magna delectatōe pn̄tis
vite eū ad eternā btitudinē assūpsisset. Ad Ad 5
q̇ntū dōm ꝙ pctm̄ nō fuit p̄cisa causa diuine
incarnatōis. quia causa p̄cisa est causa per se.
que necio vel est maioris pfectōis ꝙ effectus
vel saltē equalis. Pctm̄ aūt nulli⁹ ē pfectōis.
Un̄ dico ꝙ pctm̄ fuit causa occasionalis. dei
aūt dilectio fuit causa p se ⁊ principalis. Sz
nūc est ita ꝙ aliquis pōt gaudere de aliq̇ effe/
ctu. ꝗuis doleat de occasiōe illi⁹ effect⁹. Per/
secutio em̄ ecclesie dei fuit paulo occasio maio
ris meriti. Juxta qđ ipse ait. vt vbi abunda/
uit iniquitas abundet ⁊ gr̄a. tamen ⁊c̄. Et Ad p̄nci/
p hoc etiā ptz ad argumentū p̄ncipale. quia pale argu
ꝗuis p se ⁊ causaliter innocentia nulli obsit. mentum.
nec peccatum debeat pdesse. p accidens tamē
⁊ occasionaliter innocētia q̄nꝙ pōt obesse. et
pctm̄ pdesse.

I vero queri
f tur. Postꝙ mgr̄ insinuauit filiū dei
soli⁹ icarnatōz. h̄ ꝗtū ad prēz ⁊ spm̄
scm̄ mouet dubitatōz. ⁊ diuidit̄ ī duas ptes.
qꝛ pmo hmōi dubitatōz mouet ⁊ soluit. scdo

ↄ soli⁹ filij incarnatõz oppõnit. ibi. Sʒ forte
aliq̃. Et hec ĩ duas. qꝛ p̃mo ↄ sup̃dictã ꝟita/
tẽ inducit obiectõz. Scd̃o illi⁹ obiectiõis ad
ducit solutõz. ibi. Ad quod dicim⁹ Circa
hãc lectionẽ q̃ro istã questionẽ.

v Trũ pl'es diue p̃sone possint assume
re vnã naturã creatã Et videt̃ q̛ nõ
Qꝛ vel assumerẽt eã ĩ vnitatẽ natalẽ.
vl' ad vnitatẽ p̃sonalẽ. Nõ p̃mo mõ. qꝛ ĩpossi
bile ẽ ex diuis supposit̃ [illegible] creata natura fieri
vnũ naturalr̃. Nec scd̃o mõ. qꝛ tunc pl'es p̃so
ne eẽnt vna p̃sona. Cõtra. pr̃ p̃t assumer̃ aliã
naturã dr̃ntẽ ab ea quã assũpsit fili⁹. g̃ p̃t assu
mere eãdẽ naturã quã assũpsit fili⁹. Añs sup
pono eẽ ver̃. qꝛ inferi⁹ etiã ꝓbabit̃. Sed ꝓbo
ↄñaz. qꝛ pr̃ nõ minorẽ sʒ maiorẽ hʒ ↄueniẽtiã
cũ natura quã assũpsit fili⁹. q̃ꝫ cũ alia natura
creata. sʒ vbi maior ẽ aliq̃r ↄueniẽtia ibi possi
bilior ẽ vnio. g̃ ꝛc̃. Dic p̃mo videndũ ẽ. vtr̃
pr̃ ꝛ spũssc̃ũs potuerint humanã naturã assu
mere. Scd̃o vtr̃ filius potuerit eam assu
mere nõ assumẽtibꝫ patre ꝛ spũsancto Ter
cio vtrũ eadẽ humanitas numero potuerit as
sumi a pluribꝫ diuis p̃sonis. Quarto vtr̃
plures humanitates numero dr̃ntes possint
assumi ab eadẽ p̃sona.

Articulus primus Prima cõclusio.

Quãtuz ad primuz

ponã duas ↄclusiões Prima ẽ q̛ loq̃ndo
de potẽtia dei absoluta pr̃ ꝛ spũssc̃ũs potuissẽt
carnẽ assumere eq̃ bñ sicut fili⁹ assumpsit eã.
1 Qꝛ ĩ quibꝫ ẽ oĩno eadẽ potẽtia q̃cq̃d p̃ot vn⁹
ꝛ alter. sed oĩm triũ p̃sonar̃ ẽ oĩno eadẽ poten
2 tia. g̃ ꝛc̃. P̃. sicut illud qd̃ hʒ determinatuz
eẽ hʒ determiatũ posse. qꝛ posse sequit̃ ip̃m eẽ.
sic illud qd̃ hʒ eẽ includẽs omne eẽ illi⁹ pos/
se includit omne posse. Sed eẽ patris ꝛ spũs
sancti cũ sit eẽ diuinũ includit om̃e eẽ. g̃ ꝛc̃.
3 P̃. q̃ eque distãt ab aliq̃ natura illor̃ eque
possibilis ẽ ↄiũctio cũ illa natura. Sʒ om̃es
diuie p̃sone eque distãt a quacũq̃ꝫ natura si/
gnata ex p̃te creature. qꝛ quelibet distat ab ea
infinita distantia qua maior dari nõ potest.
ergo talẽ naturã eque possibile ẽ ↄiũgi cuicũ/
4 q̃ꝫ diuine p̃sone. P̃. q̃ñcũq̃ꝫ aliq̃ virtus in/
dr̃nter se hʒ ad plura. tunc actio illi⁹ indr̃nter
poterit ad illa termiari. Sed ꝟtus diuina in
dr̃nter se habet ad tres p̃sonas diuias. ꝛ assũ/
ptio carnis humane ẽ actio ꝟtutis diuine. g̃
cũ terminari potuerit ad filiũ vt patuit in q̃õ/
ne p̃cedenti. ergo silr̃ terminari poterat ad pa
trẽ ꝛ spũmsanctũ. Sed oppositũ isti⁹ con/

Opi. q̛ pr̃ [illegible] potuerit incarnari.

clusiõis videt̃ tenere Ansel. ĩ li. de incarnatõe
verbi. Et ex dictis suis ibidẽ sic potest argui
seu talis rõ formari Q̃dlibet incõueniẽs deo ẽ 1
ĩpossibile. sʒ incõueniẽs ẽ patrẽ vel spm̃scm̃ in
carnari. qꝛ tũc eẽnt pl'es filij in diuis p̃sonis.
Nã sicut xp̃s ẽ verus fili⁹ virgis. sic ꝛ pater si
carnẽ assumpsisset vere eẽt filius illius femie
a qua carnẽ assumpsisset. P̃. illud ↄfirmat̃ Aliq̃ ad id
a quibusdã alijs sic. Si pr̃ carnẽ assumpsissʒ 2
tũc pater eẽt missus. sed pater mitti nõ p̃ot. vt
pʒ p̃ Aug. ij. de trini. c. xij. Maior patet. q̃a
ex hoc dicit̃ filius missus in carnẽ. qꝛ carnẽ as
sumpsit. ꝛ t̃paliter genitus fuit. P̃. si pater 3
eẽt genitus p̃ carnis assumptõem. tũc opposi
te ꝓprietates siml' inessent patri. Falsitas ↄñ
tis pʒ. Probat̃ añcedẽs. qꝛ cũ innascibilitas
sit patris ꝓprietas. simul pater eẽt nascibilis
ꝛ innascibilis. P̃. nõ est maior patris potẽ 4
tia q̃ꝫ voluntas. cũ sint ideʒ realiter. sed pater
nũq̃ꝫ voluit incarnari. g̃ pr̃ nũq̃ꝫ potuit incar
nari. Sʒ ↄsiderãdo diue potẽtie amplitu
dinẽ vt absolute sumit̃ tũc ista nihil ↄcludũt Cõtra opi niõe.
Igit̃ ad p̃mũ dd̃m ad miorẽ q̛ q̃ꝫuis eẽt in Solutio. Ad 1
cõueniẽs plures eẽ filios ĩ diuis ex p̃te diui/
ne nature. nõ tamẽ eẽt incõueniẽs ex p̃te crea
te nature. Ad scd̃m nego maiorẽ. Ad pro
bationẽ dico q̛ filio nõ repug̃t missio. hoc nõ Ad 2
ẽ ꝓ tãto. qꝛ t̃paliter natus ẽ seu genit⁹ est. qꝛ si
illa eẽt tota [illegible] nõ repugnãtie. tũc spũisancto
repugnaret mitti. qꝛ nec ẽ genit⁹ nec ĩ carne de
stinat⁹. vñ causa illius nõ repugnãtie ẽ. quia
filius est ab alio. ꝛ qꝛ pater a nullo alio ẽ. ido
dato q̛ carnẽ assumeret. nõ tamẽ mitteretur.
qꝛ nõ aucte alterius. sʒ ꝓpria sua auctoritate
assumeret ipaʒ carnẽ Ad terciũ dicendũ q̛ Ad 3
hm̃oi ꝓprietates nõ eẽnt opposite. qꝛ ñ eẽnt
respectu vni⁹ nature. Etiã p̃t dici q̛ sic eidẽ cre
ato supposito ꝟm aliã ꝛ aliã sui p̃tẽ p̃nt inesse
opposite q̃litates. ẽ eñ ethiops niger facie. ꝛ
albus dente. sic eidẽ diuino supposito p̃nt cõ
petere opposite ꝓprietates rõe diuisar̃ natura
rũ. Ad q̃rtũ dd̃ʒ q̛ licʒ attributa diua sint Ad 4
idẽ realiter. rõne tñ diuisar̃ hitudinũ q̃bꝫ ipse
creature deũ respiciũt penes hm̃oi attributa.
aliq̃d q̃ñq̃ꝫ verificat̃ de vno attributo qd̃ non
verificat̃ de altero. vt etiam patet d̃ intellectu
ꝛ volũtate. Scd̃o dico q̛ q̃ꝫtum ad poten Secunda ↄclusio
tiã dei ordinatã qua scʒ deus dicit̃ hoc posse
qd̃ sua sapiẽtia fiendũ eẽ disponit. tũc nec pa
ter nec spũssc̃ũs p̃nt incarnari. Quia pie cre/
dendum est ꝛ firmiter tenendũ q̛ deus nõ di
sposuit nisi solum filium esse incarnandum.
Cũ igit̃ deus potẽtia ordinata dicat̃ soluʒ ea

posse que ab eterno disposuit ac voluit esse sic tribus in effectu. igit' rc.

Articulus secundus. Cōclusio. Quantū ad secundū articulū p̄mo dico q̄ vna diuina psona p̄ōt naturā creatā assumere termīatiue. ceteris psonis diuinis nō terminātibꝰ hm̄oi assūptōē.

1 Qꝛ distincte real'r ſm q̄ distincta sūt nō repugnat q̄n vnū possit termiare aliq̄d qđ nō termiat alterū. sꝫ psone dīne real'r sūt distincte. ḡ rc.

2 P̄ illud qđ nō ꝯuenit eēntie dīne nisi mediāte psonali sbsistētia h̄ distincte poterit ꝯpetere vni psone sine altera. assumere naturā creatā termīnatiue ē hm̄oi. Maior p̄ꝫ. qꝛ q̄uis ea q̄ ꝯueniūt psone p se rōne eēntie sint cōia tribꝰ psonis. tñ si aliq̄ verificant de eēntia rōne psone. nō ē necesse si aliq̄d taliū ꝯueniat vni psone q̄ ꝯueniat ceteris. Minor etiā p̄ꝫ. qꝛ si talis assumptio termiaret' imediate ad naturā diuinā. tūc hm̄oi natura creata assumeret' i vnitatē diuie nature. sicut dicitur assumi in vnitatē dīne psone q̄n eiꝰ assūptio imediate termiat' ad psonā.

3 P̄ illud qđ de facto fide catholica credimꝰ eē h̄ ē possibile. sꝫ solū filiū credimꝰ fide catholica termiatiue assūpsisse humanā naturā. Maior p̄ꝫ. qꝛ fides v̄itatis nō ponit aliq̄d repugnās seu ip̄ossibile. Minor etiā p̄ꝫ vndiq̄ in sacra scriptura ⁊ sctōꝝ auctībus.

Cōtra cōclusionem. Scđo vt magis elucescat hec catholica v̄itas. ergo ducā aliq̄s ratōes ꝯtra eā. ⁊ ipsis rn̄dendo modū p̄dicte possibilitatis assignabo.

1 Primo eñ p̄ōt argui sic. Omīs opatio dei excepta actōne origīs q̄ ꝯstituit' psona diuīa est cōis tribꝰ psonis. Ista p̄ꝫ p Aug. i. de trini. ca. iiij. vbi vult q̄ psone diuine insepabiliter opantur. Ait etiā Damas. q̄ indiuisa sunt opa trinitatis. sicut ē indiuisa substātia. sꝫ assumere alienā naturā ē quoddā opari. ḡ vna psona non p̄t ad se alienā naturā sumere. nec p ꝯñs assumptionē termiare alia psona non termināte.

2 P̄ p illud ꝯuenit dīno supposito alteri sbsistere. vl' eiꝰ assūptōꝫ sbsistēter terminare p qđ sibi ꝯuenit p se subsistere. qꝛ depēdentiā sustētati nō termiat nisi p se subsistēs. Sed psona diuina est p se subsistēs ratione diuie eēntie que ē cōmunis tribus psonis. q̄a p se existentia diuina est idē omino qđ diuia eēntia. ergo nulla diuina psona p̄ōt termiare depēdētiā assūpte nature sine alia psona. ḡ rc.

3 P̄ posita cā cōi necio erit effectus cōis. sꝫ tota cā quare psona diuina potest alienā naturā assumere. ⁊ eius assumptōꝫ termiare est eius virtꝰ infinita. Nā nulla finita virtute h̄ fieri posset. cū ergo talis virtus infinita sit cōmunis tribus psonis: p̄dictus effectꝰ vt videtur necio dꝫ esse cōis.

P̄ omne illud qđ est p̄ncipiū actus reciproci illud idē ē terminus eiꝰ. qꝛ ex h̄ dicit' aliq̄s actus reciprocꝰ. qꝛ ē ad suū p̄ncipiū reflexus. sed assumere est actus reciprocus. qꝛ assumere est ad se sumere. igit' cū quelibet psona diuina sit principiū actus assumptōis create nature. necio erit vltimatū terminatiuū eiusdē assūptōis. ḡ rc. 4

P̄ Dam. i. li. c. ij. ait. q̄ p̄r ⁊ filiꝰ ⁊ sp̄ūssc̄us ſm oīa idem sunt. p̄ter ingenerationē. generationē ⁊ p̄cessionē. sꝫ create nature assūptio est etiā eiꝰ terminatio nullū est p̄dictoꝝ. ḡ idē erunt in hm̄oi terminatōe. nec p ꝯñs vna psona p̄ōt assumere alia non assumēte. 5

Solutio Ad 1 Ad p̄mū dicendū q̄ p̄dicta assumptio potest ꝯsiderari vel q̄tum ad illud quod i ea est opationis. ⁊ sic nō magis est ab vna diuina psona q̄ ab alia. cū indiuisa sint opa trinitatis. Uel q̄tū ad hm̄oi opatōis terminationē. ⁊ sic p̄t vni soli psone ꝯpetere. Uidemꝰ eñ i creaturis q̄ plures possunt trahere vnū lapidē. ⁊ tñ totus ille tractꝰ terminabit' ad vnū illoꝝ trahentiū. qꝛ lapis sup vno illoꝝ potest quiescere p̄ter hoc q̄ quiescat sup ceteris qui traxerunt lapidē talē. sic in p̄posito rc. Exemplū etiam potest adduci de veste. Tres eñ tangētes vnam vestē corpus vnius illoꝝ triū hm̄oi veste poterit vestiri. ita q̄ actiue tres sunt vestiētes. terminatiue tamē vnus solus vestit'. Sic pater ⁊ filius ⁊ sp̄ūssanctus illam mundissimā tunicā humane nature in vtero virginis formauerūt qua ipsum filiū vestierūt. p̄pter qđ terminus vestitionis illius extitit solus filius.

Ad 2 Ad secundū dicendū ad minorē q̄ psone diuine nō ꝯuenit p se subsistere psonale ab essentia vt est cōis tribus. sed ꝯuenit sibi ab eēntia vt psonali p̄prietate determinata ē. ⁊ ideo dato q̄ termiatio depēdētie assumpte nature conueniat psone ratione eēntie sic cōsiderate. puta vt concernit psonalem p̄prietatem. nō p̄pter hoc hm̄oi termiatio ꝯueniet ceteris psonis. Sicut q̄uis generare ꝯueniat patri rōe diuie eēntie. ipsa ei ē formale p̄ncipiū generatōnis. vt declaraui i primo libro. tamē quia generationis actus non principiat nisi vt stat sub p̄rna p̄prietate. ideo q̄uis eadem eēntia sit in filio ⁊ sp̄ūsancto. soli tñ patri ꝯuenit generare. sic in p̄posito rc.

Ad 3 Ad tercium dicēdū q̄ ꝯcessa ꝯclusione puta q̄ huiusmodi assumptio sit effectꝰ totiꝰ trinitatis. qꝛ tota

trinitas est eius cā effectiua. ex hoc tamē non habet̄ q tota trinitas termiet hmōi assūptōez

Instantia — Forte dicet̄ q talis termiatio cū sit q̄dam

Solutio. — actio oportet q sit a tota trinitate. Rn̄deo q illa termiatio pprie nō ē actio. sed ē q̄dā sequela actōis q̄ potest vni solitarie ↄuenire. q̄z uis ipsa actio cui⁹ est sequela sit ↄmunis plurium. Dato eīm q decē homies trahāt vnā nauem. q̄uis actus illius tractus sit oīm ↄmunis terminatio. tamē sequēs hmōi actionē potest eē ad vnū illoꝝ decē. sic ꝛc.

Ad 4 — Ad q̄rtum dōm q q̄uis ad h̄ q actio sit reciproca requirat aliq̄liter idētitatē i p̄ncipio suo ꝛ termino. tamē nō ē necesse si plura sūt i p̄ncipio q oīa illa sint i termīo. s; sufficit q vnū illoꝝ sit i termīo. sic i pposito ꝛc.

Ad 5 — Ad q̄ntū dōm q nō solū igeneratio ꝛ generatio ꝛ pcessio sūt i diuis distincta. sed oīa q̄ hec includūt ꝛ ↄcernūt incōicabilia esse vident̄. Un̄ etiā ipsa eēntia diuina vt in psona patris existēs ↄcernit paternitatē vt sic i nulla alia psona repitur. ꝛ quia terminatio nature assumpte ↄcernit vnū istoꝝ puta pprietatē psone filij terminātī. idō nō oportet q sit cōis tribus.

Articulus tercius. Prima cōclusio.

Quantum ad terci

um articulū ponā duas ↄclusiōes. Prima ē q nō repugnat q̄n p absolutaz dei potētiam vna natura creata assumit̄ a pluribus diuis

1 psonis. Quia que solis relatōibus distiguūtur i nullo absoluto necessario se excludūt. s; psone diuie relatōib; solū distinguūt̄. ꝛ natura humana seu alia creata natura ▪ qua loq̄mur est absoluta. ergo talis natura assumpta ab vna psona. nō excludit̄ necessario ab alia psona. Minorē ex fide tenemus. Maiorē pbo. q2 semp i illo aliqua differūt i quo mutuo se excludūt. ergo si se excludūt in aliquo absoluto. tūc nō differūt solis relatōibus

Instantia — Forte dicet̄ q q̄uis natura assūpta sit absoluta. tn̄ vnio ipsa cū supposito est quedā relatio. igit̄ diuine psone que solū differūt relationibus.

Solutio — excludūt se in hmōi vniōe. Respondeo q q̄uis talis vnio sit relatio. tamen nō est talis relatio qua diuine psone distinguāt̄. q2 relatōes distinctiue diuinaꝝ psonaꝝ sūt eterne ꝛ intrinsece diuis personis. pdicta autem vnio est tempalis ꝛ aduēticia seu extrinseca. h̄ ē ab extriseco puenīēs. ꝛ idō nihil min⁹ rō pcedit q̄z

2 si talis vnio eēt entitas absoluta. P. de⁹ pōt vnū ꝛ idē corp⁹ simul ponere i diuersis locis. g̃ pōt vnā naturā sustētare i distinctis diuis suppositis. Cōsequētia sat; nota eē videt̄. Anteccdēs aūt pbaб li. iiij. di. x.

Instantia — Forte dicet̄ q ↄn̄tia nō valet. q2 cū loc⁹ magis videat̄ q̄d extrinsecū a locatis q̄z natura a psona i qua existit. ideo dato q v̄tute diuia vnū locatū simlr eē possit i diuersis locis. tn̄ vna natura nō poterit simlr eē i diuersis psonis.

Solutio. — Rn̄. q q̄uis ista instātia ↄcludat si natura ↄpat̄ ad ppriam psonalitatē. tn̄ nihil ↄcludit si ↄpatur ad alienaz. magis eīm ē extrinseca natura creata a psona diuina loquēdo ▪ extrinseca ratōe entitatiua q̄z quodcūq; locatū sit a quocūq; loco. Et q2 natura creata in pposito nō compatur ad ppriam psonalitatē. sed ad diuinā. iō ꝛc. P. vnitas suppositi assumētis nō facit 3 ad vnitatē nature assumpte. g̃ multiplicitas suppositoꝝ assumētiū nō facit necīo ad multiplicatōez naturaꝝ assūptaꝝ necīo. et p ↄn̄s vna natura poterit assumi a plurib; suppositis sine aliq̄ repugnātia. Cōsequētia p; q̄uū ad oēs suas ptes. An̄cedens pbo. q2 si natura assumpta h̄ret vnitatē ex supposito assumēte. tūc vnū suppositū nō posset assumere distinctas naturas i sua multitudie pmanētes. cuius oppositū ośdā i. iiij. arti.

Dubiū — Istā eādē cōclusiōz pbāt q̄dā doctores rōib; apparētib;. q̄uis vt mihi videt̄ nō existāt. quoꝝ vn⁹ arguit sic. Distictio aliquoꝝ ▪ oppositas relatōes magis videt̄ ipedire i hmōi distictis vnitatē relatōis q̄z entis absoluti. sed nō obstāte distictōe relatiua vna relatō puta cōis notio realr eadē exn̄s ē i p̄re ꝛ filio. g̃ ꝛ vna absoluta natura poterit assumi a plib; diuis psonis relatiue distictis. Nec valet vt ipsi dicūt si dr q q̄uis cōis notio cū sit relatio ifinita siti plurib;. natura tn̄ creata cū sit finita ꝛ limita ▪ nō pōt eē simul i plurib;. q2 vt dicūt nulla relatio diuina est infinita. quia illud qd̄ nullo mō potest h̄re rōem quāti nullo mō potest eē infinitū. quia ratio infiniti quātitati ↄgruit. vt dicit̄. i. phisicoꝝ. s; relatio diuina nullo mō pōt h̄re rōem q̄nti. q2 nec pōt eē q̄ta q̄titate mol' vt de se patet. nec q̄ntitate pfectiōis. q2 tūc nullū diuinū suppositū eēt simplr toino pfectū. cum i nullo diuio supposito repiri

Cōtra dicēda — possint oēs relatōes diuine. S; illud n̄ valet. Q2 omne qd̄ i deo ē infinitū ē vna infinitate diuie essentie. Et iō q̄uis q̄libet diuia relatio sit infinita. nulla tn̄ pfectio est in vna persona que nō sit i alia. q2 diuina essentia qua oīa que i deo sunt infinita sunt est vna ꝛ totaliter indiuisa i tribus psonis. Itē dato q diuia relatio nō sit formaliter ifinita. nullus tamē

catholicus pōt negare q̄n quelibet diuina re
latio sit identice infinita. cum recipiat in ab/
stracto p̄dicationē diuine essentie que est for
mal'r infinita. Sed natura creata assūpta vl'
assūptibilis nec formal'r nec idētice ē infinita
ergo dato ꝙ aliqua diuina relatio possit eē in
pluribus p̄sonis. tamen nō sequit̃ virtute ar
gumenti ꝙ natura creata possit esse in pluri/
Dyoni. de burgo bus ¶. arguit quidā alius doctor sic. Na
tura humana prius q̄ȝ assumeret̃ a verbo fuit
assumptibilis a p̄re et spū̄scō. sed illa potētia
obediētialis qua fuit assumptibilis a patre ⁊
spū̄sancto nō fuit eadem cum [illegible] qua fuit as/
sumpta a verbo. al's sequeret̃ cum illa potētia
sit reducta in actū respectu verbi ꝙ simil'r esset
reducta [illegible] actuȝ respectu patris ⁊ spū̄ssancti.
⁊ p̄ ꝯsequens sicut verbū est incarnatū. sic pa
ter ⁊ spū̄ssanctus essent incarnati. qd' est ꝯtra
fidē. ergo sicut illa potētia est de facto reducta
in actum respectu verbi. sic si deo placeret pos/
set reduci in actū respectu patris ⁊ spū̄ssancti.
Cōtra Dyonisiū. Sed nec illud valet. Quia qui eēt oppo/
site ꝯclusiōis diceret ꝙ tal' obediētial' potētia
respectu oīm diuinaꝝ p̄sonarū reducta est in
actū. cū actiue facta sit talis reductio ab omi
bus trib' personis. ⁊ ideo amplius ab eis in
actū reduci nō pōt. cū iam p̄fecte sit termiata
hui' potētia. Sicut em̄ si aliqua res denigra/
bilis est a sole vl' ab igne. postq̄ȝ p̄fecte ab vno
istorū est denigrata. ampli' ab alio denigrari
Johes de lana. nō potest. sic ⁊c. ¶. arguit quidā alius sic.
Nō minus repugnat opposita esse in eodem
q̄ȝ vnū esse ī oppositis. sed opposite relatiōes
sunt simul ī vna diuina natura. ḡ vna natu/
ra creata pōt simul esse in diuinis p̄sonis rela
Cōtra Johānem. tiue oppositis. Sȝ nec istud valet. Quia
omne fundamentū oppositaꝝ relationū attri
buit̃ diuine eēntie p̄pter suā formalē infinita
tē. ideo natura creata nō pōt pari rōne simul
eē ī tribus suppositis relatiue oppositis q̄ ra/
tiōe eēntia diuina ē simul sub trib' relatiōib'
Cōtra cō/clusionem 1 oppositis. Sed sūt quidā solēnes docto/
res oppositū supradicte ꝯclusiōis tenētes. q̄
ꝯtra illā ꝯclusionē arguūt sic Idē effectus
nō pōt depēdere a pluribꝫ causis sil' ⁊ semel q̄
rū q̄libet sit cā totalis respectu illi' dependētie.
ḡ impossibile ē eandē naturā depēdere depēdē
tia suppositali a pluribꝫ diuīs suppositis. cū
hm̄oi dependētia a quolibet diuino supposi
to assumēte terminet̃ totaliter seu p̄fecte ⁊ suf
ficiēter. Cōsequētia patet p̄ locū a simili. An
cedēs p̄bāt ī terminis. q2 posito ꝙ vna illarum
causaꝝ sit a. alia sit b. effectus sit c. tunc isti ar
guūt sic. Illud nō est causa totalis alicuius
effectus quo circumscripto manet ille effect'.
sȝ circumscripto a adhuc manet c. eo ꝙ b ad
huc manēs sit totalis causa eius. ergo a fuit
totalis causa ex supposito. ⁊ nō fuit total' cau
sa vt virtute rationis apparet. quod est mani
festa ꝯtradictio. ⁊ eodeȝ mō potest argui de b
¶. non min' sustentat̃ natura a supposito 2
diuino q̄ȝ a p̄prio supposito si existeret in eo.
sed natura vt sustētata est a p̄prio supposito
nō pōt assumi a diuino supposito. vt isti do/
ctores supponunt. ergo natura sustentata ab
vna diuina p̄sona nō potest vlterius assumi
ab alia. ¶. deus nō potest facere vnuȝ acci/ 3
dens esse ī diuersis subiectis. ergo nec vna na
tura creata potest esse in distinctis diuīs sup
positis. Añcedēs supponūt. Cōsequētia etiā
patet ex hoc. quia natura humana assumpta
habet modū accidentis. ¶. natura multi 4
plicat̃ s'm multiplicationē suppositoruȝ qui/
bus supponitat̃. ergo si vna natura creata as/
sumeret̃ a pluribus diuinis suppositis. vna
natura esset plures nature. ⁊ p̄ ꝯsequens vna
nō esset vna. quod est cōtradictio. ¶. Ans 5
el. de incarnatōe verbi. ca. vij. ait. Filio incar/
nato nō est necesse alias p̄sonas incarnari sȝ
impossibile. ¶. illud quod illimitationi et 6
infinitati nature attestat̃ non potest attribui
nature create. esse in tribus suppositis est hu/
iusmodi. ex hoc em̄ diuina natura arguit̃ esse
infinita Sed ista nō ꝯcludūt. Igit̃ q̄ ad p̄ Solutio
mū argumētū nego ꝯñtiā. q2 nata q̄ a plib' Ad 1
diuīs suppositis assumeret̃ non eadē p̄sonali
tate. sed alia ⁊ alia sustentaret̃. ⁊ ideo quelibet
p̄sona nō eēt total' termin' illaꝝ assumptionū
oīm quibus illa natura assumeret̃. sed q̄libet
p̄sona tm̄modo terminaret assumptiōeȝ q̄ ta
lis natura assumpta eēt a p̄sonalitate illi' p̄so
ne. nō aūt sic est de causa totali respectu sui effe
ctus Ad scōm dicendū ꝙ q̄uis natura di Ad 2
gnius ⁊ nobilius sustenteret̃ a diuino suppositi
to q̄ȝ a p̄prio. tm̄ nō cōicat̃ sibi mod' eēndi p̄ se
q̄ formaliter ꝯstituat̃ in esse p̄sonali seu suppo
sitali. q̄ quidē modus sibi formaliter cōicat̃.
cū in p̄prio existit supposito. ⁊ iō q2 ꝯdictōeȝ
videt̃ implicare ꝙ aliquid existat p̄ se ⁊ nō exi
stat p̄ se. igitur q̄uis eadē natura possit a plu
ribus diuīs suppositis sustētari. supposita
tm̄ p̄pria suppositatōe a nullo alio supposito
pt assumi seu supposital'r sustētari Ad. iij. ne Ad 3
go añcedēs. q2 si de' faceret simul esse ī eodē lo
co aerē ⁊ aquā. eadem species coloris qui tali
loco obijceretur simul esset in aere ⁊ in aqua.

vt declarat doctoz noster in tractatu de intelle
Ad 4 ctu possibili. Ad quartū dicendū φ q̄uis
natura plurificet vt supposita a pluribꝫ sup/
positis absolutis i quibus modus ꝓprie sup
positatōis nature cōicat formaliter ꝛ intrinse
ce.tñ hoc nō optet cū sustentātur a pluribus
suppositis diuis i quibus nature sustētate ni
hil formaliter cōicat quo talis natura forma
Ad 5 liter ꝑ se existat Ad quintū dicēdū φ sicut
patet i eodē capitulo ansel. intelligit ꝑ illa ver
ba φ eadē natura nō pōt ꝑm eādē ꝑsonalitatē
assumi a pluribꝫ ꝑsonis. quia tūc plures ꝑso
ne essent vna ꝑsona.ꝑ hoc tamen nō habetur
q̇n a pluribus ꝑsonis pōt assumi ꝑm plures
Ad 6 ꝑsonalitates. Ad sextū dicēdū φ esse tri
bus ꝑsonis infinitam ꝑfectionē ipsis tribuē/
do. ꝛ formalia eoꝝ principia fundamētaliter
sustētando hoc bñ attestat infinitati. ꝛ sic na
tura diuia est i tribus suppositis. sed natura
creata nec est nec esse pōt isto modo i tribus
Secunda conclusio. suppositis.ideo ꝛc. Scḋa ɔclusio ē φ sup
positū creatū nō ē assūptibile. Qꝛ de rōe sup/
positi vt suppositū ē.est ꝑ se esse ꝛ alteri i subsi
stēdo nō inniti. sed de rōne assumptibilis est
vt assumptibile est. est nō habere ꝑ se esse ꝛ al
teri in subsistendo inniti. ergo ɔtradictiōꝫ eē
implicat suppositū assumptibile. Nō plꝰ
ad p̄sens d̓ ista conclusione. Quia de hac ma
teria diffusius loqui ꝓpono inferius distin/
ctione.vi.

ens aũt ꝛ forma nõ coicidũt i idẽ numero. vt
patet. ij. phisicoꝝ. si em̃ coinciderẽt. tũc nõ es/
Secunda conclusio. sent qttuor genera cãꝝ. Scdo dico q suppositũ creatũ sic differt a natura. q tñ nõ iclu
dit in se rẽ aliquã intrinsece quã nõ includat
natura. sed tm̃modo modũ rei. puta modũ p
se essendi quẽ cõsequit ex hoc q ad eẽ sue actu
alis exñtie taliter ꝯiũgit q alteri supposito in
subsistẽdo nõ innitit. Quia taliter debemꝰ sup
positũ ponere eẽ ꝯstitutũ q ipm sit ens p se p
dicamenti sube. ꝛ tñ realiter differat a natura
cuiꝰ est suppositũ. sed hec oia saluamꝰ ponen
do suppositũ creatũ ꝯstitui p moduz essendi
p se sortitũ ex tali ꝯiũctiõe nature ad esse actu
alis existentie q ipsa natura alieno supposito
nõ innitat. ergo ꝛc. Maior pꝫ. qꝛ eoipso q om
ne creatũ suppositũ recipit p se pdicationẽ sb
stãtie. necesse ẽ q sit ens p se pdicamẽti sube.
ꝛ nõ ens p accidens. q aũt differat realr a sua
natura patet ex ꝯclusione pcedẽti. Minorez
pbo. qꝛ licet suppositũ eẽt ens p accidẽs si ad
deret rẽ aliquã pprie dictam sup naturã. quia
ex duobus exñtibꝰ i actu nõ fit vnũ p se. nec p
ꝯsequẽs tale compositũ esset res vnius speciei
tñ modus rei nec impedit pseitatẽ sue entitatis
nec trahit ipm extra ppriã suã spẽm. Pꝫ eti/
am scda ps minoris. quia res intrinsece mo/
dũ includẽs realiter differt a seipsa sũpta cuz
exclusione modi. sic materia extẽsa realiter dif
Gotfridꝰ ꝯ pmã cõclusionẽ. fert a seipsa nõ extẽsa. Sed ꝯtra pmã con
clusionẽ sunt qdã doctores q ponũt q suppo
situ creatũ nõ differt realr a natura. Q sicut
1 se hꝫ diffinitio nature ad diffinitionẽ suppo
siti. sic se hꝫ suppositũ ꝛ natura. sed diffinitio
nature hũane q ẽ aialitas rõnalitas. nõ dif
fert realiter a diffinitõe suppositi q ẽ aial rõ
nale. solũ em̃ differũt ille diffinitões sicut cõ/
cretũ ꝛ abstractũ. ergo nec suppositũ ꝛ natura dif
ferũt realr. P. si suppositũ differret realr a 2
natura hꝫ sibi ꝯpeteret p additionẽ alicuiꝰ rei
sup ipsaz naturã. hoc aũt additũ vel eẽt acci
dẽs vel modꝰ accidẽtis. vel eẽt ipm eẽ. Primũ
dari nõ põt. qꝛ tã accidẽs qꝫ modus acciden
tis sũt posteriora ipso supposito cũ recipiant
i eo. posteriꝰ aũt nõ ꝯstituit ipm pꝰus. sꝫ ipm
ꝯstitutũ psupponit. Nec põt dari scdm. qꝛ il
lud eẽ aut differt realiter a natura. ꝛ tũc sup/
positũ includẽs vtrũqꝫ nõ erit ens p se. sed so
lũ p accidẽs. qꝛ includeret duo. quoꝝ vtrũqꝫ
dicit actũ aut nõ differt a natura. ꝛ tũc simili
ter nõ faciet suppositũ differre a natura Et *Cõfirmat*
ꝯfirmat. qꝛ suppositũ cõe. puta hõ abstrahit
a tali esse. i sua em̃ diffinitõe nulla fit mentio
de ipso esse. Igit si suppositũ pticulare inclu/
deret tale eẽ. tũc suppositũ cõe nõ posset eẽntia
liter pdicari de supposito pticulari. qd falsuz
ẽ. hec em̃ ẽ eẽntialis pdicatio. sortes ẽ hõ. P. 3
si suppositũ vt suppositũ ẽ. sic drt a natura q
includit naturã ꝛ aliqd aliud a natura. tũc vel
suppositũ vt suppositũ ẽ pꝰus hꝫ naturã qꝫ il
lud aliud aut ecõuerso. Si pmo mõ. tũc pci
se p nihil aliud erit suppositũ qꝫ naturam.
Si scdo mõ tũc aliqd eẽt i supposito cuiꝰ na
tura nõ eẽt cã. qd ẽ falsũ. qꝛ materia cũ forma
sũt cã oim q fiũt i re ꝯposita ex materia ꝛ for
ma. vt pꝫ. i. phisicoꝝ. ergo ꝛc. P. qñcunqꝫ ali 4
quid hꝫ aliquã formã q ẽ eẽntialiter tale. illa
forma est sibi eẽntialiter idẽ. ppter hoc em̃ hõ
nõ est eẽntialiter albus. qꝛ albedo nõ ẽ homi
essentialiter idẽ. sꝫ suppositũ humanũ sic hꝫ
naturã humanã q est essentialiter hõ. ergo hũa
nitas erit eẽntialr idẽ supposito hũano. ergo ꝛc.
P. in his que sunt p se. idẽ est res. ꝛ quod 5
quid est rei. vt dicit. vij. metaph. sed in his q
sunt p se res dicit ipm suppositũ. qd quid est
dicit ipsa natura. ergo ꝛc. Et si dicit istis q si
natura ꝛ suppositũ nõ differrẽt. tũc natura in
abstracto pdicaret de supposito. ipsi rñdẽt q
hoc non sequit ppter duo. Primo qꝛ natura
ꝛ suppositũ differũt qꝫtũ ad modũ pdicãdi. s.
penes abstractũ ꝛ ꝯcretũ. ꝛ ideo vnũ de alio nõ
pdicat. Scdo qꝛ natura dicit vt potẽs p
ticipare esse. suppositũ vero actu participans.
Sed isti nec p pdictas rationes ꝯcludũt. *Cõtra gotfridum.*
nec p hmõi rñsiones euadũt. Igit ad pmũ
dicendũ q sumendo minorẽ vniformiter sub *Solutio.*
maiori. tunc minor ẽ falsa. pprie em̃ loquẽdo *Ad. 1.*
de supposito. tũc natura sumpta in concreto

nō optet q̄ sit suppositū. q2 xp̄s ē verus hō.
7 tñ nō h3 psonā humanā. suppositū em̄ vt
suppositū ē ī sua formali rōe ɔcernit pseitatē
eēndi. Sicut em̄ materia extēsa vt extensa est
nō potest intelligi sine quātitate. sic supposi/
tata vt suppositata est nō potest intelligi sine
se esse. Et ideo diffinitio suppositi ꝓprie di/
cti realiter differt a diffinitōne nature. sicut 7
Ad. 2. ipm̄ suppositū differt a natura Ad secūdū
dicendū q̄ intrinsece 7 de suo ꝓprio significa
to suppositū sup naturā addit modū p se eēn
di ſm actualē subsistentiā. ipm̄ aūt eē ac etiā
aliq̄s alias ꝓꝓetates accñtales q̄uis ī suo for
mali significato nō includat. tñ includit ea ī
suo ɔsignificato. licet em̄ suppositū nō dicat
naturā et eē cū talib9 accidētib9. dicit tñ natu
rā sub ipso eē 7 sub talib9 accidētib9. 7 ideo
lla neccio sunt d̄ cointellectu suppositi. lic3 nō
Egidius. sint de suo principali intellectu. Et forte ex
isto sensu mouet Egidi9 ī suo tractatu de ɔpo
sitōe angelo2. q. v. cū ait. q̄ si suppositū diffi
niret. aliq̄d intraret diffinitionē suppositi qd̄
nō intraret diffinitō3 nature. puta eē 7 ꝓprie
tates sine quib9 suppositū nō pōt itelligi. Et
paucis interpositis subdit. q̄ licet ista iam di
cta q̄ sunt extra naturā ponerēt ī diffinitione
suppositi. tamē suppositū ī suo significato nō
includeret illa. sed suppositū solū significaret
naturā cū quoda3 mō quē natura ɔseq̄tur ex
hoc q̄ ɔiūcta est ipsi esse 7 aliis ꝓprietatibus
hypostaticis sine quib9 ipsa natura actu non
existit Ad formā argumēti dōm q̄ licet na
tura 7 esse sint due res. natura tñ 7 p̄dict9 mo
dus ī natura derelict9 nō sunt due res sed vna
Ad ɔfir. tm̄. s. ipsa natura. aliter tamē se habēs. Ad
ɔfirmationē dicendū q̄ falso innitit' fūdamē
to. q2 semp genus abstrahit a dr̄ntia ɔstitu/
tiua speciei. puta animal a rōnali. nec vnq̄3 ta
lis dr̄ntia ponit' ī diffinitōne generis. 7 tñ ge
nus p̄dicat' eēntialiter de specie. puta anīal de
Nota hoīe. sic ī ꝓposito 7c̄. Est etiā aduertēdum
q̄ztū ad istud ꝓpositū. q̄ al'r et aliter respiciūt
ipm̄ eē natura sūpta ī abstracto. 7 natura sum
pta ī ɔcreto. quā isti appellāt suppositū cōe et
suppositū ꝓprie dictū. qd̄ isti appellāt suppo
situ pticulare. q2 natura abstracta vt abstra/
cta excludit ipm̄ esse ī suo formali significato.
q2 distinguit' ɔtra ipsum. natura ī ɔcreto nō
includit ipm̄ eē. q2 pōt intelligi sine eē actua/
li. nec excludit. q2 rōne ɔcretōis implicat sup
positū. vel h3 modū significādi ipsius suppo
siti. rōne cui9 nō repugnat sibi actual'r esse. q̄3
uis repugnet nature abstracte vt abstracta ē.

S3 ip̄3 suppositū pticulare puta suppositū
ꝓprie dictū ī formali suo significato includit
modū p̄dictū sortitū ab ipso eē. ī suo autē ɔsi/
gnificato includit ipm̄ eē. Ad ꝓpositū igr̄
dōm q̄ cū natura cū inclusiōe modi p̄dicti. 7
cū exclusione seu nō inclusione eiusde3 modi
nō dicat aliā 7 aliā rē. s3 dicat eādē rē alit' se ha
bentē. iō p inclusionē talis modi nō impedit'
eēntialis p̄dicatio sui generis et speciei de ipso
supposito. Ad terciū p3 p iā dicta. Ad Ad. 3. 7 4
q̄rtū dōm q̄ nō optet q̄ forma eēntialiter sit
idē illi qd̄ dicit' tale p eā eēntialit'. 7 hoc p mo
dū p̄dicatōis. puta q̄ ipsa forma p̄dicet' eēnti
aliter de illo. sed sufficit q̄ eēntialiter spect3 ad
ipm̄. vel p modū ptis eēntialis sicut aīa rati/
onalis qua hō dicit' eēntialiter rōnalis. vel p
modū eiusdē aliter se habētis sicut hūanitate
suppositū humanū dicit' eēntialiter hō Ad Ad. 5.
q̄ntū dōm q̄ Aristo. p ea q̄ sunt p se nō intel
ligit qualscūq3 subās. sed solū subās sepatas.
in quibus credidit esse nō differre ab eēntia.
7 p ɔsequēs in eis nō differre suppositū a na
tura. Hoc autē ego ſm doctrinā quā vtpluri
mū sequor pono in solo deo. Et ideo ī solo deo
dico idē omnino esse suppositū et naturā. in q̄
natura p̄dicat' de supposito et abstracte sum/
pta 7 ecōuerso. Et codēmodo respondēdū ē
ad dictū Auicē. qui in sua metaphica ait. q̄ ī
rebus immaterialib9 idē est quidditas et ha
bens quidditatē. Etiā euasiones quas p̄tē
dunt friuole esse vident'. Prima em̄ respō
sio nō valet. quia licet ꝓpter aliū 7 aliu3 mo/
dū p̄dicādi impedit' p̄dicatio formalis natu/
re de supposito. tñ ex hoc nō impedit' p̄dicatō
idētica seu p idētitatē. sicut patet ī diuinis.
7c̄. Nec rn̄sio scd̄a valet. q2 ī re extra q̄ñciū
q3 suppositū actu pticipat eē. etiā ipsa natura
actu pticipat eē. 7 q̄ñcūq3 natura ē ī potētia 7
potētia pticipat eē. necessario ipm̄ suppositū
potētia pticipat esse. quia ī re extra fieri nō po
test vt vnū isto2. s. suppositū vel natura sit ī
actu. 7 alte2 ī potētia. sed q̄ñcunq3 vnū est in
actu 7 alte2 est in actu. 7 q̄ñ vnū est in poten
tia 7 alte2. Cōtra scd̄am ɔclusiō3 vidētur Contra se
esse dicta multo2 docto2. aliter tamen 7 ali/ cūdā ɔclo
ter. Quia vnus isto2 ponit q̄ suppositū ī re/ nē Tho. 7
bus maīalib9 dicit signatā materiā 7 formā aliq̄.
cū accidētib9 q̄ a natura rei realiter dr̄nt. Qd̄
ꝓbāt p Dam̄. q̄ dicit q̄ suppositū ē natura cū
accidētib9. Itē Boeti9 dicit q̄ ī omi re cre/
ata est hoc 7 hoc. in deo aūt nō est hoc et hoc.
Itē Aug. dicit. q̄ in omī re cōposita aliud
ē habens 7 qd̄ habet. Sed suppositū ē habēs

⁊ natura habet. Et ex his videt̄ q̄ scd̄a cō-
clusio nō possit stare, p̄ ea p̄te qua dicit q̄ sup-
positū creatū nō includit intrinsece aliquaȝ
Cōtra thomā. rē quaȝ natura nō includat. Sed de h̄ me
breuiter expediēdo. dico q̄ ad istā opinioneȝ
tria sequunt̄ incōueniētia que doctor nr̄ assi-
gnat i q̄ōne p̄allegata. Primū ē q̄ suppositū
nō esset vnum p se. sed solum p accidēs. Se-
cūdū ē q̄ suppositū nō eēt se i aliq̄ p̄dicamē-
to. Terciū ē q̄ supiora p̄dicamēti sube nō p̄-
dicarēt̄ eēntial'r de supposit; eiusdē p̄dicamēti
Ad dictū dam̄. ⁊ Boe. dd̄ȝ. q̄ hm̄ōi auctes
⁊ q̄cūq; cetere ꝯsil'es his intelligēde sūt de ꝯsi-
gnificato suppositi. ⁊ nō de formali et p̄ncipa-
li significato. Auctas Aug. magis ē p̄ me
Gotfri. et ples aliȷ ꝯ Egidium. q̄ ꝯtra me. Arguunt insup aliȷ magis dire-
cte ꝯtra ꝯclusionē. et p̄bant q̄ suppositū non
pōt realiter differre a natura p solū modum.
1 Quia non pn̄t aliqua differre ab inuicē rati-
one nisi p aliam ⁊ aliā rationē. ergo non pn̄t
aliqua ab inuicē realiter differre nisi aliaȝ ⁊
aliā rem. Anc̄edēs pȝ. Cōsequētia etiā nota
est p locū a simili. q; sicut se habet dr̄ntia rō-
2 nis ad rōnem. sic dr̄ntia realis ad rem. P̄.
prius oportet naturā intelligi sub esse q̄ͣ intel-
ligat̄ talis modus. cum hm̄ōi modus causet̄
ex vnione nature ad esse ⁊ accidētia. sed natu-
ra nō potest intelligi sub esse nisi habeat rati-
onē suppositi in se subsistēns. ⁊ esse ac accidē-
tia sustentātis. si ergo esse et accidētia nō sunt
de ratione suppositi. multo minus ille mod⁹
qui est posterior eis erit de rōne suppositi. er-
3 go ⁊c̄. P̄. ꝯstitutū denominat̄ a suo forma-
li ꝯstitutiuo. ḡ si formale ꝯstitutiuū supposi-
ti creati eēt mod⁹. tūc sicut supposita diuina
dicunt̄ relatiua q; relatōne ꝯstituunt̄. sic oīa
supposita creata dicerēt̄ modalia. q; p modos
4 ꝯstituūt̄. P̄. iste mod⁹ aut ē omino nihil.
aut ē aliquid. Si omino nihil. tūc nulli⁹ dr̄n-
tie potent esse causa. maxime inter entia posi-
tiua. Si ē aliquid. aut ē idē q̄d natura. et tūc
nō faciet naturaȝ differre a seipsa. Si differt
a natura. aut dr̄t ab ea vt ens absolutū. ⁊ tūc
natura cū illo mō eēt realiter ꝯposita ex duo-
bus entibꝫ absolutis. q̄d tu negas. Aut respe-
ctiuū. ⁊ tūc om̄e creatū suppositū talē mo-
dū formaliter ꝯstitutū esset suppositūȝ relati-
5 uū ⁊ non absolutū. P̄. iste modus vel ē idē
quod natura. ⁊ tūc si natura supponitat̄ p mo-
duȝ: supponitat̄ p seipsaȝ. aut est alia res a na-
tura. ⁊ tunc suppositū ex his constitutuȝ erit
ens p accidēs. quorum consequentiū vtrūq;
negas. P̄. p illud supposita formaliter cō-
stituunt̄ p quod a se inuicē distinguūtur. sed
nō pn̄t ab inuicē distingui p modos solum.
ergo oportet hm̄oi distinctionē reduci i aliq̄
intrinseca p̄ncipia q̄ erūt entia nature supad-
7 Cōtra egidiū tria dicta de extēsione materie. dita. P̄. quia doctor noster sepius quo ad
istā materiā declarat se p exemplū supius reci-
tatum de extēsione materie. ⁊ quo ad hoc tria
ponit. Primo q̄ ille modus qui est extēsio
materie nō differt realiter a materia. Secū-
do q̄ talis modus facit materiā realiter differ-
re a seipsa. put nō habet talē modū. Tercio
q̄ talis extēsio materie realiter differt ab exten-
sione quātitat;. Cōtra p̄mū arguit̄ sic. Im- Cōtra primū.
possibile est q̄ illud q̄d causat̄ a posteriori sit
idē cū priori. sed iste modus causat̄ a quātita- 1
te que ē posterior ipsa materia. p̄supponit em̄
ipsam materiā cum subiectiue recipiat̄ in ma-
teria. ergo talis modus nō poterit esse idē cū
materia. P̄. illud quod est i potētia ad ali- 2
quid. ⁊ pōt stare cū opposito eius. hoc reali-
ter differt ab illo. sed materia nō extensa bipe-
dali extēsione vel tripedali seu quacunq; alia
est in potētia ad eam. ⁊ actualiter stat sub pri-
uatione sibi opposita. ḡ ⁊c̄. P̄. quādo aliq̄ 3
sunt idem realiter. vno illoꝝ corrupto corrū-
pit̄ ⁊ alterū. sed isti modi corrumpunt̄ ad cor-
ruptionē formaꝝ de quibꝫ causant̄ manēte sb̄-
iecto cui⁹ dicunt̄ modi incorrupto. ḡ nō sunt
realiter idē cum eo cui⁹ sunt modi. P̄. ꝯ se- Cōtra secundum.
cundū arguit̄ sic. Illud q̄d est idē alicui non 4
pōt esse cā distinctōis sui a seipso. q; sicut idē-
titas nō est distinctio. sic ⁊c̄. Sed s̄m te mo-
dus iste est idē realiter cum eo cuius est mo-
dus. ergo nō potest esse causa distinctōis sui
a seipso. ⁊ sic primū membrū contradicit secū-
do. P̄. si talis modus est idē materie: tunc 5
nō potest aliq̄d cōpetere materie mediāte tali
mō q̄d nō ꝯpetat materie s̄m se sumpte. ergo
si materia mediāte tali mō differt a seipsa. se-
quit̄ q̄ materia s̄m se sūpta differat a seipa q̄d
ē impossibile. Cōtra terciū arguit̄ sic. Si Cōtra tercium.
alia esset extensio materie ⁊ alia quantitatis.
cum trina siue corporea sit talis extensio. qua 6
ratione tales extensiones possent esse simul i
eodem loco. eadem ratione duo corpora pos-
sent esse simul. ⁊ p ꝯsequens infinita. vt patȝ
ex ꝯsequētia quā facit p̄hus. iiij. phisicoꝝ.
P̄. sicut i albificando p̄ter albedinē forma- 7
liter dantem esse album non oportet dare ali-
am albedinem. sic in extendēdo p̄ter extensio-
nē quātitatis formaliter materiā extēdēt; nō
oportet dare aliquaȝ aliam extensionem.
P̄. si extēsio materie esset alia ab extensione 8

quātitatis. tūc deus posset materiā extēsam separe ab extēsione quātitatis. quia deus potest quālibet rez absolutā separe a qualibet alia re absoluta realiter ab ea differēte. Falsitas aūt ꝯsequētis est nota. qꝛ videt̄ ꝯtradictionē implicare aliquid esse extēsuz sine quātitate. Deus em̄ nō potest supplere vicē cause formalis formaliter inherētis. ꝛ hoc ꝑpter suam ꝑfectionē. Iste sunt rōnes diuersoꝝ doctoꝝ q̄s ꝑnūc videre potui. Multas tamē rōnes dimisi factas ꝯtra istos modos. vel qꝛ nō sunt contra p̄sens ꝑpositum. vel quia magis respiciūt materiā corpis christi que est tractāda i quarto libro. ideo eas ad p̄sens nō adduxi.

Solutio. Ad.1. Ad primū de supposito ꝛ natura potest negari añcedens. quia sepius aliqua differunt ꝯceptibiliter siue ꝺm rationē. nō ꝑpter aliam ꝛ aliam rationē. sed qꝛ eadez ratio eis competit. alio tamē ꝛ alio modo. sicut patet in omi anologia vbi vna et eadem ratio ꝯuenit vni ꝑ prius ꝛ alteri ꝑ posterius. Itē eadem ē diffinitio homīs ꝛ huius homīs. vt dicit̄. i. elencoꝝ. ꝛ tamē planū est ꝙ illa eadem diffinitio alio ꝛ alio modo ꝯuenit homī ꝛ huic homini. quia homī ꝯuenit primo ꝛ ꝑ se. huic autem homī ex ꝯsequēti. quia ꝑ se loquēdo particulariū nec est diffinitio nec demōstratio. vt patet. i. posterioꝝ. Potest etiā negari consequētia. maxime q̄ñ aliqua differunt realiter nō sicut due res: sed sicut vna ꝛ eadez res aliter ꝛ aliter se habens. sicut est in ꝑposito. quia suppositū ꝛ natura dicūt vnam ꝛ eandē rem. alio tamē modo seu aliter se habentē. qꝛ natura ꝺm se sumpta dicit illam rem cū p̄cisione a modo ꝑ se existēdi. sed suppositū dicit eādem rem cū inclusione illius modi.

Ad.2. Ad secundū nego minorē. quia si natura nō esset pri⁹ sub esse q̄ꝫ haberet rationē suppositi. tunc verbū dei nō potuisset assumere naturā humanā nisi suppositū assumpsisset. Nā qđ nō est nō potest assumi. ideo illa natura prioritate naturali prius fuit sub esse q̄ꝫ assumeret̄.

Ad.3. Ad tertiū dicendū. ꝙ cum ille modus nō sit aliud a natura rei. ideo suppositū debet dici naturale seu substātiale. Nec etiā reputo inconueniēs ꝙ dicat̄ modale.

Ad.4. Ad quartū dicēdū ꝙ ille modus ē idē qđ natura. hoc ē nullā aliā rē dicit a re que ē natura. tñ rōne talis modi inclusi vere variat̄. ꝛ aliter se habet natura. quia cū inclusione isti⁹ modi sic natura habet ꝑ se eē: ꝙ nulli alteri innitit̄. sed cū exclusione tal' modi. vel natura non habet actualiter esse. puta natura rose vel alteri⁹ rei i pura potētia existētis. vel si habet actualiter esse saltem nō habet ꝑ se esse. sed alteri innitit̄. vt patet de humana natura in christo.

Ad.5. Ad quintū nego ꝑmā ꝯsequentiā. quia paternitas diuina idē ē qđ deitas. ꝛ tamē natura diuina sic supposit̄atur supposito patris cuz inclusione paternitatis ꝙ nō supposit̄at̄ ꝑ seipsam formaliter sed paternitate. sic in ꝑposito ꝛc. Et licet nō sit simile ꝑ omnia. sufficit tamē mihi ostēdere formā illius ꝯsequētie nō valere.

Ad.6. Ad sextum nego miorē. Uñ nō oportet distinctionē modoꝝ reducere in aliquā distinctionē reꝝ que sint intrinsece ꝛ formaliter incluse i ꝑ se significato suppositi vel nature. sed sufficit eam reducere i aliqua extrinseca q̄ sunt d̄ ꝯsignificato suppositi. puta in esse et ꝑprietates.

Ad.1. de extēsione materie. Ad primū de extēsione materie nego maiorē. qꝛ sicut nō repugnat posteriori q̄ñ possit afficere ꝛ informare ipm̄ prius. sic nō repugnat priori intrinsece affici a posteriori. ꝛ ꝑ ꝯsequens modū aliquē ab eo sortiri. quia si nihil intrinsece sortit̄. tūc nō magis materia afficeret̄ a forma qua informat̄. qꝫ lapis a lapide ei accumulat̄. Si autē ille modus sortitus eēt res alia a subiecto cui⁹ est modus. tūc etiā ipse talis modus ipm̄ subiectū informaret. ꝛ causaret aliū modū. ꝛ sic modi esset modus vsqꝫ i infinitū.

Ad.2. Ad secundū dicendū. ꝙ aliquid potest eē in potētia dupliciter. Uno modo in potētia receptiua. Alio modo in potētia modificatiua. que etiā posset dici potētia entitatiua. De ꝑma potētia ꝯcludit argumentū. non aūt de scđa. Quāuis em̄ materia sit i potētia receptiua respectu quātitatis a qua causat̄ extensio passiua. tamen respectu talis modi qui dicit̄ extēsio passiua materia nō est in potētia receptiua. quia vt dictū est tūc talis modus causaret alium modū. ꝛ sic in infinitū. sed magis respectu talis modi est in potētia modificatiua siue in potētia entitatiua que est i illo modo. materia em̄ cum illo modo nō est aliud q̄ꝫ materia vt est actu sub quantitate. Uñ eadem res isto modo potētie est in potentia ad seipsam ꝺm alium moduz essendi.

Ad.3. Ad tertiuz dicendū ꝙ q̄ꝫuis materia sit simplr̄ ingenerabilis ꝛ incorruptibilis. vt pꝫ. i. phisicoꝝ. tñ corrupto q̄cunqꝫ mō materie aliq̄ mō corrumpit̄ ipsa materia. qꝛ aliter se habebit ꝛ corrūpit̄ ꝺm talē modū.

Ad.4. Ad q̄rtū dđm ꝙ ipse modus ꝑprie loquēdo nō est cā distinctōis. sed ē ipsa res distincta ꝛ alr̄ se habēs vt modificata ꝛ nō modificata. sed illud a quo causat̄ talis modus hoc est causa illius distinctōis.

Ad.5. Ad q̄ntū nego ɔsequentiā. q᷑ licet ille mo/dus sit idē materie. tñ non est idē materie ꝑm se sumpte. sed vt stat sub quātitate. ⁊ ideo nō optet ꝙ omē illud ɔueniet materie ꝑm se sumpte qđ ɔuenit ei mediāte tali mō. sicut nō oportet ꝙ q̄cq̄d ɔuenit materie vt actu ē ɔiūcta q̄titati. ꝙ omē tale ɔueniat materie ꝑm se sūpte

Ad.6. Ad sextū dōm ꝙ necio hēmꝰ dicere extēsi/onē materie ee aliā ab extēsione quātitatꝭ. q̄a si nō. tūc ptes materie nō differret a ptibꝰ quā titatis. ⁊ p ɔñs vel idē eēt subiectū suippsius. vel ptes quātitatis nō eēnt i aliquo subiecto. Quāuis aūt extēsio materie sit alia ab extēsi/one quātitatis. est tñ p extēsionē quātitatꝭ seu p informationē quātitatis. ideo non occupat plꝰ de loco p illas duas extēsiones q̄ solam extēsionē quātitatis. Ad formā tñ rōis di cēdo nego ɔñam. q᷑ q̄ntitas p se ē extēsa. ma teria aūt nō est p se extēsa. sed p quātitatē sibi formaliter īherētē. ideo nō ē maior extēsio ma terie ⁊ quātitatis. q̄ sit sola extēsio quātitatis. Unū aūt corpus nō extēditur p alteꝝ. sed qđ libet extēditur sua ꝓpria quātitate. ideo ex du obus corpibus simul iūnctis resultat maior extēsio que īdiget maiori loco. q᷑ duo corpo/ra duas habent quātitates. et p ɔsequēs hñt duas p se extēsiones. Et ideo licꝫ extēsio quā titatis ⁊ extēsio materie sint i eodē loco. tñ ex tēsiones duoꝝ corpoꝝ naturaliter nō pñt esse

Ad.7. i eodem loco. Ad septimū dicendū ꝙ q̄ŭis nō deł alia albedo. datur tamē quidā mo dus derelictus i subiecto quod afficił ex īfor/matione albedis. omīa eñ que p informatōꝫ ɔiūguntur sibi mutuo cōicāt suos modos.

Ad.8. Ad octauū nego ɔñam. Ad ꝓbationē di cēdū ꝙ q̄uis materia sit res absoluta. tñ ma teria vt extēsa necessario ɔcernit respectuꝫ ad quātitatē extendētē. Et ideo materia vt est ex tēsa nequaq̄ ab ipsa quātitate pōt separi.

Articulus secundus. Quantuꝫ ad secun dū articulū breuiter dico ꝙ i xp̄o nō sunt plu

1 ra supposita realia. Q᷑ si aliqđ aliud supposi tū eēt i xp̄o p̄ter suppositū verbi. h̄ maxie esset

· humanū suppositū. sed h̄ non. ḡ nullū aliud Maior pꝫ. Minorē ꝓbo. q᷑ illud qđ ɔcreti ue ac etiā denoīatiue de altero p̄dicał h̄ suppo sitaliter ab ipso nō distinguił. Sꝫ ipsa hūa/na natura de ipso filio dei p̄dicał ɔcretiue. q᷑ filius dei vere dicił homo ⁊ denoīatiue. q᷑ ve re dicił humanatꝰ vel incarnatꝰ.

2 P̄. si i xp̄o eēnt plura supposita. hūanū s. ⁊ diuinū. tūc i xp̄o eēnt plures psone. Cōsequēs ē falsum. cū hoc fuerit error Nestoriꝫ. Cōsequētia patet. q᷑ cū psona sup suppositū nō addat nisi solū esse rōnale siue intellectuale. ideo siue i diuīa natura q̄ est intellectualis. siue i hūana q̄ ē rō nalꝭ ponał suppositū necio sequił tale supposi tū eē psonā. P̄. de rōe suppositi est p se subsi 3

stere. sed hūana natura innitił subsistētie di/ uinitatis bi. ⁊ nō subsistit p se. vt etiā supius declaratū ē. ḡ ⁊c. Sed ɔtra istā veritatē videł esse p̄/ Opi. 3ᵃ

ma opinio inter illas tres opiniōes quas ma gister recitat in lr̄a circa istam materiaꝫ. Po nit eñ illa opinio in christo esse duo supposi ta. Et ad hoc pōtat moueri his motiuis. Q᷑ illud qđ vere est i aliqua specie subē. hoc vere est aliqđ suppositū illiꝰ spēi. sed xp̄s habēs i se veꝝ suppositū diuinū ē vere i specie humana ꝑm hūanitatē. ḡ cū supposito dīno hꝫ veruꝫ suppositū hūanū. P̄. si nō sepał a re illđ qđ 2

ē sibi minꝰ ꝓpriū. nec sepabił ab ea illud qđ ē sibi magꝭ ꝓpriū. sed esse indiuiduū minus ꝓ prie ɔuenit subē q̄ esse suppositū. q᷑ eē īdiui/duū ɔuenit sibi ⁊ alijs p̄dicamētꝭ. sꝫ eē suppo situ ɔuenit solū subē. cū igił esse indiuiduuꝫ nō sit sepatum ab humanitate xp̄i. ḡ nec esse suppositū. P̄. homo est nomē suppositi. sꝫ 3

xp̄s ē verus homo. ḡ ⁊c. P̄. si verbū dimit 4

teret naturā assumptā. ⁊ p solam vniuersaleꝫ influentiā ɔseruaret eam in esse. ille homo di/missus sibiip̄si esset verū humanū suppositū. ergo ⁊ nūc est veꝝ humanū suppositū. Cōse/quētia patet. q᷑ sola sepatio cū sit q̄d priuati uuꝫ: nō largił alicui suppositalē pfectionē.

P̄. suppositū dicił q̄i sub alio positū. sꝫ de/ 5

us nulli creature substernił seu supponitur. ḡ hūana natura habebit sibi substratū sui gene ris suppositū. Sed p̄ter alios defectꝰ q̄ ex Cōtra opi nionē.

ista opinione sequūł ipsa sibiip̄si manifeste ɔ dicit. q᷑ sicut hic pꝫ i lr̄a. cū hoc ꝙ videtur in xp̄o ponere duo supposita. ponūt vnā psonā solā in dn̄o iesu christo. cum eñ psona sit ɔse quēs necessariū ad p se esse seu suppositale eē in rōnali seu intellectuali natura. igił ponere plura supposita ⁊ negare plꝭs psonas i p̄dic tis naturis ē ponere an̄cedēs ⁊ negare ɔñs. ⁊ p ɔñs ɔdictoria implicare. Ad p̄mū igł Solutio.

dicēdū ꝙ maior nō ē vera nisi illa subā sit si/ Ad.1.

biip̄si derelicta penes cursū naturalē. sꝫ natura hūana i xp̄o nō ē sibiip̄si derelicta Ad.ij. di Ad.2.

cēdū ꝙ maior nō ē vera. q᷑ ꝑm istā viā eē aīal magis eēt sepabile ab hoīe q̄ esse bipedē. Un̄ si illud qđ ē magis ꝓpriū psupponit neccario illud qđ est minus ꝓpriū. ⁊ habet se modū

additōis ad ipsum. tunc illud qđ est minus ꝓprium est minus separabile ꝙ̄ illud quod dicit̄ magis ꝓprium. Sed esse indiuiduale est ſm naturā prius eē suppositali. indiuiduum em̄ est res que ē vna numero. sup hoc autē addit suppositū ꝑ se esse. ideo magis ē separabile a re esse suppositale ꝙ̄ esse indiuiduale.

Ad. 3. Ad terciū dicendū ꝙ hō vt nō existit ꝑ se sic est nomē nature ⁊ nō suppositi. nisi velim⁹ nomē suppositi extendere ad suppositū locutionis. vel ad suppositū ratiōe ꝯcretiōis implicatuꝫ. sic em̄ hoc nomē homo ī christo significat suppositū verbi.

Ad. 4. Ad quartū dicēduꝫ ꝙ licet ꝑ hm̄oi sepationeꝫ nō daret̄ aliud esse ab eo quod nūc habet. ꝯsequeret̄ tamē ꝑ illaꝫ sepationē modū eēndi ratiōe cuius veraꝫ haberet rōem suppositi quā an̄ nō habebat. Sicut em̄ ex sola sepatione ptis a toto ꝯtingit ꝙ aliquid est suppositꝫ ꝑ se subsistēs qđ an̄ nō fuit suppositū. quia erat suo toti īsistēs. sic ⁊c̄.

Ad. 5. Ad quintū dicēdum ꝙ verbū dei sic sustētat naturā humanā ꝙ tamē nō largit̄ sibi intrinsece eē suppositale. ⁊ ideo sic sustētat ꝙ ꝓprie loquēdo sibi nō supponit̄.

Dist. vij. Articulus tercius

Quātum ad terciū

articulū dicēdum ꝙ ſm catholicaꝫ fidē oportet nos ꝯcedere hāc ꝓpositōem esse verā. qua
1 dicit̄. Deus factus ē homo. Quia de filio dei dn̄o nostro iesu xp̄o qui est verus deus dicit̄ ī symbolo. Et incarnat⁹ est de spūsancto. ex ma-
2 ria virgine. ⁊ homo factus ē. Ꝓ. Joh. i. dicit̄. Uerbū caro factū est. qđ ſm Aug. sic dꝫ
3 intelligi. quia verbū homo factū est. Ꝓ. dicit Aug. Talis erat illa susceptio que deum faceret hominē ⁊ hominē deū.

Instantia 1 Sed ꝯtra illud potest instari sic. A quocūqꝫ vere negat̄ supius. de eo nō potest vere affirmari infer⁹. eo ꝙ ad destructionē ꝯsequētis necessario seqtur destructio an̄cedentis. Sed moueri seu mutari quod est supius ad fieri vere negatur de deo tam a theologis ꝙ̄ a phis. igit̄ impossibile esse videt̄ fieri vel factū esse vere affirma-
2 ri de deo. Ꝓ. omne quod fit necessario ē subiectū alicuius factōis. ⁊ ꝑ ꝯsequēs passionis. sed deus nullius passionis pōt esse subiectū.
3 Ꝓ. oē qđ fit aliquo mō pficit̄ termio forma li ipsius factōis. Sed deus cuꝫ sit ab eterno summe pfectus nō pōt aliqua pfectione d̄ no-
4 uo pfici. Ꝓ. deus nō est factus. ergo de⁹ nō est factus hō. An̄cedēs ptꝫ ī symbolo Athanasij. vbi esse factū negat̄ a qualibet diuīa persona. Cōsequētia ptꝫ ꝑ locū a supiori ad inferius negatiue. Ꝓ. vl' de⁹ eēt termin⁹ illi⁹ facti- 5
onis vel subiectū. Nō termin⁹. qꝛ termin⁹ factōis nō p̄existit factōi. sꝫ acquirit̄ ꝑ eā. Nec subiectū. qꝛ tūc realiter mutaret̄.

Solutō materie. Sed est hic aduertēdū ꝓpter solutōeꝫ istoꝝ ꝙ h̄ ṗncipiū fact⁹. vel refert̄ ad totā ꝓpositōeꝫ. ⁊ sic pdicta ꝓpositio ē vera. qꝛ est sensus. deus factus est homo. i. factū est ꝙ deus sit hō. Uel refert̄ ad subiectū ꝓpōis absolute. ⁊ tūc ē locutō falsa. qꝛ ī deo nullo mō ſm se p̄t eē factio passiua.

Ad. 1. Ad p̄mū pꝫ ꝑ iā dicta. Uel dōm ꝙ ī hoc dn̄t fieri ⁊ mutari. qꝛ mutari ponit significatū suū magis ex pte termi a q̄. sed fieri magis ex pte termi ad quē. Un̄ mutari vl' moueri ꝓprie dicit̄ de subiecto ipsius mot⁹. sed fieri d̄r de termio mot⁹. igit̄ mutari nō pōt dici d̄ deo. qꝛ poneret suū significatū ī deo. sed fieri p̄t dici de deo. qꝛ nō ponit suū significatū ī deo. sed in termio dn̄te a deo.

Ad. 2. Ad scd̄m dicēdū ꝙ maioꝛ nō ē vera si tali modo fit ꝙ factio refert̄ ad
Ad. 3. ꝓpōem ⁊ nō ad subiectū. Ad terciū dōm
Ad. 4. eodē mō. Ad q̄rtū nego ꝯn̄aꝫ. qꝛ sicut nō seq̄tur. ethiops nō ē simpl'r alb⁹. ꝑ non ē ſm dentes alb⁹. sic in ꝓposito ⁊c̄.

Instantia Forte dicet̄ ꝙ fieri subaꝫ ē fieri simpl'r. vt pꝫ. v. phic. Sꝫ fieri hoīem ē fieri subam. ꝑ ī pdicta ratione nō negat̄ factio ſm quid ad negatōꝫ factōis simpl'r. sꝫ poti⁹ factio simpl'r ad negatōꝫ factiōis simpl'r.

Solutio. Rn̄deo ꝙ ꝙ̄uis fieri hoīem ꝑ se existentē sit factio simpl'r. tn̄ fieri hoīeꝫ ī supposito p̄existēte vbi modū habet accidētis est fieri ſm q̄d. ⁊ sic ē ī ꝓposito.

Ad. 5. Ad q̄ntuꝫ dōm. ꝙ ꝓprie loquēdo nec de⁹ ē subiectū illi⁹ factōnis nec termin⁹. sꝫ ē extremū ad qđ termin⁹ illi⁹ factōis. puta hūanitas realē hꝫ habitudinē cū ꝑ se non existat. sed a deo assumat̄.

Articulus quartus

Quantum ad quar

tum articulū dicendū. ꝙ cum ſm fidem christus sit vnū suppositum duas habens naturas. quaꝝ vna est simplex. s. diuina. ⁊ alia cōposita puta hūana. ⁊ quia natura simplex predicat̄ de supposito abstracte ⁊ ꝯcrete. ꝯposita ꝯcrete ꝙ̄uis nō abstracte. hinc ē ꝙ suppositū filij dei ē deus ⁊ deitas. ⁊ est homo ꝙ̄uis non humanitas. Jstud etiam ꝑ expositoriū syllogismū coniungit̄. Nam hic christus ē hic homo. sumēdo hominē ꝓ indiuidua humana natura cū implicatione suppositi diuini rōe ꝯcretionis. de q̄ ait Dama. ꝙ filius dei humanā naturā assumpsit ī athamo. ⁊ hic xp̄us est

hic deus. sumēdo deū p hoc supposito filij dei ergo hic deus est hic homo. Sed contra hoc
Instantia potest argui sic. Maior est vnio triū psonaȝ in vna diuina natura q̄ duaȝ naturaȝ i vna
1 psona christi. sed nō obstante prima vnione ista nō est vera. pater est filius. ergo nō obstā
2 te secūda ista nō est vera deus est homo. P. fm phm. i. topicoȝ. omne p̄dicatū vel est eēn tiale nō ɔuertibile vt genus. vel essentiale cō uertibile vt diffinitio. vel accidentale nō con uertibile vt accidēs ɔmune. vel accidētale cō uertibile vt ꝓprium. Sed neutro istoȝ mo doȝ hō potest p̄dicari de deo. ergo nullo mō
3 predicat̄ de deo. P. omne quod p̄dicat̄ de al tero. aut p̄dicat̄ de eo p se aut p accidens. sed hō non predicat̄ p se de deo. q2 omne p̄dicatū p se est de omni i q̄uis non ecōuerso. vt patet i. posterioꝝ. Sed homo nec predicat̄ de deo semp nec d̄ omni habente deitatē. nā pater nō ē homo. ⁊ filius quādoq3 nō fuit homo. nec
4 p accidens cū homo sit vera substātia. P. omne qđ p̄dicat̄ de deo. aut est p̄dicatū essen tiale. aut relatiuū. sed homo vt dicit̄ d̄ deo nō est p̄dicatum eēntiale. q2 tunc esset ɔmune tri bus psonis. nec relatiuū. vt de se patet. ergo ⁊c.
5 P. omne p̄dicatū aut est p eēntiam. vt ho mo ē animal. aut p inherentiā. vt homo ē al bus. aut p causā. vt dies est latio solis sup ter
6 rā. sed nullū tale est ibi. ergo ⁊c. P. nihil cō mune vniuocū p̄dicatur de deo et creaturis. sed hoc nomen homo vniuoce p̄dicat̄ de ho
Solutio. mine in xp̄o ⁊ i ceteris homib9. ergo ⁊c. Ad p̄
Ad. 1. mū dicendū q̄ que vni et eidē sunt eadē inter se sunt eadē. vt patet. i. prioꝝ. et hoc ē intelli gendū fm q̄ sunt idē in tercio. ⁊ ideo q2 pater ⁊ filius sunt idē i natura ⁊ nō in psona. igitur q̄tum ad omnia nomia naturā exprimentia de se mutuo pn̄t predicari. hic autē ecōuerso. quia deus ⁊ homo sunt vnū in psona ⁊ non i natura. ideo fm omnia nomia psonā impli cantia homo christus p̄dicatur de deo ⁊ ecō uerso. non autē fm nomia nudam naturā ex
Ad. 2. primētia. Ad scđm dicendū q̄ est p̄dicatū eēntiale nō cōuertibile. est eñ essentiale. quia ibi predicat̄ natura substātialis de supposito i quo sustētatur. Sed nō ē p̄dicatū ɔuertibi le cū subiecto. immo habent se sicut excedens ⁊ excessum ratione modi accidētalis quē hn̄t eo q̄ humanitas que ɔcrete sumpta de diui no supposito sic p̄dicatur q̄ tn̄ ipsuȝ nō con stituit sed p̄supponit ɔstitutū. ⁊ ideo sicut cū dicit̄ homo est albus. p̄dicatū ⁊ subiectū mu
Ad. 3. tuo se excedūt. sic ⁊c. Ad terciū dicendū q̄ homo christus p se p̄dicatur de deo. habet ta mē aliqualē similitudinē cū p̄dicatis acciden talibus. vt patuit ex iā dictis. Ad quartū Ad. 4.
dicendū q̄ est p̄dicatū essentiale. sed quia nō dicit̄ essentiale ab essentia diuina. sed ab hu mana. ideo nō p̄dicatur de omnibus supposi tis quibus cōuenit diuina essentia. sed soluȝ de illo q̄ assumpsit essentiā humanā. For Instantia
te dicetur q̄ omnis p̄dicatio affirmatiua in re mota materia [illegible] necessitate ē falsa. nec p conse quēs essentialis. q2 eēntialis p̄dicatio de neces sitate est vera. sed cū dicit̄. deus ē homo. non solū est in materia remota: verumetiā remo tissima. ergo ⁊c. Respōdeo q̄ q̄uis quo ad Solutio.
ceteros homies p̄dicta ꝓpositio sit i materia remota. nō tamē de homie xp̄o. qui dicit̄ hō ratōne assumpte humane nature i vnitatē di uine psone. Ad quintū dicendū q̄ est p es Ad. 5.
sentiā. nō q̄ essentia diuina sit essentia huma na. sed q2 idē suppositū diuinuȝ habet vtrāq3 essentiam. diuinā sc3 et humanā. aliquid ta mē habet de mō accidētali. eo q̄ humane na ture assumptio a diuino supposito facta sit i tempe. ⁊ aduenerit enti cōpleto. Ad sextū Ad. 6.
dicendū q̄ licet deo in eo q̄ deus non cōueni at aliquod p̄dicatū simpliciter vniuoce cū cre aturis. tamē rōne assumpte nature multa p̄ dicata pn̄t vniuoce dici de deo ⁊ creaturis.
Ad argumētū p̄ncipale dicendū q̄ maior nō est vera nisi ille verus homo p se subsistat ⁊ nulli alteri supposito innitat̄. Ad ꝓbati onē dicendū q̄ hoc nomē hō in dn̄o ihū xp̄o nō implicat humanū suppositū sed diuinū suppositū a quo sustētat̄. Ad p̄nci pale argu mentum.

Distinctio octaua.

Ost predicta ⁊c. Postq̄ magister tractauit quasdā difficultates que ortū videntur habere ex sup̄dicta vnione. vel saltē ex termino vnionis. nūc tractat de quibusdā predicatis cōuenientibus ipsis naturis vni tis. Et diuidit̄ in duas ptes. Nam p̄mo ma nifestat aliqua ɔuenientia diuine nature ex vnione ad humanā. Secundo declarat alia humane nature ɔuenientia p vnioneȝ ad di uinā. distinctōe. ix. ibi. Preterea inuestigari Prima i duas. Naȝ p̄mo magister inquirit vtrū natura diuina debeat dici nata de virgi ne. Secundo vtruȝ christus debeat dici bis natus. duplici scilic3 generatione. ibi Queri

etiā solet. Prima ī tres. Quia pmo magister mouet qōem ꝛ assignat eius rnsionē. Scdo ꝯtra rnsionē adducit obiectionē. Et tercio obiectōis illius ponit solutionē. Scda ibi. Videt tn̄ posse. Tercia ibi. Sed si diligenter.

Sequit̄ illa ps. Quem etiā solet. Et diuidit̄ ī duas ptes. Nā pmo ponit pdictā inqsitionē. Scdo ex dictis sanctoꝝ subinfert verā rnsionem. ibi. Ad qd dici pōt. Hec ē snia istius distinctionis ī generali. circa quā querit̄ hāc questionē ī speciali.

Utrū ī xpo sint due filiatōnes. Et videt̄ q nō. Quia ppꝛietas psonalis nō multiplicat̄ nisi multiplicet̄ psona. sed filiatio ē ppꝛietas psonalis. ꝛ in xpo ē tm̄ vna psona. ḡ erit tm̄ vna filiatio. Contra. multiplicata cā necessario multiplicat̄ effectus. sed natiuitas ē cā filiatōis. ꝛ xpo conueniūt due natiuitates. puta eterna et tpalis. ḡ ꝛ due filiationes. Hic q̄ttuoꝛ sūt videda.

Primo vtꝝ ī xpo sint ponēde due natiuitates. Scdo vtꝝ due filiatōnes reales. Tercio vtꝝ xps sit duo filij. Et qrto vtꝝ natura hūana xpi debeat dici nata.

Articulus primus.

Quātuz ad primuz

dico q ī xpo debemus plures fateri natiuitates fm catholicā fidē. Quia n̄ minꝰ differūt actus mēsurati aliquibꝰ mēsuris q̄ differāt ipse mēsure. q2 nō ē minoꝛ distinctio ī pncipiatis q̄ in ipsis pncipijs. Sed mēsurata aliq̄ mō pñt dici pncipiata respectu suaꝝ mēsurarū. Sed natiuitas qua xps nascit̄ a deo patre fm diuinā naturā mēsurat̄ eternitate. ꝛ natiuitas q̄ natus ē a ꝟgine matre mensurata est tpe. igit̄ cū eternitas ꝛ tps differāt realiter. opter pdictas natiuitates differre real'r. P. natiuitas nō solū numerat̄ numeratōne illiꝰ qd nascit̄. sed etiā nūeratione ipsiꝰ modi nascēdi Jsta patz. q2 q̄uis idē hō nascat̄ ī vtero ꝛ ex vtero. tn̄ hmōi natiuitates duas eē dicimus. Sed xps q̄uis sit vnꝰ natus. tn̄ ē alius modus nascendi quo nascit̄ eternaliter a pr̄e. ꝛ q̄ nascebat̄ ī virginis vtero. et quo natꝰ ē ex vtero huic mūdo. igit̄ nō solū duas. verūetiam tres natiuitates realiter dn̄tes possumꝰ dice⁊ fuisse ī dn̄o iesu xpo. q2 nō minus ī xpo natiuitas ī vtero ponit numeꝝ cū natiuitate q̄ ē ex vtero. q̄ ī ceteris homibꝰ. Prius em̄ q̄ xps esset natꝰ ex vtero dixit angelꝰ dn̄i ad Joseph Noli timere accipe Mariā ꝯiugem tuā. qd em̄ ī ea natū est de spūsancto ē. P. de illo q̄ bis natus ē fateri debemus duas natiuitates Sed xps ē bis natus. iuxta qd dicit̄ ī symbolo. Deus ē ex substātia patris an̄ scl'a genitꝰ: ꝛ homo ex sub̄a matris ī scl'o natus. P. fm ordinationē romane eccl'ie qn̄cunq3 aliqs de nouo debet in epm ꝯsecrari. tūc inter cetera ab ipso sic querit̄. Credis ipm filiū dei verbū dei natū de spūsancto ex Maria ꝟgine duas habentē natiuitates. vnā ex pr̄e eternā. et alteraz ex matre tpalē deū veꝝ ꝛ hoiem veꝝ. Et ille respōdet assentio ꝛ p oia credo. Sed licet illud sit catholica veritas. pōt tn̄ instari ꝯ eaz pmo sic. Quādiu aliqs actus sine interruptione ꝯtinuat̄ tādiu nō multiplicat̄. Nā q̄diu aliqs ꝯtinue currit. licet nūc currat in foro. ꝛ postea currat ī choro. tn̄ totus ille actus vnꝰ dicitur. ꝛ ē vnus cursus. Sed filij dei generatio semp ꝯtinuat̄. q2 semp gignit̄ ꝛ semp genitus ē. vt sup declaratū ē in pmo libro. ḡ licet eternaliter genitꝰ sit a patre. ꝛ tpaliter a matre totū tn̄ dicet̄ vna natiuitas siue vna generatio. P. q̄ equoce dicunt̄ ad inuicē nō ꝯnumerant̄. homo em̄ viuꝰ ꝛ hō pictꝰ nō dicūtur duo homies. sed q̄cq̄d cōiter dicit̄ d' eterno ꝛ tpali dicit̄ equoce. plꝰ em̄ distāt eterna ꝛ tpalia q̄ celestia ꝛ inferioꝛa. de quibꝰ ait ꝯmentatoꝛ. q q̄cquid dicit̄ de eis equoce dicit̄. ḡ natiuitas eterna ꝛ natiuitas tpalis nō erunt due natiuitates. P. rōne illiꝰ qd aduenit alicui post ꝯpletū ꝛ pfectū esse non dz dici nasci illud cui aduenit. sed eē humanū aduenit ipsi dei filio post ꝯpletū ꝛ pfectū suū eē. ḡ ⁊c. P in xpo est tm̄ vnū esse. ḡ in xpo erit tm̄ vna generatio seu natiuitas. Cōsequētia patz. q2 eē ē terminꝰ generatiōis. sed actꝰ nō multiplicat̄ nisi multiplicet̄ terminꝰ. cū specificet̄ ex termino. Añcedēs pbat̄. q2 vnius rei vnicū est eē. sed xps ē vnus. vt pz ī symbolo. P. fm Damas. nasci cōuenit hypostasi seu supposito et nō nature. sed vt sup patuit ī xpo est tm̄ vnū suppositū. ḡ tm̄ vna natiuitas. Sed ista sophismata nō ꝯcludūt. Quia nō dicit̄ quis naturalis filius alicuꝰ nisi p natiuitatē p̄cesserit ab eo. Sed xps ab eterno fuit verꝰ filius dei. ꝛ ī tēpe verus filius virginis. ḡ ⁊c. Ad pmū igit̄ dicēduz q ex toto illo pcessu nō plꝰ ꝯcludit̄ nisi q generatio qua generat̄ eternaliter a pr̄e sit vna tm̄. ex hoc tn̄ nō ꝯcludit̄ q̄n tpalis sit alia ab eterna. Ad scdm dicēduz q iste due natiuitates nō sūt penitꝰ equoce sz anologice. Ad dictū ꝯmen. dico. q loqtur ibi large de equiuocis. fm q anologa q̄nq3 dicunt̄ equoca. Ad tercium dcm q maioꝛ

(Margin notes, left column: 1, 2, 3 at the numbered arguments. Right column margin: 4; Instantia; 1; 2; 3; 4; 5; Cōtra illa sophismata; Ad. 1.; Ad. 2.; Ad. 3.)

nō est vera si illud cui aduenit vere subsistat
in eo quod sibi aduenit. sed filius dei vere sub
sistit et totus subsistit in humana natura. iō
vere dicit natus accipiendo talem naturā. si
cut quia totus subsistit in diuina natura di/
Ad. 4. cit vere nat⁹ accipiēdo diuinā naturā. Ad
quartuz nego añcedēs. qꝛ in xp̄o est esse diuie
nature indifferēs totaliter a diuina natura. ⁊
est esse humane nature realiter differēs ab ea.
vt supius declaraui dist. 1. q. 1. arti. iij. Ad
ꝓbationē dicendū ꝙ vnius rei vnū est esse lo/
quēdo de esse ꝑ se subsistētie. Uel dicēdum
ꝙ licet vnius rei habentis vnā naturā vnicū
sit esse. tamē vnius rei habentis plures natu
Ad. 5. ras plura etiā sunt esse. Ad quintū dicen/
duz ꝙ q̄uis nasci ꝯueniat supposito. tñ ꝯue
nit ei ī ordine ad naturaz. vbi igit talis ordo
duplicat ꝑpter dualitatē naturaꝝ. necesse est
etiā duplicari natiuitatē. sic autē est in ꝓposi
to. ergo ⁊c̄.

Articulus secundus.

Quantuz ad secun

dū ꝑncipale p̄mo pono ꝯclusionē quaz ī hac
materia reputo veriorē. Scd̄o recitabo q̄run
dā magnoꝝ doctoꝝ oppositū opināciū moti
Cōclusio prima
ua. ⁊ ipsis rndebo. Quātū ad p̄mū dico ꝙ
due filiatōes reales ponēde sūt ī dño iesu xp̄o
1 Quia relatiua posita se ponūt ⁊ ꝑempta se ꝑi
mūt. sed ī ꝟgine mr̄e ex tp̄e ponit vere ⁊ realis
mr̄nitas. g̃ in eius filio ponit ex tp̄e vera ⁊ rea
lis filiatio p̄ter filiationē eternā. que nec poni
tur nec ꝑimit ad aliquid positū vel ꝑemptū
2 ī matre. P̄. relationes fundate ī fundamē
tis realiter distinctis ordinate ad termios [illegible]
aliter differētes ille realiter differūt. Sed fili
atio diuina ⁊ humana ī christo sunt hm̄oi. er
go ⁊c̄. Maior patet de se. Probo minorem.
Nā filiatio diuina fundat ī natura diuia ꝓ/
ut est ꝑ eternā generationē ꝯmunicata filio.
⁊ ordinat ad patrē. quia filius ꝑ ipsam refert
ad patrē. Filiatio autē humana fundat in na
tura humana prout est ꝑ tempalem natiuita
tem accepta. ⁊ ordinat ad matrez. qꝛ ꝑ ipsam
filius refert ad matrē. s. virginē Mariaz. er/
3 go ⁊c̄. P̄. si pater vel spūssanctus assūpsis/
sent carnez a virgine. ipsi filiatione reali alia
a filiatione eterna referrētur ad virginē. ergo
ꝓnūc filius dei ꝑpter acceptā carnem a virgi
ne alia relatione seu filiatione refert ad eam
p̄ter filiationē eternā. Añcedēs patet. ⁊ silr cō
sequētia. P̄. eternū ⁊ tp̄ale de ncc̄itate diffe
4 rūt realr. sz filiatio qua xp̄s refert ad patrē est
eterna. qua refert ad matrē est tp̄alis. ergo ⁊c̄.
P̄. multiplicata origie necessario multipli 5
cat relatio originis. Sed christus aliam ha
buit originē ſm naturam diuinā. ⁊ aliaz ſm
naturā humanā. ergo ⁊ aliā habuit ſm verā
qꝫ relationē seu filiationē. P̄. sicut creator 6
realiter differt a creatura. sic om̄e quod fūdat
imediate ī creatore realr̄ differt ab omni fun
dato in creatura. Ista patet. quia omne fun/
datū in creatore est ipse creator. ⁊ omne fūda
tum ī creatura est ipsa creatura. Sed filiatio
eterna fundat immediate ī diuia eēntia que
est ipse creator. filiatio aūt humana ī christo
fundat ī creatura. puta ī natura humana vt ē
ꝑ natiuitatē accepta. ergo ⁊c̄. Sed ꝯtra il
lud videnť esse due opiniones. Quaruz vna
directe ponit oppositū p̄dicte ꝯclusionis di
cēs. ꝙ ī christo est tm̄ vna filiatio realis. s. eter
[illegible] qua refertur ad patrē. tempalis autē filia/
tio qua refert ad matrē nō est in eo ſm rē. sed
solū ſm rationē. Quia vt dicūt immediatuz
fundamentū filiationis est ip̄m suppositū. sz
in christo est tm̄ vnū suppositū quod est eter
nū. ⁊ ꝑ ꝯsequēs nulla tempalis relatio sibi po
terit realiter aduenire. Maior patet. qꝛ filia/
tio est ꝓprietas ꝑsonalis. Nec valet si dicit ꝙ
fundat ī natura humana. quia destructo fun
damēto destruit relatio fundata in ipso. sz in
ter duo destructa fuit illa hūana natura. igit
inter duo christus nō fuisset filius virginis.
nec ꝑ ꝯsequens virgo fuisset mater xp̄i. Naz
destructo vno relatiuoꝝ destruitur ⁊ reliquū.
Et quia accidēs destructū nō redit idē nume
ro. seq̄tur ꝙ post resurrectionē xp̄us fuerit alia
filiatione filius. ⁊ virgo alia maternitate ma
ter. q̄ oīa falsa sunt. qꝛ xp̄s fuisset alius filius.
⁊ virgo fuisset alia mr̄. P̄. si ī xp̄o eēnt due 2
filiatōes reales. xp̄s esset duo filij. Cōsequēs
est falsum. Probat ꝯsequētia. qꝛ sicut impos
sibile est ī aliquo esse duas albedies nisi illud
sit duo alba. sic ⁊c̄. P̄. si filiatio realis tem/ 3
palis poneret in christo. hoc maxime eēt pro
tāto. quia realiter dicit filius virginis. sz hoc
nō oportet. qꝛ sicut deus realiter dicit dñs et
creator virginis ⁊ cuiuslibet alterius creature
⁊ tamē ꝑpter hoc nulla realis relatio ponitur
deo aduenire ex tempe. sic ⁊c̄. P̄. si christus 4
alia filiatione reali referretur ad patrē. et alia
ad matrē. tunc etiā quilibet alius homo du/
plici filiatione referret ad p̄rez ⁊ ad matrē. cō
sequēs est falsuz. g̃ ⁊ añcedēs. P̄. sicut vn⁹ 5
pater ꝑ eandē p̄rnitatē refertur ad plures fili
os. sic christus et quilibet alius filius ꝑ eādē

Opi. p̄ma Tho. ī scri pto. iij. di. viij. q. vlt. In. iij. pte summe. q. xxxv. ar. v. ⁊ ꝗ. iiij. q̄lꝫ bet. q. iij.

1

6 filiationē refertur ad patrē ⁊ ad matrē. ꝓ.
diuinū suppositū nulla relatione reali referṫ
ad creaturam. sed beata virgo est pura creatu
7 ra. ergo ⁊c. ꝓ. phus. v. metaph. dicit ꝙ in
tellectus nō dicitṫ relatiue ad sciente cū dicaṫ
relatiue ad scibile. q2 al's ɔtingeret idē bis di
8 ci ſm eandē rationē. sic in ꝓposito. ꝓ. due
proprietates eiusdē rōnis nō pñt simul esse i
eodē. sicut nec duo accidētia eiusdē speciei. ſ3
due filiatōes sūt ꝓprietates eiusdē rōis. ḡ ⁊c.
9 ꝓ. si semꝑ oporteret ponere diuersas reales
relatiōes in eo qđ referṫ ad diuersa real'r. tūc i
toto cōtinuo qđ realiter referṫ ad quālibet sui
partē ꝑ modum excedētis ad excessum. opor
teret ponere infinitas reales relationes. cum
10 infinitas habeat ptes. ergo ⁊c. ꝓ. omē ac
cidēs reale denominat subiectū i quo fundaṫ
ḡ natura humana diceretṫ filia. nā tale accidēs
nō posset esse subiectiue i ꝑsona vel natura di
Cōtra opi- uina. ergo esset in natura humana. Sed
nioē3 tho. ista opinio stare nō pōt. Nā ꝙuis nūꝗ ɔtin
gat ꝙ effectus realiter refertur ad causā. causa
tamen ecōuerso sola ratione refertur ad effe
ctum. nūꝗ tamē ɔtingit causa3 realiter refer
ri ad effectum. ꝗn effectus realiter referaṫ ad
causam. Cum igiṫ beata virgo in ratiōe cau
se generatiue realiter referaṫ ad christū. neces
sario habemus dicere christū nō solu3 ſm [illegible]
tionē. verumetiā ſm rem referri ad beatā vir
ginem. ⁊ ab ipsa tanꝗ verus filius reali filia
Solutio. tione dependere. Ad primū dicendū ꝙ illa
Ad.1. filiatio tempalis immediate fundaṫ in natu
ra humana ꝑ tempalem natiuitatē accepta.
nec fundaṫ i diuino supposito nisi prout hu
mana natura que est eius immediatū funda
mentū est assumpta in vnitatē diuini suppo
siti. Ad probationē dicendū ꝙ sicut ꝑ mor
tem vere corrupta fuit natura humana chri
sti. sic vere corrupta fuit p̄dicta filiatio. [illegible] vere
christus cessauit esse filius virginis. et virgo
mater eius. licet ſm humanu3 vsum loquēdi
adhuc in triduo ipse christus diceretṫ filiꝰ vir
ginis. et virgo mater eius. Istum em̄ vsum
loquēdi etiā seruamus respectu aliorū hoim
defunctorū. puta ꝙuis defuncti sint. tamē fi
lij nuncupanṫ. Nec tamen christus fuit ali
us filius post resurrectionē. nec ꝟgo alia ma
ter. quia virtute diuina eadē filiatio in resur
rectione fuit restaurata. sicut et eadem huma
na natura. ⁊ hoc potuit virtꝰ diuina. licet nul
Ad.2. la virtus limitata hoc efficere potuerit. Ad
secundū dicendū ꝙ filiatio nō denomīat fun
damentū immediatu3 quod est ipsa natura,

sed denominat subiectū seu suppositu3 subsi
stēs i tali natura siue sustentās tale3 naturā.
⁊ q2 vnū est suppositū in christo subsistēs in
duabus naturis. humana. s. ⁊ diuina. ideo ꝙ
uis in christo sint due reales filiatōes funda
te immediate i illis duabus naturis. christꝰ
tamē est vnus filius ⁊ nō duo ꝓpter vnitatē
suppositi denominati illis duabus filiationi
bus. Ad tercium dicendū ꝙ nō est simile Ad.3.
de creatore ⁊c. quia ꝑ hoc ꝙ deus ē creator vel
dn̄s non assumit in vnitatē sue ꝑsone aliquā
naturā mediante qua fundet realē relatione3
ad creaturā vel ad seruū. sicut est in proposi
to. Itē relatio creatoris ad creatura3. ⁊ domi
ad seruū trahitur ad modū relationis mensu
re ad mensuratū. relatio autē filij ad matrem
nō trahitur ad modū relationis mensure. q2
effectus seu filius vt filius nō potest dici mē
sura cause seu matris. Ad quartū dicēdū Ad.4.
ꝙ nō est simile de christo ⁊ đ quolibet alio ho
mine. quia alius homo accipit vnam natu
ram a patre ⁊ matre. sed christus accipit diui
nā naturā a patre. ⁊ humanā a matre. Ad Ad.5.
quintū patet ꝑ eandē solutionē. Ad sextū Ad.6.
dicendū ꝙ ꝙuis diuinū suppositū nō refera
tur relatione reali ad creaturā. ⁊ hoc vt diui
nū suppositū est. tamē vt assumpsit creaturā
mediante hmōi assumpta creatura realiter re
fertur ad creaturā de qua illa assumpta crea
tura est assumpta. s. ad virginem matre3.
Ad septimū est dicendu3 ꝙ nō est simile. Ad.7.
q2 intellectus mediāte vna sciētia fūdat vnū
respectū ꝑ compatione ad vnū scibile. Sed
in christo sunt due nature fundātes duos re
ales respectus ꝑ compatiō3 ad duo extrema
realiter distincta. Si tamē idē intellectꝰ cu3
hoc ꝙ habet scientiā de vno scibili puta de la
pide. etiā haberet scientiā de seipso siue de sci
ente. tūc referretṫ ad lapidē et ad scientē. sic est
in proposito ⁊c. Ad octauū dicendū ꝙ mi Ad.8.
nor est falsa loquēdo de ratione vniuoca. de q
oportet istos loqui. al's maior ess3 falsa. ꝙ au
tem minor in proposito sit falsa loquendo de
ratione vniuoca patet. q2 relatio diuina ⁊ hu
mana dato ꝙ ɔueniant i ratione anologa et
valde remota. in nulla tamen ratione vniuo
[illegible] poterunt cōuenire. cū vna sit creator et al
tera creatura. Etiā posset negari maior lo
quendo de accidētibus seu ꝓprietatibus re
latiuis. Idem ꝙuis ratione eiusdē funda
menti nō possint eidē inesse due tales ꝓprie
tates. ratione tamē duorū fundamentoꝝ pos
sunt. sic autē est in proposito. ideo ⁊c. Ad Ad.9.

nonū dicendū q̄ non est simile de toto respectu partiū. q2 idē totū ſm idē. hoc est ſm eandem naturā totalitatis ſue ⁊ eodē modo refertur ad quālibet ſui partē. Suppositū aūt diuinū ſm duas naturas ꝯmunicatas p duas distinctas origines referꝰ ad patrē ⁊ ad matrem. Cōcesso etiā toto syllogismo non reputo inconueniēs illud ad quod deducit. q2 sicut hmōi partes sunt in potētia ⁊ nō i actu sic ⁊ hmōi relationes. Et sicut non ē incōueniēs infinitas ptes in potentia esse in eodē. sic eodē modo dico de respectibus seu relationibus. Vñ non video quin eodē modo quo ponunꝰ infinita absoluta in eodē. possimus

Ad. 10. etiā ponere infinita respectiua. Ad decimū

Opi. scda patet per ea q̄ dicta sunt ad secundū. Alia ē opinio que dicit q̄ filiatio pōt dupliciter accipi. Uno mō vt relatio solū. ⁊ sic necesse ē q̄ in xp̄o pter filiationē qua referꝰ ad patrem sit alia filiatio qua referꝰ ad matrē. que ē eque realis sicut quecunq3 alia relatio in creaturis.

Alio mō accipiꝰ filiatio nō solū vt relatio sed vt ppꝛietas psonalis. sic in christo nō potest esse nisi vna filiatio. Primū probāt sic. Ubicūq3 producēs ⁊ productū incidūt i eundem ordinē ⁊ maxime in idē ſm spēm. si vnū referꝰ realiter ad alterū. ⁊ econuerso reliquū realiter refertur ad ipm. Sed christus ſm humanā naturā. ⁊ beata virgo incidunt in eundē ordinē nature. ergo si reali maternitate ꝟgo referꝰ ad filiū. s. christū. ecōuerso christus reali filiatione refertur ad matrē virginem.

1 pro eodē. Quia illud facit pro alicuius redēptiōe qd bonitas illius acceptat cuius imperio detinetur. sed de us cuius imperio homo pctōr detinebatur a dyabo lo potuit acceptare pro offensa illata per homi/nē opus quantūlibet modicū cuiuscunq crea/ture. ergo etc. Et sic itelligēda sunt verba Bern. cum ait. q vnica gutta sanguinis christi suf/ficere potuit pro liberatione totius humani ge

2 neris. Praeterea potētia infinita nō limitatur in acti one sua ad aliquem vnū modū finitū. sed dei potētia est infinita. modus autē quo libera/ti sumus per christi passionē est modus finitus.

3 ergo etc. Praeterea ista est intentio sanctorum. Quia dicit Greg. papa. xx. moraliū. Deus omnipo/tens qui nos existere fecit de nihilo. reuocare nos etiā sine sua morte potuisset. Et Leo pa pa ait. Omnipotētia dei filij liberare potuisset genus humanū a dyaboli dominio solo im/

Cōtra cō/clū onem perio volūtatis eterne. Sed ɔtra illud so/nare videntur qdā auctes. Nā.b. Ambro. ait.

1 Tm fuit pctm nostrum vt saluari nō possemus nisi xps pro nobis moreretur debitoribus mortis.

2 Et Ansel. li. cur deus hō. ait. Nō potuit trā sire calix nisi biberet illū. nō quia nō posset vita re mortē si vellet. sed quia impossibile erat aliter

3 saluari mundū. Praeterea quod ē ɔtra dei iustici/am hoc impossibile est. quia deus iniustus esse nō potest. sed contra dei iusticiam est q pro dei offensa nō satisfiat legitime. nec legitime satis fieri potuit nisi eo modo quo factum est. ergo

4 alter modus videtur fuisse impossibilis. Praeterea quod a deo pordinatū est et a pphetis predi/ctum est. qui mētiri nō pnt. hoc impossibile

est aliter se habere. sed liberatio humani generis p passionē christi ab eterno a deo fuit puisa. 7 in veteri testamēto p pphetas pdicta. ergo 7c.

Solutio. Ad.1.et.2. Rndeo ad primū 7 ad secundū. q illi doctores excludunt aliū moduz ex pte nostre potētie actiue. et nō ex parte diuine potentie.

Posset etiam dici quia ibi loquūtur de potētia dei ordinata qua de9 solū dicit illud posse quod ab eterno se facturū disposuit.

Ad.3. Ad tercium dicendū q illud quod sm nostre rōnis iudiciū pnūc esset iniustū. sm absolutam dei potentiā 7 sm alium ordinē qui a deo posset institui quē nos ignoramus esset iustum. Unde quāuis Petrū damnare 7 Judam saluare esset iniustū sm ordinē quem nos videmus. tñ deus sm absolutā suam potētiam hoc posset facere si vellet. quia talem ordinē institueret quo illud nō esset iniustū Sic in pposito 7c.

Ad.4. Ad quartū dicit q argumentū pcedit de potētia dei ordinata. sed nō de absoluta.

Correlarium. Ex pdictis etiā patet p modū correlarij q nō est verū illud quod asserunt quidā doctores dicentes. q redemptio fit iusto pcio soluto. liberatio autē fit quibuscūq modis. ideo nō potuit genus humanū aliter redimi q p incarnationē alicui9 diuine psone. quia aliter nō potuit reddi iustū preciū p redemptione humani generis. poterat tamē vt dicunt sm

1 absolutā dei potentiā aliter liberari. Quia vt iam dixi illud quod non est iustum sm ordinem quem videmus. posset esse iustū sm ordinē quem deus sm absolutam suaz potentiam posset instituere. sicut patuit etiā in exem

2 plo de Juda 7 de Petro. Itē captiuus iuste redimit cum tanta fit satisfactio quantam acceptat hic cui debetur satisfactio. sed vt superius dixi deus cui debet p peccato humani generis satisfactio pōt de absoluta sua potentia 7 de diuina sua beniuolentia de minimo ope hominis ɔtētari. ergo 7c.

Ad pncipale argumentum. Ad argumētū pncipale dicendū q ad efficaciā alicui9 effectus duo requirunt. s. virtus sufficiēs ex parte agentis. 7 dispositio debita ex parte patiētis. quoꝝ quocunq deficiente vt plurimū impedit effectus. Sed nūc est ita q quāuis virtus christi sit sufficiēs ad saluandū omnes hoīes. tamē sunt aliqui qui vel deficiunt in fide qua disponit humanus intellectus ad hoc q pcipiat bñficia redemptōis. vel deficiūt ī caritate qua disponit humanus affectus. nec curāt facere qd in se ē vt hmōi dispositōes ɔsequātur. ideo iuste damnant. Et p idē pz ad rationē ī ɔtrariū puta quare vnus redimit 7 nō alter.

Distinctio vicesimaprima 7 vicesimasecunda.

Post predicta ɔsiderandū. Postq mgr determinauit de passiōis xpi mō 7 merito. hic pseqt de passiōis fine et termio. Et diuidit ī duas ptes. Nam pmo inqrit mgr. vtꝝ ī fine passiōis puta ī puncto mortis aīa xpi 7 caro fuerint sepate a vbo diuino. Scdo vtꝝ xps post mortē triduo fuerit verus hō. dist. xxij. ibi. Hic querit vtꝝ. Prima ī duas. Quia pmo mgr ōndit q ī triduo mortis caro xpi a vbo diuino non fuit sepata. Scdo q hoc nō obstāte. p sepationē aīe a carne caro illa vere fuit mortua. ibi. Recedēte vo aīa. Prima ī tres. Quia pmo mouet questionē. et circa eā quādā falsā opinionē recitat. Secūdo hmōi opinionē iprobat. Tercio vitatē tenēdā ɔfirmat. Scda ibi. Quibꝰ rñdem9. Tercia ibi. Sicut Aug. sup. Scda istaꝝ diuidit ī tres ptes. Qꝛ pmo mgr cū improbatōne iā dicte opinionis veritatē pposite qōnis ponit Scdo ɔ hmōi veritatē ex intētiōe iā iprobate opinionis opponit. Et tercio clara rñsione adductā obiectionē tollit. Scda ibi. Aliq qz aucti. Tercia ibi. Quibꝰ rñdemus q si 7c.

Sequit distictio. xxij. ī qua mgr 7c. Et diuidit ī tres ptes sm q mgr mouet tres qōnes Prima vtꝝ xps ī sue mortis triduo fuerit hō Scdo si fuit hō. tunc querit vbi fuerit ille hō Tercio querit vtrū ille homo fuerit in omī loco. 7 vtꝝ descēderit de celo. Scda ibi. Hic qrit si xps. Tercia ibi. Soler etiā qri. Prima ī duas. Qꝛ pmo mgr mouet qōem. et recitat circa eā vnā opinionē q ē vera. q̄uis mgr nō reputet ipsam verā. Scdo mgr rñdet ad qōnē iuxta intētionē ppriā. ibi. Quibꝰ rñdem9.

Sequit illa ps. Hic qrit. Et diuidit ī duas ptes. Nā pmo mgr asserit illū hoiem ī triduo fuisse tā ī inferno q ī sepulcro. Secūdo ōndit q licet xpus totus sit vbiq. tñ sm se totum nō est in omni loco. ibi. Et vtiq tot9 eodem. Prima ī duas. Nā pmo rñdet ad qōez Scdo opponit p duplicē obiectionē. quaꝝ cuilibet distincte assignat suam respōsionem. ibi. Sed si in inferno. Circa has duas distinctōes quero hanc questionē.

Utrum nō obstāte morte christi qua anima fuit sepata a corpe. anima et corp9 xpi remāserunt vnita deitati seu

psone verbi. Et videt q nō. Quia virtute vnionis i christo facta est cōicatio idiomatū. ppter hoc eni homo dicit deus et de9 hō. qr hūanitas i psona vbi vere ē vnita deitati. sed i triduo mortis xpi iste ppositiōes nō erāt vere. deus ē aīa. vel deus ē corpus. g nec anima nec corpus i triduo fuerūt vnita deitati In ptrariū est Aug. qui ait. Mors ad tps animā et corp9 sepauit. sed neutrā a vbo Hic qttuor sūt videnda. Primo de pncipali qsito.

Scdo si corp9 xpi diu māsisset ab aīa sepatū fuisset incineratū ad modū alioꝝ corporū. Et h qrtū. ad. xxi. dist. Tercio vtꝝ xps i triduo fuerit verus hō. Et quarto vtꝝ post mortē descēderit ad infernū. Et hoc quo ad xxij. distinctionē.

Articulus primus. Prima cōclusio.

Quantū ad primū ponā duas pcl'oes Prima ē q nūq soluta fuit vnio corpis xpi cū deitate. Qr dicit apl's
1 Ro. xi. q sine pnia sunt dona dei. Et ex illo dicto apl'i trahit. q quicqd ex gratiā dei pcedit: nunq absq culpa reuocat. Sed ex mirifica dei gratia corpus illud in assumptionē verbi deitati fuit vnitum. nec vnq illud corpus q cunq peccato fuerat maculatū. ergo nūq ab
2 hmōi vniōe extitit destitutū. P. si illa vnio in triduo fuisset dissoluta. tunc aut filius dei fuisset nō sepultus. vel nō potuit dici vere sepultus. cuius oppositū habet in symbolo. aut de nouo facta fuisset corpis illius assumptō. quod ē falsum. quia nusq legimus filiū dei pluries q semel corpus xpi assumpsisse. Consequentia patet quo ad pmā sui partē. qr ea q soli corpi pueniūt non dicūtur de filio dei nisi ex vi vnionis qua vnitus est corpi. sed esse sepultū puenit solū corpi. ergo si dissoluit vnio filius dei nō poterit dici sepultus. vel dissoluta pma vnione oporteret aliam vnionē fieri et aliā assumptionē. qd fuit secūda pars pdicte pntie. Sed ptra hoc videt esse quidā doctor

Durādus
1 qui ait. q si in hoie nō est alia forma substātialis pter animā intellectiuā. tūc necessario dissoluta fuit p mortē xpi vnio supdicta. Quia vno vnitoꝝ destructo neccio tollit vnio. facta autē pdicta suppositōe. tūc corpus christi vere corrūpebatur. qr pdidit formā que sibi dabat esse corporeū. que fuit de intrinseca et essentiali ratione illius corpis. puta aīam intellectiuā. ergo soluta fuit vnio qua corp9 xpi
2 vnitū fuit deitati. P. hoc idē pōt pbari sic. Remoto medio quo aliq vniūtur dissoluitur coꝝ vnio. sed vt supius patuit verbū dei assūpsit carnē mediante anima. cū igitur in morte christi anima fuerit a corpe sepata. ergo et c.

P. si vnio corpis xpi māsisset cum deitate 3
indissoluta i triduo. tūc corpus christi nō fuisset vere mortuū. Cōsequēs ē hereticū. quia ē heresis galanitaꝝ. vt ait Isidorus. et habet i decretis. xxiiij. q. iij. Probatio pntie. qr maior est virtus viuificatiua deitatis q anie. sed corpus nō morit nisi sepetur ab aīa. ergo nec mori poterit qdiu remanet vnitum deitati.

Ad primū nego psequentiā. Ad pbatiōꝫ dico q ratio pcedit ex ignorātia distinctōnis que est inter corpus qd est directe i pdicamēto sube. et corpus qd est altera ps cōpositi qd solū p reductionē ē i pdicamēto. Nā pmū est ppositū ex materia et forma subali. et pdicat p se de sorte et de ceteris indiuiduis corpee sube. cū sit genus subalternū pdicamēti sube. Corpus aūt qd ē altera ps ppositi dicit materiaꝫ cū inclusione cuiusdā modi quātitatiui quē sortit a corpe qd ē ī pdicamēto qntitat'. Nec illud corp9 pdicat de eo cui9 ē corp9. qr ps integralis nō pdicatur de suo toto. Sicut eni aīa q ē ps formalis nō pdicat de eo cui9 ē anīa. sic nec corpus qd ē altera ps ppositi. Et ideo q uis nō fuerit in xpo aliqua forma subalis nisi sola aīa intellectiua. tn̄ p sepatōꝫ aie itellectiue corp9 xpi nō corrūpebatur qtū ad esse corpis. qr nō pdidit modū quātitatiuū quē adduit corpus vt corpus est sup ipsam materiā. q uis posset dici corruptū qtum ad esse vitale. quia nō remansit viuū. Forte dicetur q tunc i triduo remāsit corpus christi sine omni forma substātiali Respōdeo q hoc nullum reputo esse incōueniēs. qr q uis materia quāta naturaliter nō possit subsistere sine forma subali. vt tn̄ vnita est psone diuine actualiter pōt subsistere et existere sine omni forma subali. Si eni sola volūtate diuina qntitas i sacramēto altar' existit sine materia et sine forma subali. quāto magis materia qnta verbo dei psonaliter vnita potest existere sine forma subali. Ad scdm dōm q i tali assumptiōe aīa nō fuit mediū nccitatis. sed solū cuiusdā pgruitatis. Ad terciū nego pntiā. Ad probationē dōm q licet ois virt9 viuificatiua cōpetat deitati effectiue. nō tn̄ pptit sibi formaliter viuificare. sicut pptit ipsi aie. ideo anīa vnita corpi ipm formaliter viuificat. nō aūt deitas. Scdo dico q vnio aie xpi cū deitate nūq fuit soluta. ita q aīa xpi hret eē sepatū a deitate. Qr pfectioꝝ et p pns indissolubilior

(Marginalia, right column: Solutio Ad 1. — Instantia — Solutio — Ad 2. — Ad 3. — Cōclusio scda 1)

est vnio que ē p assumptionē cū beata fruitōe
q̄z que ē p fruitionē sine assumptiōe. Sed se
cūda est indissolubilis. al's em̄ illi qui sunt ī
vita eterna nō essent pfecte beati nisi essent cer
ti de eterna pmansione sue vnionis cū deo fm
beatam fruitionez. ergo nunq̄z fuit dissoluta
aīe christi vnio cuz deitate q̄ nō solū fuit fm
fruitionē, verumetiaz p psone diuine assum/
2 ptionē. P. si anima christi fuisset in triduo
sepata a deitate. tūc filius dei nō descēdisset ad
inferna. quia hoc p̄dicatū solum ratione ani/
3 me sibi ꝯueniebat. ergo ⁊c. P. anima chri
sti nunq̄z peccauit. ergo gratiā vnionis nun
q̄z pdidit. Añcedēs est notū. Cōsequētia pa/
Instantia tet ex precedentibus. Forte dicet̄ q̄ natura
humana nūq̄z peccauit. ⁊ tamē gratiā vniōis
Solutio. pdidit. Respondeo q̄ nō ꝓprie dicit̄ q̄ na
tura humana christi pdiderit vnionē. quia il
la vnio non fuit dissoluta p humane nature
sepationē a verbo. sed p humane nature mor
tez seu corruptionē. nunq̄z em̄ habuit illa na
tura esse sine vnito esse ad verbū dei ⁊ ad ipsā
4 deitatē. P. ista est expressa intētio Damas.
tercio libro. ca. ij. vbi ait. Et si christus mor/
tuus est vt homo. et sancta eius anima ab in
cōtaminato diuisa est corpe. deitas tamē inse
pabilis ab vtrisq̄z pmāsit: ab aīa dico ⁊ cor/
Instantia pore. Forte dicet̄ q̄ si predicte due ꝯclusio
nes sunt vere. tunc anima christi nūq̄z fuisset
sepata ab eius corpore. Cōsequens est cōtra
fidem. quia tunc christus nō fuisset mortu/
us. Probo cōsequentiā. q̄ꝛ sicut illa que sunt
eadē eidem: sunt eadē inter se. sic illa que sunt
vnita eidē: sunt vnita inter se. sed fm has con
clusiones anima et corpus christi semp fue/
runt vnita deitati. ergo semp fuerūt vnita in/
Solutio. ter se. Respōdeo negādo ꝯsequentiā. Ad
pbationē dicendū q̄ sicut illa que sunt idem
tercio q̄uis sint idē inter se entitate illius ter/
cij. tamē inter se pn̄t realiter manere disticta.
vt patet de tribus diuinis psonis. que sūt idē
essentie diuine. ⁊ sunt idē inter se entitate diui
ne essentie. ⁊ tamē differūt real'r inter se. Sic
illa que sunt vnita tercio. q̄uis ratione illius
tercij possint dici aliquo modo vnita. tamen
inter se poterunt vere manere distincta. Po/
test em̄ vnio aliquorū fieri in aliquo tercio. q̄
tamē inter se manēt distincta loco ⁊ subiecto.
ergo nō valet.

Articulus secundus. Quantuz ad secun
dum articulū dico primo q̄ corpus xp̄i suis
naturalibus derelictū vere fuit incinerabile. ⁊
potuit in elemēta resolui. si p resumptiōz ani
me nō fuisset resuscitatū. Quia omne cōposi/
tū ex elemētis est resolubile in elemēta. maxie
si suis naturalib9 fuerit derelictū. sed corpus
xp̄i vere fuit ꝯpositū ex elemētꝭ. sicut etiā cor
pora ceterorū hoīm. Maior patz nō solum p
phos. verūetiā ptz p Aug. xix. de ciui. dei. ca.
xij. vbi ait q̄ si corp9 humanū naturali cursui
relinquat̄. tādiu. q. trāsmutat̄ donec mūdi cō
ueniat elemētis. Minor etiā nota ē. q̄ꝛ si nō
fuisset ꝯpositū ex elemētis. tūc nō fuisset d̄ spe
ra actiuorū ⁊ passiuorū. sed de natura celesti.
Scd̄o dico q̄ corp9 xp̄i nūq̄z fuisset incine Scd̄a cō/
ratū supposito q̄ deitati mālerit sp vnitū. da/ clusio.
to etiā q̄ p resurrectionē nūq̄z fuisset anīe sue
reunitū. Quia agēs nō valēs attingere q̄cū/
q̄z sua actōne actualē subsistētiā alicui9 corpo
ris hoc nullo mō pōt ipm corrumpe seu inci
nerare. sed nullū agēs naturale pōt attingere
eē subsistēte corpis xp̄i vniti deitati p assum/
ptionē verbi. q̄ꝛ illud esse ē esse psone diuie. vt
pz ex dictis supius. g̃ ⁊c. Sed sic dicēdo Instantia
oṙit duplex difficultas ꝯtra me. Una ē. q̄ꝛ 1
eadē rōne homo xp̄s nō potuit occidi. q̄ꝛ sue
exñtie esse fuit esse verbi. Scd̄a est. q̄a hic 2
dico corpus christi compositū ex elementis:
in pmo autē articulo istius questiōis dixi q̄
corpus qd̄ ē altera ps cōpositi dicit solā ma/
teriā cū quodā mō q̄ntitatiuo. Cū igit̄ mate
ria nec ꝯponat̄ ex elemētis. nec resoluat̄ in ele
menta: ideo posset alicui videri q̄ dicta i secū
do articulo nō se compatiātur cum eis q̄ di/
cta sunt in primo articulo. Respōdeo ad Solutio.
primū dicendū. q̄ ille homo occidi potuit. h̄ Ad. 1.
fuit ex dispensatione diuine volūtatis. q̄ꝛ pre
supposita sui cū verbo psonali vnione. ⁊ p ꝯse
quēs beata fruitione ipse nō minus fuiss3 im
mortalis q̄z quicūq̄z alius homo btūs resum
pto suo corpe. nisi interuenisset singularis di
spensatio diuine volūtatis Ad scd̄m dd̄m Ad. 2.
q̄ q̄uis nuda materia n̄ possit dici ex elemē/
tis ꝯposita. tn̄ materia huana d̄r cōposita ex
elemētis. eo q̄ rōne q̄litatū elementariū i ipsa
fundatarū tempate ⁊ i esse remisso virtualiter
i se ꝯtineat elemēta. Etiā ꝯtra secundā cō Gotfri. ꝯ
clusionē sunt quidā magni doctores. quorū scd̄az ꝯclu
vn9 ait. q̄ cā incorruptōis corpis xp̄i fuit acce sionē.
leratio sue resurrectōis. ⁊ allegat dictū. b. Pe 1
tri Act. ij. c. fundatū sup illo v̄bo ps. Nō da
bis sctm̄ tuū videre corruptōz. P. xp̄s ha/ 2
buit corp9 humanū vniuoce cū ceterꝭ hoīb9.
sed oēs ceteri hn̄t corp9 icinerabile si diu māet

sepatum ab anima. ergo ꝛ ipse christus ha/
3 buit corpus incinerabile. ℗. christus assū
psit corpus humanū cū defectibꝫ penalibꝫ cō
sequētibꝫ vl'r naturā humanā. sed vnus illo/
rū defectuū ē corpoꝝ incineratio. vt de se ptꝫ.
Maior etiā ē nota ꝑ apl'm ad Hebre. ij. vbi
vult. ꝙ xp̄us ꝑ oīa debuit fratribꝫ assilari ꝑter
4 pctm̄. ℗. inequalitas complexionis ꝛ dis/
sipatio armonie prius infuit corpi christi ꝙ̄
aīa ab eo separetur. sed talis inequalitas ē via
ad incinerationē. quia ex hoc vnus humor al
teri supeminet ꝛ naturaliter consumit ip̄m.
5 ℗. actiuū approximatuꝫ passiuo ꝛ nō im
Rō Sco. peditum. naturaliter agit in ip̄m. sed corpus
christi post sepationē aīe fuit passiuū natura
liter. quia nō fuit glorificatū. ꝛ fuit approxia
tum actiuo. puta calori corpis circumstātis.
ac etiam habuit calorē ꝓprium intrinsecū. er
go si nō fuisset putrefactū hoc fuisset singu
Solutio. lare miraculū. ℞. ad p̄mū. ꝙ. b. petrꝰ indu
Ad. 1. cit illū textū tm̄mō ī testimoniū resurrectiōis
xp̄i. ꝛ ī testimoniū ꝙ ih̄s fuerat ille q̄ ſm vati
ciniū ꝓphetaꝝ vēturus erat ꝓ salute humani
Ad. 2. generis. Ad scdm̄ dām. ꝙ licet xp̄us hr̄et
corpus vniuocū cuꝫ ceteris hominibꝫ. tm̄ illud
corpus nō habuit esse subsistētie vniuocū cū
Ad. 3. ceteris corporibus hoim. Ad terciū dām. ꝙ
xp̄s assumpsit penalitates corpales mortē p̄/
cedētes. quia talibus xp̄us mereri potuit. ꝛ ꝑ
eas nostra redemptio ꝓmota fuit. tales autē
penalitates que sequūtur mortē christus nō
assumpsit. quia nō deseruiebant ad finem sue
incarnationis. puta ad salutē humani gene/
Ad. 4. ris. Et ꝑ hoc patet ad quartū. quia speciā
li diuina dispensatōe ꝑmissum ē. ꝙ talis affli
ctio potuit esse in corpe informato ꝑ animaꝫ
beatifice diuinā essentiā ꝯtemplantē. ad quā
afflictionē pro salute humani generis seque/
batur corpalis armonie distemperatio Post
mortē autem predicta incineratio seu putrefa
ctio nullo mō valuit nostre redemptiōi. imo
potius diuine dignitati derogasset. ꝙ corpus
sibi ꝑsonaliter vnitum fuisset putrefactuꝫ. er
go talis diuina dispensatio cuiꝰ ꝑmissione fie
bat ꝙ agentia naturalia in illud corpus bene
dictum agere poterant dum vixit. illa inquā
dispensatio nō habuit locum postꝙ̄ illud cor
pus mortuū fuit. Et ideo dato ꝙ aīa xp̄i nū/
ꝙ̄ fuisset reassumpta. corpus illud ꝑpetue ga
uisuꝫ fuisset illo excellētissimo ꝑuilegio hypo
statice vnionis cuꝫ diuina ꝑsona. quo ꝑuile/
gio sp̄ fuisset ꝓseruatū ab omi actiōe destructi
Ad. 5. ua cuiuscūꝙ creature. Ad quintū dicēduꝫ
ꝙ nō fuisset singulare miraculū ꝙ calor destru
ctiuus nō egisset in tale corpus. cuius existē/
tiam talis calor nec aliqua creatura potuit at
tingere. immo magis fuisset miraculū si egis
set in ipsum. quia hoc merito attribuēdū est
miraculo quod sine speciali diuina dispensa/
tione fieri nō potest. Etiā falsum assumit
cum dicit. ꝙ illud corpus post sepationē aīe
naturaliter fuit passiuū. hoc em̄ nō est verū ni
si cursui sue nature fuisset derelictū. vt supius
dixi ī prima ꝯclusione.

Dis. xxij. Articulus tercius.

Quātū ad tercium articulū p̄mo ponā vnā ꝯclusiōꝫ. Deinde du
cā aliquoꝝ magnoꝝ opiniones ī ꝯtrarium. ꝛ
eoruꝫ motiuis r̄ndebo. Cōclusio est hec. ꝙ Cōclusio
christus ī triduo nō fuit verus hō. Quia hō
mortuus nō est verus hō. Sed xp̄s ī triduo
fuit homo mortuus. Maior patet. qꝛ sicut ꝑ
generationē humanā illud quod generat in
cipit esse homo. eo ꝙ esse humanū ꝑ hm̄oi ge
nerationē acquirat. sic illud quod corrumpi/
tur seu morit morte humana desinit esse hō.
eo ꝙ esse humanū perdat hm̄oi corruptionē.
Minor patet ex catholica fide. ℗. christꝰ 2
in illo triduo nō fuit animal. ergo nō fuit ho
mo. Cōsequētia patꝫ. quia a quocūꝙ vere ne
gat supius. ab eodē vere negat inferius. Añ/
cedēs ꝓbo. quia xp̄s ī illo triduo nō fuit sub/
stātia aīata sensibilis. quia nec deitas fuit anī
mata. qꝛ nō fuit anima informata. nec anima
christi potuit dici animata. qꝛ tūc fuisset ꝑ ali
am animā informata. nec corpus christi fuit
animatū. qꝛ ꝑ mortē fuit ab aīa sepatū. Sꝫ Opi. magistri ꝙ xp̄s ī triduo fuerit homo.
ꝯtrarium videt tenere mgr̄ hic in lr̄a. Et ista
opinio vt aliqui dicunt potest confirmari sic
Anima rationalis ꝛ caro ꝯiūcte in vna hypo
stasi faciūt verū hominēꝫ. Sed ī triduo caro 1
ꝛ aīa fuerūt seu māserūt ꝯiūcta vni hypostasi.
scꝫ ꝑsone verbi. ℗. christus in triduo fuit 2
christus. ergo christus in triduo fuit homo.
Cōsequētia patet. quia sicut ad destructōꝫ su
perioris sequit destructio inferioris. sic ecōuer/
so ad positionē inferioris sequit positio superi
oris. Añcedēs patet. qꝛ nulla verior est p̄dica
tio ꝙ̄ illa in qua idē p̄dicatur de seipso. ℗. 3
ista videt esse intētio beati Aug. q̄ ait. Male
dictus qui dicit christū deposuisse hominēꝫ
quē semel assumpsit Sed ista nō ꝯcludūt Solutio.
Dicēdo igit ad p̄mū nego maiorē. nisi sic con Ad. 1.
iūgātur illi hypostasi. ꝙ etiam inter se ꝯiūgā/
tur ꝑ modum informātis ꝛ informati. Sed

sic nō fuit in ꝓposito. quia q̄uis tam anima
q̄z caro christi manerent vnite hypostasi filij
dei. tamen ab inuicem sic fuerant sepate ꝙ il/
la anima carnē nō informabat Nam corpus
christi fuit in sepulcro. ⁊ anima fuit ī inferno
⁊ ꝑ consequēs hm̄oi anima cū tali carne na
Ad.2. turam humanā nō constituebat. Ad secū
dū nego ꝯsequentiā. quia si essꝫ bona. tūc ego
probarem tibi. ꝙ Plato qui añ mille annos
desijt esse homo. nūc esset homo. quia Plato
nūc est plato. Idem em̄ predicat̄ de seipso fm̄
omnē differentiā tempis. etiā si nulla realitas
importetur ꝑ terminū repetitū de seipso. nam
chimera est chimera. chimera fuit chimera.
⁊ chimera erit chimera. licet ī se nihil sit Sic
licet christus nō fuerit in illo triduo. ista ta/
men fuit vera ratione habitudinis termino/
rum. christus fuit christus ī illo triduo. Q,
autem christus nō fuerit in illo triduo patꝫ.
Quia fm̄ August. christus dicit diuinā
sonam in duabus naturis existentē. diuina
scꝫ ⁊ humana. cum igitur hūana natura chri
sti in illo triduo corrupta fuerit. ideo christ⁹
Ad.3. in illo triduo nō fuit. Ad tercium dicen/
dū est ꝙ q̄uis xp̄s manēs viuus nunq̄z depo
suerit illum hominē. christus tamē mortuus
deposuit illum hominē. quia deposuit seipsū
fm̄ humanā naturam. Uel dicendū ꝙ q̄z
uis filius dei nunq̄z deposuerit illum hominē
materialiter. quia semꝑ retinuit partes essen
tiales. puta animā ⁊ corpus illi⁹ hoīs vnitas
sibi. que sunt totus homo saltem materiali/
ter. deposuit tamen illum hominē formaliter.
quia nō retinuit in illo triduo naturam hu/
Opi. Hu manā compositā ex predictis ꝑtibus Se
gōis ꝙ aīa cundo ꝯtra ꝯclusionē predictā videt̄ esse opi
sit ꝑsona. nio Hugonis de sancto victore. qui. ij. libro
de sacramentis. ꝑte prima. ca. iiij. ponit. ꝙ to
ta personalitas homīs consistit ī sola anima.
1 Quod probat tripliciter. Primo quia di/
cit Boetius in libro de duabus naturis ⁊ vna
ꝑsona christi. Persona est rōnalis nature in/
diuidua suba. Sed sola aīa in homīe est rō
2 nalis substātia. ergo ⁊c. P̄. dicit̄ ī symbolo. ꝙ
sicut aīa rōnalis ⁊ caro vnus ē hō. ita deus et
hō vnus est xp̄s. Cū igit̄ in xp̄o tota ꝑsonali
tas sumat̄ ex parte dei. ergo in homine tota ꝑ
3 sonalitas sumitur ex parte anime. P̄. vult
idem Hugo. ꝙ sicut homo dicit̄ corpus. sic
etiā ista sit vera. homo ē anima. cū anima sit
multo nobilior ꝑs hoīs q̄z corp⁹ Et ex his
ꝯcludit̄ ab aliquibus. ꝙ Hugonis intentio
fuerit ꝙ christus ī triduo fuerit verus homo

cū aīa sua q̄ ꝑncipaliter dicit̄ homo vel ꝑsona
humana fm̄ dictū Hugonis nunq̄z fuerit a
deitate sepata. Sed ista opinio si assereret̄ Cōtra hu
esset multū ꝑiculosa. Primo q꞉ sequeret̄ ꝙ in gonē.
dn̄o iesu xp̄o due fuissent ꝑsone. diuina. s. et 1
humana. quod ē supius tanq̄z erroneū repro
batū Scd̄o q꞉ illud cui nec ꝯuenit ꝑ se eē 2
nec ꝑ se agere. illud nō est ꝑsona. Nā oīs ꝑso
na ē suppositū. suppositoꝝ aūt est ꝑ se esse ⁊
agere. vt patet. i. metaph. sed aīe nec ꝯue/
nit ꝑ se esse cū sit pars. ꝑti em̄ non ꝯuenit esse
nisi inq̄ztum totū est. nec ꝯuenit ꝑ se agere. vt
patet. i. de anima. vbi negat phūs ipsam ani
mā etiā intelligere. qd̄ tn̄ magis sibi ꝯuenire
videt̄. Et si dicit̄ ꝙ aīa saltē a corꝑe sepata Instantia
ꝑ se est ⁊ ꝑ se agit. Respōdeo ꝙ etiam sepa Solutio.
te anime talia nō ꝯueniūt absolute. sed ī ordi
ne ⁊ cū inclinatione ad corpus. vt Aug. pꝫ
xij. sup Gen̄. ꝓpter qd̄ nec vt sepata ꝓprie ha
bet rationē ꝑsone vel suppositi. q꞉ supposito
absolute ꝯuenit eē ⁊ agere fm̄ se sine inclinatō
ne ad alteꝝ. P̄. quicq̄d aduenit enti cōple 3
nō pōt secū facere compositionē eēntialē
sed solū accidentalē. sed ꝑsona dicit ens ꝑfe/
ctū ⁊ ꝯpletū. iō si aīa hūana esset ꝑsona. tunc
ex ipsa ⁊ corꝑe nō fieret cōpositio eēntial̄. nec
ꝑ ꝯsequens ex ipsis fieri posset vna humana
natura. Ad primū dicendū ꝙ tota huma Solutio.
na natura ꝯposita ex aīa ⁊ corꝑe est rōnalis Ad.1.
suba. q̄uis ꝑncipiū formale quo sibi h̄ cōue/
nit sit ipsa aīa rōnalis. Ad scd̄m dicēdū ꝙ Ad.2.
illa silitudo nō currit ꝑ om̄es pedes sicut nec
quecūq̄z alia. Si em̄ ī nullo differret̄ tunc nō
esset ibi similitudo sed identitas. Unde ꝑ il/
lam similitudinem Athanasius nō plus in
tendit q̄z ꝙ christus integratur ex natura di/
uina et humana. quarum quacunq̄z ab ipso
filio dei negata. ipse nō est christus. sicut ve/
rus homo constat ⁊ integrat̄ ex carne et ani/
ma rationali. quarū quacunq̄z nō existēte nō
erit verus homo. Ad tercium dicendū. ꝙ Ad.3.
corpus p̄dicatū de homine nō est ꝑs homīs.
quia ꝑs nō p̄dicat̄ de toto essentialiter. sꝫ tm̄/
modo concretiue. ⁊ ideo vt supius dixi illud
corpus qd̄ p̄dicat̄ de hoīe est genus subalter/
nū p̄dicamēti sube. ⁊ ideo p̄dicat̄ de hoīe sic
totū vl̄e de sua ꝑte subiectiua. Tercio ꝯ su Opi. ꝙ for
pradictā ꝯclusionē videt̄ esse q̄daꝫ opinio q̄ ma dicat
ponit ꝙ forma sit tota q̄dditas rei Que opio totā q̄ddi/
si eēt vera cū aīa xp̄i fuerit in triduo tota q̄d/ tatē rei.
ditas sua. fuissꝫ ⁊ ꝑ ꝯn̄s tota natura. q꞉ q̄ddi
tas ⁊ natura idē sunt. ⁊ sic christus in triduo
fuisset verus homo. quia habuisset veram

humanam naturam. Motiua autem illi/
1 us opinionis sunt hec. Illud nõ est de quid/
ditate rei quo res potest esse ꝛ nõ esse. q2 quid
ditas rei est ingenerabilis ꝛ incorruptibilis.
vt patet. vij. metaph. sed materia ẽ illud quo
res potest esse ꝛ nõ esse. vt patet in eodem.
2 P. illud est principium cognoscẽdi ipsam
rem quod ptinet ad quidditatẽ eius. sed ma/
teria nõ est principiũ cognoscẽdi illud cuius
est materia. quia materia ẽm se est ignota. vt
3 patet. i. phisicorũ. ꝛ. vij. metaph. P. in eo/
dem septimo dicit. ꝙ animaliũ aĩa est substã
4 tia animati ꝛ species ꝛ ꝙ quid erat esse. P.
cõmentator. x. ethicorum ait. ꝙ intellectus est ve
Cõtra rus homo. Sed ista opinio nec potest sta
1 re catholice loquẽdo. nec philosophice. Nõ
quidẽ catholice. quia existẽte eadẽ quiddita/
te humana semp est idẽ homo. ergo si anima
sortis i resurrectione mortuorũ assumeret cor
pus aliud ꝙ suum. siue illud esset humanum
siue equinũ: semp maneret idẽ homo. qđ nul
2 lus theologus sane mẽtis diceret. P. in mor
te christi natura humana nõ fuisset corrupta.
quia mãsisset tota quidditas que ẽ idẽ quod
natura. eo ꝙ mãserit tota anima christi. que ẽ
3 forma eius. ꝛ quidditas ẽm istos. Nec po
test ista opinio stare philosophice Quia om
ne p se vnũ habet p se quidditatẽ vnã. ꝛ p con
sequẽs omnia ex quibus fit p se vnum. ex illis
fit p se quidditas vna. Sed ẽm omẽs philo
sophãtes ex materia ꝛ forma fit p se vnum. er/
go ex ipsis fit p se quidditas vna. ꝛ p ꝯseqñs
ipsa materia sicut spectat p se ad rei vnitatem.
sic spectat per se ad rei quidditatẽ. P. cum
4 quidditas substãtie dicat esse completum. se/
quitur ad istam positionẽ sicut ad pcedẽtem
ꝙ compositio ex materia ꝛ forma sit composi
tio accidẽtalis. P. illud quod ingredit p/
5 fectam diffinitionẽ rei. hoc spectat ad quiddi
tatẽ rei. sed materia ingredit pfectã diffinitio
nem rei. vt patet. ij. phisicorum. vbi dicit. ꝙ que
dam partes in diffinitione sũt materia. Idẽ
patet. vij. ꝛ. viij. metaph. vbi phus approbat
diffinitiões que diffiniũt p materiã ꝛ formam.
Item cõmẽtator. vij. metaphisice ait. ꝙ impos/
sibile est intelligere hominem sine carnibus et
6 ossibus. P. cõtra omnes istas opiniões est
Aug. xiij. de trinitate. ca. xxiiij. vbi ait. ꝙ ho/
mo nõ est corpus solum. nec anima sola. sed
Solutio. quod ex anima constat et corpe. Ad pri/
Ad. 1. mũ motiuũ eorũ dicendum. ꝙ licet illud quo
res potest esse ꝛ nõ esse. nõ sit de quidditate rei
incorruptibilis. potest tamẽ bene esse de quid
ditate rei corruptibilis. Phus etiam cum
ait ꝙ quidditas ẽ ingenerabilis ꝛ incorrupti
bilis. ipse loquit de quidditate in vli ꝛ specifice
sũpta. ꝛ nõ in pticulari seu in hoc indiuiduo
sumpta. Potest etiam dici ad minorem. ꝙ
materia ratione qua materia nõ est principi
um corruptionis. sed ratione qua priuationẽ
habet annexã. Nã vt supius in secũdo libro
pbaui in celo est vera materia. attamẽ celum
est incorruptibile. Ad secundũ dicendũ ꝙ Ad. 2.
sicut materia nõ est omnino ignota. sed cogno
scitur p anologiam ad formã. sic nõ est verũ
dicere ꝙ nõ spectet ad rei quidditatẽ. sed ve/
rum est dicere ꝙ spectat ad rei quidditatẽ me
diante forma seu in ordine ad formã. quia vt
sic est principiũ ꝛ cognoscẽdi rem ꝛ diffinien/
di. Ad terciũ dicendũ ꝙ p illa verba nõ in Ad. 3.
tẽdit Aristo. dicere ꝙ sola forma sit quiddi
tas rei. sed intẽdit dicere ꝙ licet materia et for
ma intrẽt quidditatẽ rei. forma tamẽ est pnci
palis ps quidditatis. quod nec ego nego.
Ad quartũ dõm ꝙ cũ hoc ꝙ cõmẽ. nõ est i Ad. 4.
hoc tenẽdus. ipse etiã ꝯtradicit his q de intel
lectu dixit i. iij. li. de aĩa. vbi dixit intellectum
esse substãm sepatam.

Articulus quartus.

Quantum ad quartum articulũ est aduertendũ. ꝙ xps descende
rit post mortem ad infernũ ẽ articulus fidei.
ꝛ p ꝯsequẽs nõ est ponendũ in dubio. Sed
cũ infernus diuidat in multas ptes. quarum
vna est ps supior que dicit limbus patrum. et
alio nomine sinus Abrahe. alia pars est infi/
ma. que est locus perpetue damnatorũ. puta
illorum qui in mortali peccato ꝛ sine penitẽtia
ab hoc seculo decesserunt. Tercia pars est lo
cus medius qui dicit locus purgatorius. De
primo nõ vertitur i dubiũ quin ad eum descẽ
derit. ꝛ sanctos patres inde liberauerit. De se
cũdo silr nõ dubitat. quia quos nõ liberauit
ad illos nõ descendit. sed illos nõ liberauit q
erant in infimo loco inferni. cum eorũ vt pre/
missum est damnatio sit ppetua. Vñ de illo
intelligit inferno cum dicit. In inferno nul
la est redemptio. De loco autem medio du
bitatur. Sed quia in re dubia ad partem
magis piam declinãdum est. vbi hoc sine pe
riculo fidei fieri potest. ideo ad presens teneo Cõclusio
hanc partẽ ꝙ christus ẽm animã suam vnitã
deitati descendit nõ solum ad sinum Abrahe
liberando sanctos patres. verumetiã sua libe
ratiua ꝟtute descẽdit ad purgatoriũ captiuos

1 ibidem misericorditer liberādo. Quia sa/
cramentū baptismi liberat hominē a culpa ꝛ
a pena nisi homo ponat obicem. ergo passiōe
christi existentes in purgatorio a pena fuerūt
absoluti. Añcedens fide tenemus. Cōsequē
tia etiā patet. quia virtus baptismi est ex pas/
sione christi. ꝛ nō solum pro illis qui erant ī
limbo. verumetiā pro illis qui erant in purga
2 torio christus fuit passus. ꝑ. In aduentu
nouo summi principis. puta imꝑatoris om
nes captiui liberātur qui nō sunt rei mortis.
nec sunt inimici principis. et quorum libera/
tio nulli est p̄iudicialis. sed ꝓtunc existentes
in purgatorio quādo christus ad inferna de/
scendit nō erant rei mortis. qꝛ erant sine mor
tali peccato. nec erant inimici principis. quia
caritate informati erant. ꝛ ꝑ ꝯsequēs non so/
lum nō fuerunt inimici. verumetiā amici fu
erunt. nec eorum liberatio p̄iudicabat alicui.
ergo verisimiliter poterit sustineri ꝙ in aduē/
tu illius summi principis et regis glorie ipsi
3 fuerint liberati. ꝑ. Actuū. ij. beatus Pe/
trus dicit de christo. Quem deus suscitauit a
mortuis solutis doloribus inferni. Sꝫ hoc
nō potest intelligi precise de limbo patrū. quia
ibi nullus fuit dolor. Naꝫ dolor est pena sen
sibilis. patres autem sancti solūꝫ patiebātur
penam damni vsqꝫ ad tempus sue liberatio/
nis. Si em̄ habuissent penam sensus tempo
ralem. tunc fuissent in purgatorio. Ergo vi/
detꝰ ꝙ christus ꝓtunc soluerit seu destruxerit
penas et dolores purgatorij. Et ista videtꝰ
esse intentio beati August. qui in epistola ad
Enodium tractans iam dicta verba beati pe
tri ait. Quomodo intelligatur Abrahā ī cu/
ius sinum pius paup susceptus est in illis fu
isse doloribus. ego quidem nō video. Et in/
fra in eadem epistola subdit. Quapropter si
in illum Abrahe sinū christū mortuū descen
disse sancta scriptura dixisset. nō nominato
īferno eiusqꝫ doloribus. miror si quisq̄ꝫ ad in
feros eum descendisse auderet asserere. Sed
quia euidentia testimonia infernū cōmemo
rāt ꝛ dolores. nulla causa occurrit cur ille cre
datur venisse saluator. nisi vt ab eis doloribꝫ
Cōtra cō/clusionē. saluos faceret. Sed obuiare videtur pre/
dicte conclusioni verbuꝫ christi qui dixit la/
troni. Hodie mecum eris in paradiso. vt scri
bitur Luce. xxiij. Si ergo cum latrone fuit
illa die in paradiso. ergo nō videtur fuisse in
Solutio. inferno. Respondeo ꝙ ibi nomine para/
disi intelligitur clara visio diuine essentie. qꝛ
omnes liberati per christum immediate post
mortem eius clare viderunt diuinā essentiaꝫ
quia per mortem christi ablatum fuit medi/
um ꝓhibens huiusmodi visionē. In hāc
etiam paradisum raptus fuit apostolꝰ vt ipe
met fatetur. ij. ad Corinth. xij. Etiā conse/
quentia nō valet. Quia dato ꝙ vna hora illi
us diei fuisset in terrestri paradiso. alia hora
potuit esse in inferno. Ad argumentū p̄n Ad argu. princi.
cipale dicendū ꝙ p̄dicta vnio solum facit cō
municationē ideomatū ſm terminos concre
tos. qui ſm suum modum significādi impor
tant suppositū. quia huiusmodi ꝯmunicatio
fit ratione suppositi. sed anima et corpus qđ
est pars xp̄i nō habēt rationē suppositi. iō nō
p̄dicātur de deo.

Distinctio vicesimatercia.

Cum vero su
pra ꝛc. Postq̄ꝫ magister supius
determinauit de ꝯditionibꝫ redē
ptori ꝛ capiti nostro ꝯuenientibus. nūc inci
pit determinare de ꝑfectionibꝫ tā capiti q̄ꝫ mē
bris inexistētibus. Et diuidiꝰ in duas ꝑtes.
Quia p̄mo tractat de ꝑfectionibꝫ se habētibꝫ
ꝑ modū habitus. Scđo de ꝑfectionibꝫ hn̄/
tibus se ꝑ modū actus. dist. xxxvij. ibi. Sꝫ
iā distributio. Prima ī duas. Nam p̄mo de
terminat de diuersis virtutū habitibꝫ distin/
cte. Scđo đ eorū ad inuicē ꝯnexione. distin.
xxxvi. ibi. Solet etiā queri. Prima in duas.
Quia p̄mo tractat de v̄tutū habitibꝫ. Scđo
de donis spūsctī. distin. xxxiiij. ibi. Nūc de se
ptē donis. Prima ī duas. Nā p̄mo ꝓsequiꝰ
de tribus theologicis virtutibus. Scđo de
quattuor cardinalibꝫ. disti. xxxiij. ibi. Post
p̄dicta de quattuor ꝛc. Prima in tres. Nā p̄
mo determinat de fide. Secūdo de spe. Ter/
cio de caritate. Scđa disti. xxvi. ibi. Est autē
spes. Tercia dis. xxvij. ibi. Cū aūt xp̄s fidē et
spem. Prima ī duas. Nā p̄mo tractat de ha/
bitu fidei absolute. Scđo q̄dāmō ꝯpatiue.
dis. xxiiij. ibi. Hic q̄riꝰ si fides. Pria ī duas.
Nā p̄mo oñdit q̄d ē fides diffinitiue. Scđo
de q̄ est fides obiectiue. ibi. Notādū quoq̄ꝫ ī
Prima in tres. Nam p̄mo ponit fidei descri
ptionē. Secūdo membrorū descriptōnis ex/
planationē. Et tercio incidētiū dubitationū
determinationē. Scđa ibi. Accipiꝰ aūt fides
Tercia ibi. Si v̄o q̄riꝰ vtꝝ. Et hec in duas.
Nam p̄mo determinat dubitationē potentē
oriri circa fidei permanentiaꝫ ꝛ stabilitatem.

Scđo rñdet ad dubitatiōez q̄ possʒ oriri circa fidei vnitatē. ibi. Cūq̄ʒ diuersis modis.

Sequit̃ illa ps. Notādū q̄ʒ ē. Et diuidit̃ i tres ptes. Nā pmo mgr̃ ōndit φ fides obiectiue seu materialr̃ ē de nō apparētib9. Scđo declarat h̄ p descriptionē fidei quaʒ dat aplus. Tercio inq̄rit vtrū spei sit cōicabilis hmōi descriptōnis mod9. Scđa ibi. Ait em̄ apl's. Tercia ibi. Si v̄o querit̃ ꝛc. Hec ē diuisio ꝛ snia xxiij. distinctōis in generali. Circa quā quero hāc questionē in speciali.

Trū fides sit habit9 v̄tuosus. Uidet̃ φ nō. Qr q̄cūq̄ʒ habit9 nūq̄ʒ fuit i xp̄o ille nō ē virt9. fides nunq̄ʒ fuit in xp̄o. ḡ ꝛc. Maior pʒ Nā cū xp̄s fuerit pfectissimus hō optebat oēm v̄tutē f̄m excellentissimū gradū suū esse i eo. Minor etiā pʒ. qr fides ꝛ clara visio nō se ꝯpatiunt̃. sed xp̄s cū fuerit ꝯphensor a pmo instāti sue ꝯceptiōis sp habuit clarā noticiā oīm credendoꝝ. ḡ ꝛc.

Cōtra. oīs habitus intellectualis verū dicens est virtus. vt patet. vi. ethicoꝝ. fides est hmōi. qr fidei de q̄ ad pn̄s loq̄mur nulla falsitas pōt subesse. Hic q̄ttuor sunt vidēda.

Primo i vlī q̄d sit habit9. Scđo vn̄ generet̃ siue ꝓcedat habit9. Tercio vtrū neccio īdigem9 habitib9. ꝛ ad q̄d deseruiūt nobis habitus. Et quarto de pncipali q̄sito.

Articulus primus.

Quantuʒ ad primū ē sciendū. φ f̄m ea q̄ videm9 i dictis Aristot. tripl'r possum9 loq̄ de habitu. Nā vno mō habitus solet dici illud f̄m quod quis bn̄ vl' male se habet ad se vel ad alterū. Et sic habitus ē pma species qualitatis. Alio mō habitus est adiacētia corpoꝝ ꝛ eoꝝ q̄ circa corp9 sunt. Et sic p se ꝯstituit p̄dicamētū. vt appareti sex pncipijs. Tercio mō habit9 dicit̃ ipsa habitio q̄ cōiugaliter se habet ad ipm habere cū sit abstractū ei9 ꝛ sic ē post p̄dicamētū. ꝛ diuidit̃ in octo modos habēdi. vt apparet circa finē libri p̄dicamentoꝝ. Ad pn̄s autē mgr̃ solū loquit̃ de habitu f̄m primaʒ acceptionē. Et iō de habitu isto mō dicto duas ponā cōcl'oes.

Cōclusio prima.

Prima ē φ habit9 q̄ʒtū ad suū pncipale significatū ē q̄dā res absoluta

Scđa cōclusio.

Scđa ē φ rōne sui ꝯsignificati ē q̄d relatiuū ꝛ iplicat relatōʒ. Primā ꝯcl'oez pbo sic.

1 Illud q̄d ē eēntial'r i p̄dicamēto q̄litatꝫ ē res absoluta saltē q̄ ad suū pncipale significatū. qr q̄litas est distīcta ꝯ relatōʒ. sicut absolutū ꝯ respectiuū vt pʒ. v. meth. ꝛ i li. p̄dicamētoꝝ. Sʒ habit9 isto mō dict9 ē eēntial'r q̄litas cū sit pma sp̄s q̄litatis.

2 P. illud q̄d importat pfectōʒ simpl'r quā ī vnoquoq̄ʒ melius ē esse q̄ʒ nō esse illud dicit verā rē absolutā. sed habitus saltē virtuosus q̄ hic loquit̃ mgr̃ est hmōi. ḡ ꝛc. Maior ptʒ p Ansel. in monologion. xv. ca. Apparet etiā rōne. Nā illud quod pōt aduenire rei sine sui mutatione nō dicit pfectōem simpl'r. sʒ ens respectiuū pōt aduenire suo fundamēto absq̄ʒ sui mutatōne. ḡ ꝛc.

3 P. illud q̄d pōt eē pncipiū ꝛ termin9 actōis create illud optet eē ens absolutū. sʒ habit9 ē hmōi. ḡ ꝛc. Maior pʒ. v. meth. vbi f̄m Arist. relatō nec pōt eē pncipiū nec termin9 mot9 vel opatōis. Minor etiā pʒ. Nā φ habit9 sit pncipiū operatōis pʒ. ij. de aīa. vbi phus ponit φ habens habitū ē solū in potētia accidētali ad opandū. nā habitib9 vtimur ꝛ opamur cū volumus. Sed planū est φ illud ē principiū opatiōis quo tollit̃ potētia essentialis et relinquit̃ solū potētia accidētalis ad opationē. ꝛ quo operamur cū volum9. Q, etiā sit termin9 opatōis pʒ. ij. ethi. vbi dicit̃ φ ex frequētatꝫ actib9 generat̃ habitus.

Opi. pma φ hit9 scie sit relatio.

Sed ꝯtra istā ꝯclusionē sunt motiua triū sollenniuʒ opinionū. Quarum pma ponit φ habitus sit vera relatio essentialiter exn̄s p̄dicamēto relatōis. Rationes tn̄ istoꝝ magis ꝓcedūt de habitu sciētie. Un̄ arguūt sic.

1 Illud q̄d est p se species relatōis hoc ē vera relatio. scia ē hmōi. qr phs. v. meth. ponit tres spēs relatōis. s. mō numeri. mō potētie. ꝛ mō mēsure. Et addit φ i relatiuis tercij modi alterū. s. ipm mēsurabile ē relatiuū f̄m subaʒ. alterū aūt nō. s. mēsura. Cū igitur sciētia se habeat mēsuratū. obiectū autē vt mēsura. igit̃ scia erit relatiuū f̄m esse. q̄ʒuis obiectū sit relatiuū f̄m dici.

2 P. illud cuius pncipalis ꝯceptus sumit̃ in ordine ad aliud pncipal'r dicit relatōʒ. Ista pʒ p phm ī p̄dicamētꝫ. In h̄ etiā pʒ dr̄a relatiuoꝝ ꝛ absolutoꝝ qr absolutoꝝ ꝯcept9 ē pncipal'r ad se. relatiuorū v̄o ad aliud. Sʒ pncipal' ꝯcept9 scie est ad scibile. qr scia specificat ꝛ distinguit̃ a scibili. Un̄ si tolleret̃ ordo scie ad scibile. tūc scia eēt de nihilo

3 P. illud q̄d corrūpit̃ ad corruptōʒ sui correlatiui q̄cūq̄ʒ absoluto manēte illud ē eēntial'r relatio. sʒ scia corrūpit̃ corrupto scibili. dato φ remaneat illud absolutū sup q̄ immediate fundat̃ scia. Maior ptʒ. qr relatiua posita se ponūt. ꝛ pempta se pimūt. Pro tanto em̄ paternitas est eēntialiter relatio. qr omni absoluto manēte i pr̄e destructa sola filiatōe i filio destruit̃ paternitas. Minor etiaʒ patet.

quia quod nō est non contingit scire. vt pa-
tet .i. posterior. ℘. habit⁹ moralis ṗncipa-
4 liter dicit relationē. ġ ⁊ habitus intellectual.
Cōseqūtia patz. quia sicut habitus moralis
puta virtus pficit habentē ī ordine ad opatio
nē. sic habitus intellectualis pficit ī ordīe ad
cognitionē. Probat̃ añcedēs. ṗmo p aug. xv
de ciui. dei. vbi ait. ꝙ virt⁹ ē ordo amoris. sʒ or
do ṗncipal'r importat relationē. Scḋo p Ari
sto. ij. ethicor. vbi ait. ꝙ virtus ē habit⁹ electi
uus ī medietate ɔsistēs, put recta rō determia
bit. In qua diffinitōe habitus ponit̃ p gene
re. determinatio aūt seu conformitas ad rectā
rationē ponitur p drñia. Hmōi aūt ɔformi
tas est relatio quedā. ⁊ ideo formale. ⁊ p cōse
5 quēs ṗncipale ī virtute ē relatio. ℘ qua ra
tione illud quod generat̃ a scibili vel intelli-
gibili ī intellectu esset q̄d absolutū. eadē rōne
illud qḋ generat̃ ab imaginabili ī fantasia es-
set q̄d absolutū. Sed ɔ̄ns ē falsum. quia tūc
plura absoluta eiusdē speciei ēēnt simᵗ ī eodē
subiecto. puta pl'es silitudines plurīū ptīcu-
6 lariū hoim ℘. forma absoluta nō corrūpit̃
nisi actōe ɔ̄rij vel corruptōne subiecti. vel cor
ruptōe alicui⁹ ṗncipij ɔseruātis. Sed scia de
sinit esse sine aliquo p̄dictor. Primū ptz. qꝛ
scia nō hʒ ɔtrariū. Et scḋm. qꝛ ei⁹ subiectū pu
ta intellect⁹ possibilis ē incorruptibilis Patz
etiā terciū. qꝛ illud ɔseruatiuū vel poneret̃ in
tellectus agēs. ⁊ ille similiter est incorruptibi
lis. vel actus intelligēdi. ⁊ hoc non. qꝛ ille im
mediate desinit esse postq̄ȝ elicitus est. ⁊ iō im
mediate pderemus scientiā ad pditionē ipsi
7 us actus. si actus haberet ipsam ɔseruare ℘
absoluta q̄ sunt vnius generis ppinqui non
pn̄t esse simul in eodē subiecto. ppter hoc em̄
oēs ɔcedūt ꝙ duo act⁹ intelligēdi nō possūt
esse ī eodē subiecto simul. qꝛ sunt eiusdē gene
ris ppinqui. sed oēs scīe sunt eiusdē generis p
pinqui. ġ si scia esset forma absoluta. nec due
8 scīe possent simul esse ī eodē. qḋ ē falsum. ℘.
phs. vij. phisicor. pbat ꝙ ad habitū nō ē mo
tus. p hoc. qꝛ ad relationē nō ē mot⁹. Hec an
tē ɔ̄ntia nihil valeret nisi habitus eēt relatio.
qꝛ qñcunqȝ p aliqḋ mediuȝ negatur aliquod
p̄dicatū de aliquo subiecto. opꝫ ꝙ illud me-
diū p̄dicet̃ affirmatiue de hmōi subiecto. alio
tot⁹ ille discursus ɔstaret ex puris negatiuis.
ex quibꝫ grā forme nihil seq̄tur etiam in qua
cūqȝ figura. vt pꝫ ī li. prior. Et ista ē intētio
ɔmēta. vij. phisicor sup verbo p̄dicto. Dicit
em̄ ɔmētator. ꝙ Aristo. ibi syllogizat in pri-
ma figura. sed in prima figura mediū p̄dica-
tur affirmatiue de minore extremitate in mio-
ri ppositione. ergo posita illa maiori Arist.
ad nullā relationē ē motus. ista erit mior ḃm
ɔmentatorem. omnis habit⁹ ē ad aliq̄d ℘. vn⁹
istor de ista opinione arguit sic. Illud qḋ est 9 Prosper.
ipsa spēs intelligibilis repn̄tās obiectū q̄ spē
aīa ē q̄dammō oīa eo ꝙ ipsas hmōi spēs as
similet̃ omibꝫ. ħ formal'r ⁊ ṗncipal'r importat
relationē. sed scia ē hmōi spēs. ġ ⁊c. Maior
pꝫ. qꝛ silitudine vnūqḋqȝ sile alteri dicit̃. sil'i
tudo aūt ē relatio. vt pꝫ. v. metaph. Minorē Probatio
iste doctor pbat ṗmo sic. Illud quod solum minoris.
requirit̃ in nobis ad tollendū absentiaȝ obie 1
cti. hoc est species repn̄tās ipm obiectū. sed
habitus scientificus est hmōi. Maior patet
Probat̃ minor. quia si requireret̃ ppter ali-
ud. aut hoc esset ppter actū intelligendi. aut
ad facilitandū ⁊ habilitandū potentiā intel-
lectiuā. Nō primo mō. quia actus intelligē-
di ḃm aliquos est generatiu⁹ scīētie. quia ḃm
eos habitus generat̃ ex actibꝫ. Nec scḋo mō
quia quādo due potētie sunt equalis abstra-
ctionis. quarū vna ē actiua. ⁊ altera passiua.
si ī actiua nō requirit̃ dispositio habilitās eā
ad agendū. nec in passiua requirit̃ ad patien-
dum. sed intellectus agens et possibilis sunt
hmōi potētie. ⁊ intellect⁹ agēs nō requirit ad
agendū vel irradiandū hmōi dispositiōe ha
bilitāte. ġ nec possibilis ⁊c. Scḋo ɔfirmat 2
istā minorē auctoritate Aug. xi. de trini. ca. xi
vbi ait. ꝙ cum discimus aliq̄d similitudo rei
fit in nobis. Itē. xv. de trinitate. ca. x. dicit
idē Aug. ꝙ a scientia quaȝ memoria tenem⁹
gignitur verbum ī nobis. sed illud quod me
moria tenemus ē similitudo rei. vt idē Aug.
in multis locis ait. ergo ⁊c. Et si dicit̃ isti. Instantia
ꝙ nihil precedit seipm. sed species p̄cedit actū
illum ex quo causat̃ habitus scīētificus Re Solutio.
spondent ꝙ nō quecūqȝ species intelligibilis
est habitus scīētificus. sed soluȝ species firma
ta ex actibus frequētatis. Sed istam posi Cōtra opi
tionē non reputo esse verā. Ideo ad ṗmū mo nionē.
tiuū eorū dicendū ꝙ minor est falsa. Ad pro Solutio.
batiōnē dicēdū ꝙ licet scientia sit vera res ab- Ad .1.
soluta ḋ prima specie qualitatis. tñ necessario
ɔcernit respectuȝ ad scibile sine quo nō potest
intelligi. qui quidē respectus fundat⁹ ī ipo ab
soluto qḋ est scia vere ē de p̄dicamēto relatōis
Ad scḋm dicendū ꝙ minor nō est vera. qꝛ Ad .2.
q̄uis rōne ɔnotati respectus ad scibile scīētia
nō possit ɔcipi sine ordīe ad ipm scibile. hmōi
tamen respectus nō est de essentia scīe. nec est
de suo ɔceptu ṗncipali. Ad pbatōeȝ dōm ꝙ

scientie et ceteri habitus specificantur et distinguunt intrinsece per propriã suã entitatẽ absolutã. quãuis extrinsece puta quãtũ ad nostrã insinuationẽ seu manuductionẽ specificent et distinguãtur per obiecta.

Ad.3. Ad terciũ nego mio rẽ. quia illud absolutũ quod remanet hoc ego ap

Nota bñ. pello sciam. Ad pbationẽ dicendũ q licet illud qd sic non est q nec fuit nec vnq̃ esse poterit nõ contigat sciri. tamẽ illud quod sic nõ est actu aliter q tamẽ aliquid fuit et remanet in suo simili puta in specie intelligibili. hoc bñ possu

Instantia mus scire. Forte dicet q illud cõtradicit predictis. quia ego dixi q quãuis scia nõ sit essentialiter respectus. tñ necessario concernit respectũ ad ipsum scibile. hic autẽ videor dicere q sciẽtia possit manere sine actuali existẽtia ipsius scibilis. et per consequens erit sine respectu ad

Solutio. ipsum scibile. Respondeo q per ea que dixi nõ absoluit sciẽtia a predicto respectu. quia posito scibili tũc illum respectũ concernit actualiter. sublato aũt ipso scibili. adhuc sciẽtia aptitudinaliter saltẽ cõcernit hmõi respectũ. Sicut posito calefactiuo. et sublato omni calefactibili. adhuc calefactiuũ concerneret respectum aptitudinalẽ ad ipm calefactibile. quãuis non

Ad.4. actualẽ. Ad quartũ nego añcedẽs. Ad primã probationẽ dico. q illa nõ est predicatio essentialis: sed causalis. Debet em̃ sic intelligi. Uirtus est ordo amoris. id est virtus facit vt ordinate amemus illud quod amare debem⁹

Ad secundã pbationẽ dicendũ. q ex hoc nõ habet q virtus sit ipsa conformitas. quãuis bene habeatur q virtus cõnotet huiusmodi cõformitatẽ ad habitũ prudentie a qua dirigit

Ad.5. ipse virtuosus in omni actu virtutis. Ad quintũ dicendũ q cõsequẽs nõ est falsum. Ad probationẽ dicẽdũ q nihil repugnat plures formas intẽtionales solo numero differentes simul esse in eodem. Posset etiã dici q species duorũ indiuiduorũ eiusdẽ speciei vt sunt in fantasia differũt specie. quia sic sunt in fantasia scdm q representãt. sed hmõi species representant talia indiuidua nõ quãtum ad substantiã solum in qua specifice cõueniũt. sed quo ad accidẽtia seu principia indiuiduãtia. i quibus

Ad.6 sepius specifice differũt. Ad sextũ dicendũ q potest aliquo modo corrumpi a cõtrario. puta a syllogismo falsigrapho qui cõtrariatur syllogismo demõstratiuo a quo generat sciẽtia. Potest em̃ per falsigraphũ generari in aliquo habitus falsus. ratione cui⁹ postponit sciẽtiã iam acquisitam et obliuiscitur ea. Potest etiam corrumpi corruptiõe cõseruãtis in

strumẽtalis. puta multa vel omnimoda cessatione actus vel exercitij scdm illam scientiã. Exercitium em̃ actuum est quasi instrumentum intellectus et obiecti que principaliter cõseruãt sciẽtiã. Ad probationẽ dicendũ q licet ad desinitionẽ vnius actus. altero tamẽ actu sequẽte. nõ desinat sciẽtia. desinẽte tamẽ sic vno actu q etiã nullus alter subseqtur conformis tali scientie. vt plurimum cõtingit q etiam desinit sciẽtia. Quia sicut nos ex eisdem sumus et nutrimur. sic etiam sciẽtie nostre ex talibus actibus cõseruãtur ex qualibus generãtur Ad Ad.7.

septimũ dicendũ q maior nõ est necessaria et vniuersaliter vera. nisi in talibus que sic sunt sub eodem genere ppinquo. q diuidũt ipsum gen⁹ per oppositas differẽtias. vel que aliquo mõ cõtrariatur. ratione cui⁹ oppositõis vel cõtrarietatis vnũ necessario includit priuationẽ alterius. Qd nõ est verum de habitibus sciẽtificis. sciẽtia em̃ nõ opponitur sciẽtie. licet opponatur habitui falsigrapho. Nec est simile de actu intelligẽdi. quia et si actus actui nõ opponitur. nõ pñt tamẽ esse simul. scdm qd aliqui dicũt. Quia sicut idẽ sbiectũ corpale nõ potest simul figurari actualiter diuersis figuris. sic nec idẽ subiectum spũale diuersis habitibus.

Etiam potest dari instãtia ad illam probationẽ. quia quilibet beatus habet simul noticiam beatificã diuine essentie. et noticiam rerum in pprio genere. que sunt duo actus. cũ vna noticia sit naturalis et alia supnaturalis

Ad octauũ dicendũ q aliquid eẽ adaliqd seu relatiuũ potest dupl'r intelligi. Uno mõ i pmo mõ dicẽdi per se. et omẽ tale eẽntialiter est i predicamẽto relatiõis. Alio mõ i scdo mõ dicẽdi per se. et sic ẽ res alteri⁹ pdicamẽti eẽntialiter. quãuis suscipiat pdicationẽ ipsius adaliquid. Cũ igit dicit phs q ad ipm adaliquid nõ ẽ motus. ista ẽ vl'r vera. nõ solũ de adaliqd primo mõ accepto. sed etiam scdo mõ. Quãuis ad albedinẽ sit mot⁹ vt accipit simpl'r et absolute. tñ vt cõcernit respectũ cõgruẽtie ad membrũ determinatũ. puta addentẽ sub quo respectu sumpta vẽdicat sibi nomẽ habitus corporalis qui dicit pulcritudo vt sic ad ipsam nõ est motus. Et cum dicit q sub illa maiori ista debet esse minor si dz eẽ syllogism⁹ i pma figura. ois habitus ẽ adaliqd. cõcedo. nõ tñ i primo mõ. sed i scdo mõ dicẽdi per se. Et iõ nõ cõcludit q habit⁹ sit eẽntialr de pdicamẽto relationis. quãuis concludatur q concernat inseparabiliter qndã pprietatẽ q ẽ de pdicamẽto relatõis. nec ẽ necesse ipm mediũ semp pdicari

primo mō dicēdi ꝑ se de miori extremitate
ad hoc ꝙ excludat aliq̄d ab ea. ꝫ sufficit ꝙ p̄-
dicetur i scđo mō. Uñ nō min⁹ ē ver⁹ iste syl-
logismus. nullū risibile ē lapis. oīs homo est
risibilis. ḡ nullus hō est lapis. ꝗꝫ iste. nullus
aīal est lapis. omnis hō est animal. ergo nul-
tia gaudij homo a seipso alienatur. et extra seipsum qodammō rapit̄. tunc huiusmodi gaudium extasis vocat̄. Juxta quod ait Dyoni. Amor si fortis fuerit extasim faciens transformat amantē in amatū. Et quia in tali gaudioso raptu destituūtur vires inferiores a suis operationibus. et cor quādoq̄ se mouet extra locum sibi debitum. hinc est q̄ hmōi extaticum gaudium est valde piculosum quādo ex naturalibus causis euenit. quia posset hominē adducere vsq̄ ad mortē citius q̄ quecūq̄ etiam preualida tristicia. Dixi autem notāter quādo ex naturalibus causis euenit. qa si huiusmodi extasis ex raptu diuini amoris procedit. tunc nullū periculum est formidādum. Quia q̄uis diuīa sapientia faciēs huiusmodi raptū attingat a fine vsq̄ ad finem fortiter. vt dicit̄ Sapie. viij. omnia tamē disponit suauiter. vt dicit̄ ibidē. Est em̄ huiusmodi sapiētia nō creata. sed potius creatrix essentia. que omnia cōstituit numero. pondere et mēsura. vt patet Sapie. xi. Et quia scit et potest omnia moderamina nobis expediētia. ergo nō sinit in tali raptu homies pati vltra q̄ expediat sue saluti. Econtra vero extaticum gaudium ex erratico amore nature pueniēs. qui amor q̄uis vulneret. nescit tamen mederi. aliquos quādoq̄ amētes et freneticos efficit. aliquos paliticat. vel aliter graui infirmitate deformat. Unde legit̄ i cronica destructionis hierosolyme. q̄ cū Tytus pnceps romanus existēs in obsidione ciuitatis hierusalem audisset patrē suum. s. Uespasianū electum in imperatorē. tanto gestiuit gaudio q̄ q̄si mortuus cecidit. et cōtractus effectus est quasi in omnib⁹ membris suis. Quod factū considerans Josephus dixit. Oportet otraria cōtrarijs curari. Igit̄ ordinauit ad cōturbandū et contristandū ipm̄ Tytū. vnū hoiem quē Tytus mortaliter odiuit. accipe arma ipsi⁹ tyti. et milites venerūt et simulabant se istum velle habere p duce totius exercitus. Ex q̄ turbat⁹ et tristis factus ē Tytus. q̄ cor suū ad locū debitū se constrinxit ex nimia tristicia qd̄ vltra locum suum se dilatauerat ex pcedēti leticia. et sic restitut⁹ est pstine sanitati Spēs aūt tristicie siue passionis que ad tristiciā reducūtur s̄m Damas. sunt q̄ttuor. s. anxietas. accidia. misedia et inuidia. Anxietatem appellat coartationē animi intra se nō habentis ꝯ imminēti piculo seu malo refugiū Accidia vero vocat̄ tristicia que imobilitat et grauē reddit hoiem ad bonū. Misedia aūt ē tristicia de

Nota sp̄es tristicie.

malo alieno. Sed inuidia tristicia [illegible] bono
Spẽs spei alieno. Modi aũt spei sunt ꝯfidentia. pre
sumptio. ⁊ audacia. Uidem⁹ em̃ aliquos
ordinate sperare. puta quia sperãt talia adipi
sci bona vel vincere mala que ipsis sunt possi
bilia. ⁊ tales dicũtur ꝯfidentes Aliqui au
tem sperant talia bona se consequi. ad que con
sequenda nec habent possibilitatẽ. nec aliquã
congruitatẽ. ⁊ tales sunt p̃sumptuosi. Alij
vero sperant se vincere talia mala que suas vi
res omnino transcẽdunt. ⁊ hi sunt audaces.
Quod si ex animi passione sine habitu vicio
so euenit. tunc reducit̃ ad spem. et est modus
spei. Si autẽ ex habitu euenit. tunc est viciũ
morale ⁊ nõ naturale. Est em̃ habitus vicio
sus oppositus virtuti fortitudinis. vt patet
iij. ethicoꝝ. Uñ contra p̃dictos presumptuo
sos ⁊ audaces ait Tullius i libro de amicicia
ꝙ ea que fm̃ ꝯmunẽ vsum ⁊ vitaȝ possibilia
sunt nõ [illegible] que fingũtur sperare debemus.
Spẽs tio ris. Timoris autẽ fm̃ Damas. sex sunt species
scȝ segnicies. erubescentia. verecundia. admi
ratio. stupor. ⁊ agonia Unde segnicies po
test dici horror aggrediendi opus laboriosuȝ
Erubescentia [illegible]st timor de turpi actu ꝯmit
tendo ratione cuius ledi potest fama vel opi
nio cõmittentis. Uerecundia est timor de
turpi actu iam cõmisso. Admiratio auteȝ
fm̃ eundẽ Damascenũ. est apph̃ensio vl' ima
ginatio alicuius rei valde instabilis. cuius
euentus et exitus ignorat̃. Stupor est ti
mor de imminentia alicuius mali inauditi.
puta quod valde incõsuetũ ẽ euenire. Ago
nia vero est cũ homo ex nimietate timoris q̃
si exanimis efficitur. ⁊ viribus corpalibꝰ qua
si penitus destituit̃. Tullius etiaȝ in libro
iiij. de tusculanis questionibꝰ ponit octo spe
cies timoris. s. pigriciam. pudorẽ. terrorẽ. tre
morẽ. pauorẽ. formidinẽ. ꝯturbatiõẽ. ⁊ exani
matõẽ. Damasceni tñ assignatio videt̃ ma
gis esse ordinata ꝙ̃ Tullij. quia ea q̃ Tulli⁹
addit sup ea q̃ Damas. ponit. nõ videñt esse
species timoris. sed magis signa vel effect⁹ ti
Nota. moris. Aduertendũ ẽ etiã ꝙ multe sũt aie
passiones p̃ter iã dictas. de quibꝰ ad p̃ns nõ
facio mentionẽ. que tñ oẽs si diligẽter consi
derẽtur ad quattuor p̃dictas sufficiẽter redu
cunt̃. His igit̃ dictis r̃ndendũ ẽ instãtijs
Solutio. supius introductis. Ad p̃mũ igit̃ dicẽdũ
Ad. i. ꝙ ꝯñtia est falsa. Ad pbationẽ dico ꝙ ten
dẽs ad terminũ ⁊ quiescẽs i [illegible] põt dupl'r ꝯsi
derari. Uno mõ ꝙ vtrũqꝫ tendẽs. s. ⁊ quiescẽs
respiciat ideȝ obiectũ formale. Alio mõ ꝙ ali
ud obiectũ formale sit tẽdentis ⁊ aliud quie
scentis. Primo mõ maior est vera. Secũdo
mõ nõ est vera. qr diuersa obiecta formalia ar
guũt diuersas potẽtias. vt patet ex. ij. et. iij. de
aĩa. Cũ igit̃ aĩe gaudẽtis ⁊ sperãtis sit aliud
⁊ aliud obiectũ formaliter. qr obiectũ gaudẽ
tis aĩe est bonũ sub rõne delectãtis vel ꝯueni
entis. sed obiectũ sperãtis aĩe ẽ bonũ sub rõne
ardui seu difficilis. ideo ꝓprie loquẽdo aĩa
fm̃ distinctas potẽtias tẽdit sperãdo ⁊ quie
scit gaudendo. ꝗ̃uis fm̃ eandẽ potentiã pos
sit tẽdere desiderãdo. ⁊ quiescere gaudẽdo. qr
eadẽ virtus ꝯcupiscibilis in idẽ obiectuȝ for
male tẽdit actu desiderij in quo tãqꝫ i termio
quiescit actu ipsius gaudij. ergo ⁊c. Ad se Ad. 2.
cundũ nego añcedẽs. Ad pbationẽ dicendũ
ꝙ spes ⁊ timor nõ dicũt vnũ motũ inter duos
terminos. sed dicunt duos motus circa eun
dem terminũ opposito mõ conceptũ. Unde
respectu eiusdẽ mali vbi ordinate sperans cõ
fidit de victoria vel euasione. ibi inordinate
timens desperat de victoria vel euasione mali.
Ex quo patet ꝙ timor opponitur spei rati
one incluse desperationis. ac etiam quia timor
⁊ spes opposito mõ se habent respectu eiusdẽ.
Nam respectu cuius spes dicit animi ꝓtensi
onem ⁊ anhelationẽ. respectu eiusdẽ timor di
cit restrictionẽ ⁊ resilitionẽ. Sicut igitur mo
tus ad albedinem ⁊ motus de albedine nõ sũt
vnus motus. sic in ꝓposito ⁊c. Forte dice Instantia
tur ꝙ ista videntur supius dictis repugnare.
Quia dictuȝ est superius ꝙ spes est circa bo
num difficile. sed timor est circa maluȝ. nũc
vero dicitur ꝙ sunt circa idem opposito mo
do Respõdeo ꝙ ista in nullo repugnant. Solutio
quia ⁊ si spes quãdoqꝫ est circa malũ. hoc ta
men est cuȝ inclusione habende victorie. ⁊ qr
victoria mali bona est. ideo sperãtis motiuuȝ
semp est circa bonũ. Econtra vero motiuũ
timentis malũ est. quia mouet̃ a malo cũ ex
clusione victorie. Etiam timor quãdoqꝫ ẽ
circa bonum nõ vt conquisibile est. sed cum
exclusione ⁊ desperatione consecutiõis ipsius
boni ꝓpter annexam difficultatẽ. igitur etiaȝ
vt est circa bonum. adhuc formale motiuuȝ
timentis malum est. quia sicut inclusio victo
rie ipsius mali est bona. vel est quoddam bo
num. sic exclusio consecutionis ipsius boni
quoddã malum est. E cõuerso autem spes est
circa hmõi bonũ cum inclusione consecutõis
boni. puta ẽ circa ipm̃ vt possibile ꝯseq̃. Ex
quibꝰ p̃ȝ ꝙ obiectũ formaliter determinatuȝ
ipsius spei semp ẽ bonũ. ⁊ obiectuȝ formaliter

determinatum ipsius timoris. prout timor est passio naturalis semp est malum. Et nõtãter dico vt ẽ passio. quia quid dicẽdũ sit de timore put est habitus vel donũ spũssancti inferius patebit dist. xxxiiij. Nec valet ad ppositũ cũ dicit. q timor est resilitio a malo. quia timens nõ resilit vel recedit a malo tanq̃ a termino a quo. sed recedit a bono. Unde timens vel pter desperationẽ victorie recedit ab hoc vno quod est resistere malo. vel pter desperationẽ ꝯsequendi bonũ recedit ab hoc bono quod est prosequi bonũ. Et ideo licet ista ppositio qua dicit. timor est resilitio a malo. aliquo modo causalit sit vera. quia aliquod malũ est causa timoris. tamẽ terminaliter nõ est vera. put accipiebatur in pposito. quia timens nõ recedit a malo. sed recedit a bono et incidit in malũ. Propter quod videt esse verius dictuz. q malũ sit termin' ad quẽ ipsi' timoris q̃ termin' a quo. Ad tercium dicẽdũ q spes non dicit pcise expectationẽ. sed principaliter dicit animi ptensionẽ seu extensionez ad ipsam rem speratã. Secũda ꝯclusio est q spes put dicit virtutez supnaturaliter infusam est in supiori parte anime. ꝛ specialiter in ipsa volũtate. Quia habitus nõ existens cognitiuus habens p obiecto eternaz beatitudinem est in supiori parte aie. ꝛ specialiter i ipsa volũtate. sed spes put est virtus supnaturaliter infusa nõ est habitus cognitiuus. ꝛ habet eternã beatitudinẽ pro obiecto. ergo ꝛc. Maior patet. quia eoipso q eius obiectuz est eterna beatitudo nõ potest esse in parte sensitiua. quia pars sensitiua nõ est capax talis obiecti. mõ potentia subiecta alicui habitui dz mediante hmõi habitu versari circa obiectũ illius habitus. Et p ꝯñs oportet q sit capax eius. Erit igit in supiori pte ipsius aie q̃ est ꝯdistīcta parti sensitiue. Sed eoipso q talis habit' nõ est cognitiu' nõ poterit esse i intellectu nec i memoria. ꝛ p ꝯñs erit in ipsa volũtate. Minor etiã q̃tum ad primã sui partẽ patet de se. Enumeratis eñ oĩbus habitibus cognitiuis positis tã a phis q̃ a theologis. tũc pz inductiue q spes nõ est aliquis istoꝝ. Patet etiaz q̃tũ ad secundã partẽ. quia ad hoc nobis infundit spes vt mens timore reiecto se erigat et extendat ad beatitudinẽ ꝯsequendã. ergo ꝛc. Forte dicet q supius dictũ est deũ esse obiectum virtutis theologice. cũ igit spes sit virtus theologica. videt q deus sit eius obiectũ ꝛ nõ beatitudo. Respõdeo q licet deus nõ sit beatitudo formalr tñ ipe ẽ btitudo obiectiue. Nõ ẽ ḡ bona ꝯña. deus ẽ obiectũ. ḡ nõ btitudo. Uez est tñ q sperãs tẽdit i vtrũq3. s. i beatitudinẽ formaliter dictã q̃ est dei clara visio ꝛ pfecta fruitio. ꝛ i beatitudinem obiectiue dictã q̃ est deus ipse. aliter tñ ꝛ aliter. Nã in primũ tẽdit tanq̃ in illud quo formaliter pficietur. in scðm tanq̃ i illud cui finaliter ꝛ beatifice ꝯiũget. Sed ꝯtra istã scðam ꝯclusionẽ in se vident esse due opiniões. Una ꝯ pmaz ptez ꝯclusionis. Alia ꝯtra scðam. Ponit eñ pma opinio spem etiã vt est virtus esse in pte sensitiua. quia irascibilis ẽ in pte sensitiua sed pprĩũ subiectũ hui' virtutis que est spes: est ipsa irascibilitas. ergo ꝛc. Alia opinio vt euadat hanc rationẽ ponit in parte supiori ipsius anime potentiã irascibilem distinctaz ab intellectu ꝛ voluntate. quam ponũt eẽ subiectum spei. prout spes est virtus theologica. Prima istaꝝ opinionũ deficit. Quia pprium ẽ cuiuslibet habitus habilitare subiectũ: ad eliciẽdum actum circa obiectũ talis habitus. sed nulla potentia sensitiua ẽ habilitabilis ad hoc q eliciat actum circa eternaz beatitudinem que est obiectũ ipsius spei. ergo ꝛc. Nec valet secũda opinio. Quia sicut i viribus cognitiuis nõ est tãta diuersitas i parte anime intellectiua sicut i sensitiua. tota eñ multitudo sensuũ particularũ exteriorum. ac sensuum interiorũ subiectiue in cerebro existẽtium sufficienter adequat p vnicam virtutez partis intellectiue que dicit intellectus possibilis. sic nec in viribus appetitiuis. Nam volũtas indiuisa consistẽs equipollet omnibus viribus appetitiuis sensitiuis. sicut intellect' equipollet omnibus viribus cognitiuis existẽtibus in parte sensitiua. Propter qð nõ oportz ponere i pte intellectiua virtutẽ irascibilẽ que sit subiectũ spei. q2 hoc poterit eẽ volũtas put ꝯtualiter vel eq̃pollẽter ꝯtinet gradũ irascibilis existẽtis in pte sensitiua. Indiuisa eñ existens volũtas i parte intellectiua. cõphẽdit totã virtutẽ irascibilis ꝛ ꝯcupiscibilis existẽtiũ in pte sensitiua.

Ad. 3.

Cõclusio scða.

Ratio

Instantia

Solutio.

Cõtra cõclusionem

Opi. pma

Opi. scða

Cõtra primã opi.

Contra secũdã opi.

Quãtũ ad tercium

articulum est aduertendũ. q status hominũ post hanc mortalez vitam videt esse triplex. sc3 saluatorum. saluandorũ. ꝛ damnatorum. Primi sunt in celo. Alij in purgatorio. Tercij vero subdiuiduntur. Quia vel sunt damnati pena sensus et damni. et sic sunt in inferno. Uel pena damni tantum. Et tunc

Articulus tercius.

sunt in puerorum limbo. Et sic in proposito poterant poni quattuor conclusiones breues.

Prima conclusio. Prima est quod loquendo de spe que est virtus theologica spes non est in damnatis qui sunt in inferno. Quia quicunque est certus de eterna sua damnatione. hic non potest habere spem de eterna salute. nec per consequens habet spem que est virtus theologica. quia illa extendit mentem humanam ad eternam beatitudinem. Sed quilibet damnatus existens in inferno est certus de eterna sua damnatione. quia sicut ad perfectam beatitudinem requiritur quod beatus sit de sue beatitudinis perpetuitate assecuratus. sic ad perfectam damnationem requiritur quod damnatus sit de sue damnationis perpetuitate certificatus. Sed existentes in inferno sunt perfecte damnati ergo etc.

Conclusio secunda. Secunda conclusio est quod spes non est in damnatis in limbo puerorum existentibus. Quia presupposito recto rationis iudicio nullus habet spem adipiscendi illud ad quod nullam habet aptitudinem. sed tales damnati puta paruuli qui decesserunt non baptizati. habent rectum rationis iudicium sicut omnes concedunt. et sciunt se non habere aliquam aptitudinem adipiscendi eternam beatitudinem. quia talis aptitudo prouenit ex gratia et caritate quibus ipsi carent. ergo non habent spem que mentem erigit respectu huiusmodi beatitudinis.

Tercia conclusio. Tercia conclusio est quod spes est in saluandis. puta in purgatorio existentibus. Suppono enim semper quod spes de qua loquor est respectu eterne beatitudinis Et tunc arguo sic. Quicunque est sufficienter dispositus ad aliquid consequendum seu percipiendum. ille merito potent sperare de illius assecutione. sed quilibet existens in purgatorio est sufficienter dispositus ad consequendam eternam beatitudinem. ergo etc. Patet maior. Minor probatur. quia quilibet existens in purgatorio habet caritatem et gratiam secundum gradum vltimum seu perfectissimum illius meriti ad quod ipse est aptus natus peruenire. nullus enim illorum poterit vlterius mereri. Sed talis gratia et caritas sunt sufficiens dispositio ad consequendum eternam beatitudinem. siue beatitudo accipiatur formaliter siue obiectiue.

Instantia. Forte dicetur si existentes in purgatorio sunt sufficienter dispositi ad beatitudinem. quare tunc non euolant ad beatitudinem immediate.

Solutio. Respondeo quod licet existentes in purgatorio sint sufficienter dispositi pro eterne vite consecutione quantum est de meritorum acquisitione. quia nihil merebuntur vlterius quantum ad premium essentiale in quo consistit formaliter beatitudo. tamen in carcere purgatorij adhuc tenentur captiui pro debitorum solutione. Si enim satisfecissent hic operibus penitentie antequam ab hac mortali vita migrassent. tunc quantum est ex parte predicte dispositionis immediate post hanc vitam ad eternam vitam euolassent.

Conclusio quarta. Conclusio quarta est quod probabiliter potest sustineri spem manere in beatis quantum ad perfectionem habitus. dato etiam quod non remaneat quantum ad exercicium operationis. Quia illud quod facit ad ornatum et decorem anime non habens aliquam repugnantiam ad ea que sunt de ratione beate anime. hoc non debet anime beate denegari. sed spes quantum ad perfectionem habitus etiam sine actus exercicio est huiusmodi. ergo etc. Maior patet. quia inter omnes status anime tunc stat[?] anime beate maxime requirunt ea que sunt ad decorem et ornatum. Minorem probo quantum ad ambas suas partes. Nam quod habitus spei etiam dum non elicitur actus sit ad ornatum anime patet. quia sicut se habet habitus viciosus ad deformitatem anime. sic habitus virtuosus ad decorem anime. Sed viciosus habitus deformat animam etiam quando non peccat homo actualiter secundum eum. ergo etc. Quod etiam non habeat repugnantiam respectu alicuius eorum que sunt de ratione anime beate patet. quia omnis repugnantia vel est formalis vel materialis. Sed in proposito non potest concerni repugnantia formalis. quia talem repugnantiam habet spes tantummodo respectu desperationis et respectu eorum que desperationem includunt. sed nec desperatio nec aliquid includens desperationem est in beatis. ergo nihil est in eis formalem habens repugnantiam ad habitum spei que est virtus theologica. Nec repugnantia materialis. quia talis est inter ea que sunt eiusdem rationis seu eiusdem speciei specialissime. Nam accidentia solo numero differentia in eodem simul esse non possunt. maxime si sint accidentia de genere absoluto. Sed habitus spei differt specifica ratione ab omnibus aliis existentibus in anima beata. vt de se patet. ergo etc. Aliqua pro istius conclusionis declaratione require que dixi in prologo primi libri. q. iij. articulo. ij. circa finem illius articuli. Doctores communiter tenent oppositum istius conclusionis. Tamen quia motiua eorum solum procedunt de actu ipsius spei et non de habitu. ideo talia motiua non adduco. quia nihil concludunt contra me.

Articulus quartus. Quantum ad quartum articulum est aduertendum quod fructus et vtilitas spei patet in triplici statu hominum in vita presenti existentium. scilicet incipientibus. proficientibus et perfectis. Nota. Nam incipientes virtute spei

habentes a prioris vite ɔfusione liberant. Ecclesiastici. ij. Scitote quia nullus sperauit in dño et ɔfusus est. Proficientes in bona operatione confortantur. ij. Machabeorum. xv. Machabeus autem semper confidebat cum omni spe auxilium sibi a dño affuturum. Perfecti vero in contemplatione letificantur. Baruch. iiij. Ego speraui in eternum salutem. & veniet mihi in gaudium. Item in purgatorio degentes spe illuminantur. Unde Eccli. xxiiij. dicit ipsa diuina sapientia. Penetrabo omnes inferiores partes terre: & inspiciam omnes dormientes. & illuminabo omnes sperantes in dño. Item in celo presentes virtute spei immortaliter ɔsummantur Sap. iij. Spes illorum immortalitate plena est. Et Isa. xl. Qui sperant in dño mutabunt fortitudinem. assument pennas vt aquile. volabunt & nõ deficient. Ad argumentum principale dicendum. q maior nõ est vera. Ad probationem dico q licet intellectus abstrahat ab hic & nunc. tñ intellectui nõ repugnat qn intelligat rem existentem hic & nunc. quia etiam intellectus potest intelligere rem particularem particulariter existentem. vt alibi latius intendo declarare.

Ad argu. princi.

Distinctio vicesimaseptima & vicesimaoctaua.

UM autem

c

xps &c. Postq mgr determinauit de fide & spe. hic incipit tractare de ipsa caritate. Et diuiditur i duas partes. Quia pmo mgr tractat de caritate quantum ad suam essentiam & quidditatem. Scdo quantum ad sui permanentiam & stabilitatem. dist. xxxi. ibi. Illud quoque nõ est pretereundum. Prima i duas. Quia pmo dat modum ipsam caritatem diffiniendi. Scdo insinuat ordinem ex caritate diligendi. di. xxix. ibi. Post predicta de ordine. Prima i duas. Quia pmo ponit caritatis diffinitionem seu descriptionem. Secundo diligendorum ex caritate certum numerat. dist. xxviij. ibi. Hic quri põt. Prima in duas Nã pmo mgr insinuat modum describendi ipsam caritatem. Scdo modum diligendi fm caritatem. ibi. Consequenter modum vtriusque. Prima i duas. Quia pmo mgr prosequitur diffinitiue de caritatis entitate. Scdo inquisitiue de caritatis vnitate. ibi. Hic queritur si &c. Prima i duas. Nam pmo mgr ondit in xpo fuisse caritatem seu dilectionem. & subiungit dicendo ordinationem. Scdo innuit caritatis descriptionem. ibi. Caritas est dilectio. Sequitur illa pars. Consequenter modum. Et diuiditur i duas ptes. Quia pmo insinuat dilectionis modum Scdo manifestat dilectionis preceptum. ibi Illud etiam preceptum. Prima i duas. Quia pmo tangit modus diligendi primum. Scdo modus diligendi deum. ibi. Dilectionis autem dei. Sequitur illa ps. Illud etiam. Et diuiditur i duas partes. Nã pmo ondit q preceptum de dilectione dei i presenti vita pfecte nõ implebitur. Scdo inquirit si nõ põt impleri. propter quid tunc precipitur. ibi. Sed cur precipitur. Sequitur distinctio. xxviij. Et põt sic ɔtinuari ad precedentem distinctionem. Postq mgr &c. vt. s. Et diuiditur i tres ptes. Nã pmo pmisso quaternario diligendorum numero mgr ondit q totus hõ puta interior et exterior diligendus ostenditur sub dilectione proximi. Scdo innuit q etiam sub dilectione proximi ɔprehenditur dilectio angelorum & xpi. Tercio ondit q significatio proximi i plura põt diuidi. Secunda ibi. Dicitur autem &c. Tercia ibi. Hic autem notandum. Prima i duas. Nã pmo mgr determinat questionem pncipalem. Scdo ex missione accepta occasione mouet & determinat questionem incidentalem. ibi. Hic videtur tradere Aug. Hec est snia & diuisio istarum distinctionum i generali. Circa quas quero in speciali.

V

Trum caritas sit virtus. Uidetur q nõ. Quia qd nõ est vna virtus hoc nõ est virtus. caritas nõ est vna virtus. Maior pz. quia fm Boe. omne qd est ideo est. quia vnum numero est. Patet etiam minor. quia cum caritas sit forma oim virtutum. oportet eam multiplicari fm multiplicationem virtutum. ergo &c. Contra. illud qd maxime repugnat vicio hoc est maxime virtus. sed caritas maxime repugnat vicio. Maior patet quia virtus & vicium sunt opposita. Minor similiter pz. quia caritas maxime expellit peccatum. iuxta illud apli. Caritas operit multitudinem peccatorum. ergo &c. Hic quattuor sunt videnda. Primo de pncipali quesito. Scdo vtrum caritas seu dei dilectio habeat modum. Et hoc quantum ad disti. xxvij. Tercio vtrum creature irronales sint diligende ex caritate. Quarto vtrum demones seu quecunque creature peccatrices sint diligende ex caritate. Et hoc quantum ad dist. xxviij.

Quantum ad primum

Articulus primus. Prima cõclusio.

pono duas ɔclusiones. Prima est q caritas nõ solum est virtus. verumetiam est oim virtutum pcipua. Quia eo mõ excellentie quo cõuenit alicui aliq diffinitio. eodem mõ sibi conuenit diffinitum. Sed diffinitio seu descriptio virtutis q dicitur in ethicis. q virtus est dispositio

pfecti ad optimũ. excellẽtissime ꝯuenit carita
2 ti. ꝗ rc. P. hit⁹ cui⁹ act⁹ ē maxime ꝟtuosus
ille ē pcipue ꝟtus. act⁹ caritatis ē maxie ꝟtuo
sus. qꝛ qnto actus ē magis meritori⁹ tãto ma
gis ē ꝟtuosus. sed act⁹ caritatis ē maxie meri
tori⁹. cũ p sui assistentiã ceteris actibꝫ ꝯpetat
Instantia eē meritoriũ. Forte dicet ꝙ ꝟtus ẽm phm ē
circa difficilia. sed diligere nõ ē difficile. qꝛ vt
ait Augu. i li. ꝯfess. nihil dulcius ꝙ̃ amari ꝛ
Solutio. amare. Rñdeo ꝙ ly difficilia vel referẽ ad
obiectũ ꝟtutis. ꝛ tũc minor nõ ē vera. qꝛ cari
tas ē pncipaliter circa deũ. q rõne sue excellen
tie multũ excedit humanã facultatẽ. vel refer
tur ad actus virtutũ. ꝛ tũc maior ē falsa. qꝛ li
cet patiamur difficultatẽ i actibꝫ quibꝫ ꝟtus
acquirẽ. tñ nõ patimur difficultatẽ i actibus
q a ꝟtutibꝫ eliciũtur. cũ signũ sit generati ha
bitus hr̃e delectationẽ vel tristiciã i ope. vt di
citur. ij. eth. delectationẽ in opatione. s. virtu
Opi. ꝯria tis. ꝛ tristiciã in opposito ꝟtutis. Sꝫ ꝯtra
pdictã ꝯclusionẽ ē quedã opinio quã reputo
eē erroneã. q dicit ꝙ fides ē excellẽtior virtus
1 ipsa caritate. Qḋ pbat pmo sic. Illa ꝟtus est
emĩnẽtior p quã hõ efficacius ꝯseqt̃ur suũ vl
timũ finẽ. s. beatitudinẽ. fides ē hmõi. qꝛ dicit
ap̃ls ad Heb. xi. Sãcti p fidẽ vicerũt regna
opati sũt iusticiã. adepti sunt repromissiões.
quaꝝ pmissionũ vna qsi pncipalis fuit eter
2 na btitudo. ꝗ rc. P. sicut se hꝫ prudentia
ad virtutes morales acq̃sitas. sic se habet fi
des ad virtutes infusas. Nã fides est quedã
prudẽtia a deo infusa. qꝛ ipsa ē recta ratio agi
biliũ ordinatoꝝ ad finem supnaturalẽ. sicut
prudẽtia est recta ratio agibiliũ ordinatoꝛuꝫ
ad finẽ naturalẽ vel politicũ. Sed prudẽtia
ē nobilior omni virtute morali. vt pꝫ. vi. eth.
3 ꝗ fides erit nobilior caritate. P. virtus per
quã efficimur filij dei ē nobilior omni alia vir
tute. fides ē hmõi. qꝛ. i. Joh. v. dicit. Omis
qui credit qm̃ iesus ē filius dei ex deo natus ē
Et ibidem. Omne qḋ natũ est ex deo vincit
mundũ. ꝛ hec ē victoria q vincit mũdũ fides
Correlari/ um. nostra. Addũt etiã isti p modũ correlarij.
ꝙ fides infusa nullo mõ põt esse sine caritate
Quia nõ est possibile ꝙ fides infusa sit in ali
quo nisi ipse sit iustus ꝛ sine pctõ mortali. qꝛ
ois qui natus est ex deo nõ facit pctm̃. qm̃ se
men ipsius in eo manet. ꝛ non potest peccare.
qm̃ ex deo natus ē. vt dicit. i. Joh. iij. Sed q
credit in nomie dei hic ex deo natus ē. vt patꝫ
Joh. i. Itẽ Abacuch. ij. dicit. Justus ex fide
viuit. Itẽ Luce. vij. ait saluator ad mulierẽ
peccatricẽ de qua septẽ eiecit demonia. Fides
tua te saluã fecit. Itẽ ad Roma. v. Justi
ficati igitur ex fide pacẽ habeamus ad deum.
Instantia Et si dicit istis. ꝙ aplus. i. ad Corin. xiij.
ꝯpando caritatẽ ad fideꝫ ꝛ spem ait. Maior
Solutio. aũt hoꝝ est caritas. Ipsi rñdent ꝙ hoc p
tanto dixit ap̃ls. qꝛ caritas psupponit fidẽ et
spem. ꝛ includit ea i sua eẽntiali diffinitione.
Nã vt dicunt fides ē causa efficiens ipsi⁹ cari
tatꝭ Et hoc ipsi probãt aucte ap̃li. i. ad Thi.
i. vbi ait. Finis pcepti est caritas. de corde pu
Cõtra opi nionẽ. ro. ꝛ cõscia bona. ꝛ fide nõ ficta. Recolli
gẽdo igitur dicta istoꝝ ipsi q̃ttuor ponunt q
Prim⁹ de fect⁹ eoꝝ. sunt ꝯtraria veritati. Quoꝝ primũ est ipa
1 pncipalis ꝯclusio. s. ꝙ fides sit excellẽtior cari
tate. Quia. i. Pet. iiij. dicit. Estote prudẽtes
ꝛ vigilate in orõnibꝫ. añ oia autẽ mutuã i vo
bismetipsis caritatẽ ꝯtinuã habentes. qꝛ cari
tas opit multitudinẽ pctõꝛuꝫ. Sed isti spũ
alem prudentiã dicunt esse fidẽ. ꝗ caritas ad
quam habendã. b. Petrus nos hortatur añ
oia vl̃iter ꝛ specialiter añ prudentiã erit excel
lẽtior oĩbus vl̃iter et fide specialiter. P. 2
ap̃ls. i. ad Coꝛ. xij. loquẽs ḋ fide a spũscto in
fusa ait. Alij datur fides in eodẽ spũ. ꝛ pluri
bus ꝟtutibꝫ ꝛ donis spũssancti enumeratis
in pncipio. xiij. ca. ait. Emulamĩ charismata
meliora. Et subdit. Excellentiorẽ viã vobis
demõstrabo. Et ꝙ ista excellẽtior via sit cari
tas patꝫ. qꝛ imediate sequit. Si linguis loq̃r
hoim ꝛ angeloꝝ. caritatẽ aũt nõ habeã. fact⁹
sum velut es sonãs aut cymbalũ tinniẽs. Et
seq̃tur ibideꝫ. Et si habuero omnẽ fidẽ ita vt
mõtes trãsferã. caritatẽ autẽ non habuero ni
hil sũ. P. actus caritatis ē excellẽtior actu 3
fidei. ergo caritas excellẽtior fide. Cõsequen
tia pꝫ. qꝛ ex actibꝫ iudicam⁹ de habitibꝫ. Añ
cedẽs pꝫ. qꝛ actus beate fruitõis ē act⁹ carita
tis. Patet etiã testimonio saluatoris qui
Matth. xxij. loquẽs de actu caritatis quo di
ligimus deũ ex toto corde ait. Hoc est maxi
mũ ꝛ primũ mandatũ. Et ap̃ls ad Rom.
xiij. ait. Plenitudo legꝭ ē dilectio. Et Gre
go. i omel. Omne pceptũ de sola dilectõe est.
qꝛ quicq̃d pcipit in sola dilectiõe solidatur.
Sicut em̃ multi arboris rami ex vna radice
pcedũt. sic multe virtutes ex vna caritate ge
nerãtur. Nec habet aliq̃d viriditatis ramus
boni opis si nõ manet in radice dilectionis.
P. Aug. xv. de trini. ca. xviij. loquẽs de ca 4
ritate ait. Nullũ donũ dei est isto excellẽtius.
quod solũ diuidit inter filios regni eterni. et
filios pditionis eterne. Et ad pbationẽ isti⁹
iducit Aug. auctoritatẽ ap̃li supradictã qua

nit. Si habuero omnē fidē ꝛc. Itē Aug. sup illud ps. xci. Bonū est ꝯfiteri dn̄o ꝛc. ait Caritas autē que nobis tercio adiungit ad fidē ꝛ spez maior est supra fidē ꝛ spem. Secundo isti deficiunt ꝙ dicunt fidē infusā nullo modo posse esse sine caritate. Quia tūc frustra fecisset aplus totam illā deductionē quā fecit. i. ad Corin. xiij. Si eñi fides non posset separi a caritate. tūc non posset mōstrari altior via q̃ʒ via fidei. Nec etiā possemus emulari charismata meliora q̃ʒ ea que fidei sunt.

Scḋs defect᷒ illoꝝ.
1

Itē frustra distinxisset apl's fidē ꝯtra caritatē dicēs. Si habuero omnē fidē. caritatez autē non habuero nihil sum. P̄. iaʒ dictū verbū apostoli exponēs Aug. xv. de trini. ca. xviij. ait. Sine caritate fides potest esse ſʒ nō pdesse. ergo ꝛc. Tercio deficiunt i hoc ꝙ dicunt fidē esse cām efficientez caritatis. Quia q̃ʒuis fides possit dici causa dispositiua respectu caritatis ꝭm ꝙ indignius ꝛ imperfecti᷒ potest disponere ad receptionē eius q̄ꝺ pfectius est. tñ fides nō potest eē causa effectiua caritatis. ꝛ maxime ꝭm ꝙ efficientia pbat eminētiam respectu sui effectus ꝭm ꝙ isti ad p̄ns intēdūt arguere. P̄. si ꝛc. tūc homo efficeret i se habitū caritatis. Cōsequēs ē impossibile. q̄a solus deus est creator ꝛ pductor caritatis. Cōsequentiā probo. quia fides nō posset eē principiū effectiuū caritatis nisi pncipiū quo. ꝛ p ꝯsequēs homo p fidē esset principiū quod.

2
Terci᷒ defect᷒ illoꝝ.
1
2

Quarto deficiunt in eo ꝙ dicunt fidem eē de essentiali diffinitione caritatis. Quia si hoc esset veꝝ. impossibile esset fidē realiter differre a caritate. quia nihil ptinet ad essentialem diffinitionē alicuius nisi ipm ptineat ad eēntiam eius. Sed falsitas ꝯsequētis ē nota. tū quia fides potest esse sine caritate. vt iam probatū est. tuʒ quia caritas potest esse sine fide. vt apparet i patria. vbi posito ꝙ maneat fides cum caritate de facto. possibile est tamē beatuʒ habere caritatē ꝛ fide carere. P̄. illud quartū membꝝ contradicit ei quod isti asserunt i tercio mēbro. Nā causa efficiēs cū necessario differat ab eo cui᷒ est causa. igit nō potest pertinere ad essentialē diffinitionē illius cuius ē causa. Ad primū motiuū eoꝝ dicendū. ꝙ talis victoria nō ꝯueniebat patribus p solā fidē. sed p fidē caritate informatā. Unde omnia talia attribuenda sunt fidei pꝑter caritatem. Et quia pꝑter quod vnūquodq̄ʒ tale et ipm magis. vt dicit. i. posterioꝝ. ideo apl'us hm̄ōi pꝛogatiuas soli caritati videt attribuere. i. ad Coꝝ. xiij. dicens. Caritas oīa suffert. omnia credit. oīa sperat. oīa sustinet ꝛc. Ad scḋm dicendū ꝙ q̃ʒuis in hoc sit aliqualis similitudo de prudētia ꝛ fide. ꝙ sicut prudētia est recta ratio ꝛc. tñ in hoc est dissimile. quia prudētia pōt pꝑrie dici cā cuiuslibet virtutis moralis. Nā oīs virtus moralis est in ptāte prudētie. qꝛ omnis virtus moralis vel ē actualiter annexa prudētie. vel saltē prudēs p prudentiā suam pōt ipsam in seipso efficere. fidelis autē nō potest efficere caritatē. quia solius dei donū est. Itē prudentia adeo est ꝯnexa virtuti morali ꝙ virtus moralis nullū actuz pfectū potest elicere sine prudentia. sed caritas potissimū suuz actū. s. fruitionē patrie elicit sine omni fidei coopatione. Ad terciuz dicendū ꝙ fides facit nos esse filios dei inq̃ʒtum ē informata caritate. ꝛ ideo hm̄oi filiatō pncipaliter est attribuēda caritati. Unde sacra scriptura hanc filiationē attribuit caritati dicēs. i. Joh. iij. Uidete qualē caritatez dedit nobis deus pater vt filij dei nominemur. Et apl's ait Qui spū dei agūtur hi filij dei sūt Tales autē sunt in caritate radicati in quoꝝ cordibus caritas diffusa est p spūm sanctū. g̃ ꝛc. Et p idē patet ad oēs alias auctes. Secūdo dico ꝙ caritas ē virtus specialis saltē in eēndo. Quia illa virtus cui᷒ obiectū formale formaliter sumptū est distinctū ē ab obiecto cuiuscūq̄ʒ alteri᷒ virtutis. illa ē special' ꝟtus. caritas est hm̄oi. vt pʒ ex supradictis. Per hoc tñ nō intēdo negare quin caritas possit dici virtus vl'is in opando. maxime q̃ʒtū ad opus impatū ꝛ meritoꝛiū. qꝛ quo ad hoc caritas omī virtuti coopatur. Forte dicet. ꝙ modus agēdi seqtur modū essendi. si igit caritas in essendo ē virtus specialis etiā in agēdo erit virtus specialis. Rn̄deo ꝙ caritas ē ꝟtus specialis etiā i agendo q̃ʒtū ad actū pꝑrium a caritate immediate elicitū. puta q̃ʒtum ad actuʒ dilectōnis. qꝛ talis act᷒ a nulla alia virtute elicit nisi ab ipa caritate. maxime si sit diligere supnaturale et meritoꝛiū. Sed h̄ nō obstāte pōt dici virtus vl'is in agendo q̄ ad actum impatū. Nec refert si dicat ꝙ caritas habet p obiecto deū ꝛ primū. Quia vbi vnum pꝑter alterū. vtrobiq̄ʒ tm̄ vnum. vt dicit in topicis. sed caritate diligimus primū pꝑter deū. g̃ pꝑter vnitatē pncipal' obiecti caritas est virtus vna. Uñ sicut in moralibus non obstāte ꝙ amicia sit vna ꝛ specialis virtus. tñ eadē amicicia diligimus amicū et ea q̄ amici sunt. sic eadē caritate diligim᷒ deū ꝛ ea que dei sunt.

Quart᷒ defect᷒ eoꝝ.
1
2
Solutio. rōnū eoꝝ.
Ad. 1.
Ad. 2.
Ad. 3.
Cōclusio scḋa.
Instantia
Solutio.
Instantia
Solutio.

Articulus secūdus.

Quantuz ad secun

ad scdm articulū mgr snīarum haberet dicere. q caritas nec habet modū. nec mensurā. cū bm eū caritas sit qd infinitū et increatū. puta ipse spūssanctus. sed bm nos q dicimus caritatē eē virtutē creatā. necessario habemus dicere q caritas i eēntia sua sit qd limitatū et modificatū
1 Quia bm Aug. oia fecit dns i modo, specie et ordine. Sic etiā ait ille sapiēs q oia fecit deus
2 i numero, pondere et mēsura. P. oē qd in certo genere reponit ē ens limitatū et intrinsece modificatū p ppriaz suā drīam. sz caritas ē ad certū genus limitata. cū sit vera et realis qlitas. g et c.
3 P. ois formalis pfectio entis finiti ē intrinsece modificata. sed caritas est formalis pfectio volūtatis create q est quid finitū. Attñ si caritas psideratur quo ad actū suum i ordine ad suū pncipale obiectū qd ē ipa diuina bonitas. vt sic pprie nō habet modū. cū tale obiectū sit i ifinitū diligibile. et pōns a nulla creatura tm diligi pōt. qn magis sit diligibile. si ipsa creatura plus posset diligere.

Et isto mō intelligendū ē istud verbū bn. quo ait i libro de diligēdo deū. Cā diligēdi deum deus ipse ē. modus aūt sine mō diligere.

Di. xxviij. Articulus tercius.

Quātū ad tercium

articulū ē aduertenduz. q dupliciter ptingit nos diligere. Uno modo amore amicicie. Alio modo amore pcupiscētie.

Cōclusio prima

Primo mō irrationalia nō sunt ex caritate diligēda Quia be
1 niuolētia nō potest esse ad irrōnalia. vt patet viij. ethicorum. sed amor amicicie includit beniuolentiā diligētis ad dilectuz. g et c.
2 P. vt declaraui i pmo libro dist. i. quicqd diligitur amore amicicie illud est diligendū pter se. sed irrationalia nō sunt diligenda pter se.
3 P. illa diligere debemus amore amicicie q vna nobiscuz societatē constituere pnt. sed irrationalia nō sunt talia. Maior patet p Augus. qui ait. q nō omnia quibus vtendū ē diligenda sunt ex caritate. sed que nobiscū societate quadā referūtur in deū.

Scda cōclusio.

Sed scdo modo. s. amore pcupiscētie possumus aliquo mō etiam irrationalia diligere ex caritate. Quia cū diligere sit velle bonū alicui. igitur cū aliquē proximū ex caritate diligimus. possumus ex eadē caritate irrōnalia bona diligere. inqtuz videmus q iste noster dilectus p hmōi bona ad eternā suam salutē poterit pmoueri. et vltimo suo fini piungi. puta diuine bonitati. g et c.

Addo tamē aliquo mō. quia actus istius dilectionis nō terminatur pprie ad bonū irrōnale. sed ad ipm dilectū cui talia bona desideramus. Propter quod ipsa irrōnalia nō sunt terminus dilectionis ex caritate. sed sunt materia dilectionis.

Instantia

Forte dicet q hō non potest seipm diligere ex caritate. g nec aliqua irrationalia. Cōsequētia patet. quia ex caritate diligēda sunt ea i quibus ē similitudo dei. sz expssior ē similitudo dei in homie qz in qcunqz irrationali creatura. Añcedēs pōt probari sic. Amor rephensibilis nō est ex caritate. sed amor sui est rephensibilis. Quia dicit apl'us ij. ad Thimo. iij. Erūt homies seipsos amātes. Item Grego. ait. q caritas minus qz inter duos esse nō pōt. in alterū eīm caritas tēdit.

Solutio.

Respōdeo negādo añcedēs. qz cū hō ex caritate teneatur diligere proximū suuz sicut seipm iuxta pceptū saluatoris. igitur oportet q seipm diligat ex caritate. Uñ etiā i ciuili amicicia forma diligēdi amicū accipitur exemplariter ex forma diligēdi seipm. qz amicus ē alter ego. vt patet in. ix. ethicorum. Uñ ibidē dicitur q amicabilia q sunt ad alterū ortū habēt seu trahūt ex amicabilibus que sunt ad nosipsos.

Ad pbationē dicendū q licet q homines amēt seipsos inordinate sit vitupabile. tamē q diligāt seipsos ordinate nō est rephensibile. sed valde laudabile. Quis autez debeat esse ordo i diligēdo. i sequēti qōne patebit.

Ad dictū Grego. dicendū. q hoc nō intēdit Grego. dicere q homo nō possit seipm diligere ex caritate. sed vult dicere q ex caritate nō possit diligere solum se. quia diligit sei ordine ad alterū. s. ad deū et ad proximū. et ideo qmuis diligat se. tamen dilectione caritatis tēdit in alterum.

Articulus quartus.

Quantum ad quar

tuz articulū dico q pctōres pnt esse in dupli ci statu. Quia vel sunt in via. ita q possibile ē eos penitere. vel sunt i termino seu extra viāz ita q non pnt vlterius meritorie penitere.

Cōclusio prima.

Primo mō ponā pclusionē affirmatiuā. s. q sunt ex caritate diligēdi. saltē qtum ad eorum naturā bm quā sunt ad imaginē dei. Or 1
quibus bnfaciendū est illi sunt ex caritate diligēdi. sed malis bnfaciendū ē. quia ad hoc laborare debemus vt a suis pctis puertantur qd cedit ad magnū bonū eorum.
2 P. ait Aug. q sic diligēdi sunt homies vt nō diligantur eorum errores. Et idē Aug. ait. q i pcepto dilectōnis

Instantia proximi omnis homo cōtinetur. Contra istam conclusionem a quibusdam arguitur
1 sic. Illi qui nō gaudent eisdem. nō possunt habere amiciciā ad seinuicē. vt patet .ix. ethicoꝝ. Sed virtuosi ꝛ viciosi nō gaudent eisdē sed magis gaudent oppositis. In eo em̄ in q̄ virtuosus letatur viciosus tristatur. cū signū sit acquisiti habitus habere delectationē i opere quod est ꝑm illum habitū. vt patet .ij. ethicoꝝ. Sed virtuosus habet habituꝫ virtuo/
2 sum. ꝛ viciosus viciosum. P. deficiēte causa deficit effectus. sed causa dilectionis deficit inter iustū ꝛ peccatorē. quia similitudo ē causa dilectionis. Isti autem sunt valde dissimiles.

Solutio. Ad.1. Respondeo ad primū ꝙ q̄uis illa maior sit vera. loquendo de amicicia ciuili ꝛ temporali. tamen non est vera loquendo de amicicia diuina ꝛ spūali. qua etiā inimicos iubēmur diligere. ꝛ ipsis benefacere qui nos oderunt. Uel dicendū ꝙ maior est vera d̄ his qui nec actu nec aptitudine gaudent eisdem. sed pctōres q̄uis actu non gaudeant eisdem cum bonis ꝛ iustis. aptitudine tamē illo gaudio q̄diu sunt in via totaliter non priuātur. ꝛ ideo ex dilectione ꝛ caritate sunt iuuandi vt talis aptitudo in actū reducat̄.

Ad.2. Ad secundum dicendū ꝙ pctōres q̄diu sunt i via ꝑm aptitudinē naturalē sunt similes ipsis homibus virtuosis. sed ꝑm maliciam actualē sunt ipsis dissimiles. ideo ꝑm naturā sunt ex caritate diligēdi. sed ꝑm maliciā sunt odiendi.

Cōclusio scda. Secūdo modo puta loquēdo de peccatoribus damnatis. extra viam salutis totaliter positis. tunc ponam conclusionē negatiuā.
1 Quia illi qui sic se habent ꝙ impossibile ē eos venire ad vnam societatē nobiscum. illos non tenemur nec debemus diligere ex caritate. dānati sunt hm̄oi. ergo ꝛc. Minor patet ex fide Maior etiam patet ex dicto beati Aug. supe
2 rius introducto P. quicunq̄ sunt talis cōditionis ꝙ respectu eoꝝ amicicia est dissoluēda. illi non sunt diligēdi ex caritate. damnati sunt hm̄oi. Maior patet. Minorē probo. qꝛ ꝑm Aristot. ix. ethicoꝝ. dissoluēda est amicicia ad eos qui sunt in malicia obdurati et incurabiles ꝓpter maliciā abundātem. Sed damnati sunt totaliter obdurati ꝛ penitus in
3 curabiles seu insanabiles. ergo ꝛc. P. Augusti. dicit. qui diligit proximū. vel quia iustus est. vel vt iustus sit debet diligere. Sed damnati nec sunt iusti. nec possunt fieri iusti.

Instantia ergo nō sunt diligendi. Forte dicet̄ ꝙ omnē rationalem creaturam homo tenetur diligere que sibi vtilis ē ad beatitudinis sue augmentū. ꝛ ipsum promouet ad virtutē. demones sunt hm̄oi. qui ex eo ꝙ nos exercitant hic in via. augetur in bono homine meritū virtutis in p̄senti. ꝛ premiū glorie in futuro.

Solutio. Respondeo ꝙ q̄uis maior sit vera de tali rationali creatura que p̄ se ꝛ ꝓpria intentione est vtilis. tamē non est vera si solum p̄ accidēs ꝛ preter omnē intentionē prodest. Sed demones q̄uis accidens nobis prosint ad virtutem ꝛ beatitudinē. p̄ se tamen ꝛ q̄tum in se ē. tunc intendūt nos impedire.

Ad pncipale argumentum. Ad argumentum principale nego minorē. Ad probationē dicendū. ꝙ caritas non est forma virtutū sic ꝙ ipsis virtutibus inhereat subiectiue. sed dicitur forma virtutū. eo ꝙ omnibus cooperatur ad hoc ꝙ opus eoꝝ sit viuū ꝛ meritoriū.

Distinctio vicesimanona ꝛ tricesima.

Ost predicta de ordine. Postq̄ magister superius insinuauit caritatis diffinitionē ꝛ diligendoꝝ multitudinē. nūc in ista. xxix. distinctione tradit caritatē et dilectionis ordinē. Et diuiditur in duas ptes. Or primo tractat dilectionis ordinata intensione. Secūdo de meriti quātitate ex dilectione resultante. distinctione. xxx. ibi. Hic solet queri. Prima i duas. Nā p̄mo magister ꝯsiderat caritatis ꝛ dilectōis ordinē. Secūdo graduū illius ponit distīctionē. ibi. Sciedū quoq̄ est. Prima in duas. Nam primo considerat dilectionis ordinē in cōmuni respectu omniū diligendoꝝ. Secūdo in speciali respectu parentuꝫ ꝛ ꝓpinquoꝝ. ibi. Solet etiā queri si parentes. Prima i duas. Quia primo ex dictis sanctoꝝ insinuat p̄dictū ordinem. Secūdo recitat circa hoc triplicē opinionē. ibi. Unde ꝛ sup hoc. Et hec diuidit̄ i tres partes ꝑm ꝙ circa dilectionis ordinē magister recitat tres opiniones. Scda ibi Quorum etiā nōnulli. Tercia ibi. Uerum quia p̄missa. Prima in duas. Quia primo ponit p̄me opinionis assertionē. Secūdo ostendit ad aliqua obiecta illius opinionis responsionem ibi. Quibus obuiat. Sequitur illa pars. Solet etiam queri. Et diuidit̄ in tres partes. Nam primo ostendit quomō diligēdi sunt parentes et ꝓpinqui. Secūdo qualiter diligendi sunt inimici. Tercio innuit sub

quo sensu parentes sunt odiendi et inimici diligendi. Secūda ibi. Verū latebrosa questio est. Tercia ibi. Queri etiā solet. Tunc sequit̄ distinctio .xxx. in qua mgr̄ rc. Et diuiditur in tres ptes. Nam p̄mo de hoc vtrum sit maioris meriti diligere amicos vel diligere inimicos magister mouet questionē. z dat suam responsionē. Secūdo ex dictis Aug. adducit obiectionē. Tercio dicti Aug. ponit expositionē. Scd'a ibi. Aug. tn̄. Tercia ibi. Ecce hinc haberi videt̄. Circa has distinctiones quero hāc questionē.

V Trum recto ordine caritatis teneamur deū sup omnia diligere. Videtur q̄ nō. Quia salua in nobis caritate possumus plus diligere proximū q̄ deū. ergo nō tenemur deum sup omnia diligere. Cōsequētia patet. Probo añcedēs. Quia salua manēte caritate potest quis esse pmptior ad sustinēdū mortē pro proximo q̄ pro deo. Sed exhibitio opis est pbatio dilectionis. vt ait Grego. z maxime talis opis quo quis vitam suā exponit pro amico. quia vt ait saluator. maiorē hac dilectione nemo habet vt animā suā ponat quis pro amicis suis. Cōtra. ppter quod vnūquodq̄ tale z ipsum magis. vt dicit̄. 1. posterioꝝ. sed omne qd' ex caritate diligitur ppter deū diligitur. ergo de⁹ maxime est diligēdus. Hic quattuor sunt videnda. Primo vtrū aliquis ordo attendēdus sit in ipsa caritate. Secūdo de principali quesito. Et hoc q̄tum ad distinctionē xxix. Tercio vtrum inimici sint diligēdi. Et quarto de quātitate meriti quod consequi poterimus ex dilectione inimicoꝝ. Et hoc quo ad .xxx. distinctionē.

Articulus primus.

Quantū ad primū primo ostendā ordinē esse in caritate. Secundo ponā quosdam casus emergētes circa hm̄oi ordinē. z ipsis respondebo Circa primū est sciendū. q̄ ordo pōt alicui dupliciter attribui. Vno modo actiue. Et sic est attribuendus ordo habitui caritatis z volūtati informate p habitū caritatis. Alio modo passiue. Et sic reperitur ordo ī actib⁹ caritatis. siue sint actus a caritate eliciti siue impati. Et illud p-
1 bo sic. Qn̄cunq̄ p aliquē habitum circa aliq distincta obiecta eliciūtur actus differentes penes intēsius z remissius. in illo habitu ponēdus est ordo actiue z in actib⁹ passiue. Sz [illegible] habitū caritatis circa bonū maius z min⁹. ceteris parib⁹ elicit̄ actus intēsior z remissior. g̃ rc. Maior patet. q2 in quibuscūq̄ ad pfectionē spectātibus est dare diuersos grad⁹. in talibus debet esse ordo. Forte dicet̄ q̄ in Instantia
mortalibus pctīs. z etiā in penis inferni peccatis debitis sunt diuersi gradus. z tn̄ ibi nullus ordo. sed sempiternus horror inhabitat.
Rn̄deo q̄ pctā nō spectāt ad pfectionē sed Solutio.
ad impfectionē. De penis dicendū q̄ licet ī damnatis nullus sit ordo actiue se tenēs ex pte damnatoꝝ. relucet tn̄ in eis passiue ordo diuine iusticie. q2 s̄m exigētiā delictoꝝ erit plagaꝝ modus. Minor etiā patet. q2 inclinatio habitus ad actū c̄s̄m rationē obiecti mouētis potentiā perfectā ipso habitu. maxime si potētia stat ī sua rectitudine Cū igit̄ caritas rectificet humanā volūtatē. ideo volūtas caritate pfecta debet maius bonū maius diligere. P̄. sicut patet ex questione prima prece 2
dēti. plura sunt diligēda ex caritate. aut igit̄ diligūtur equaliter aut inequaliter. Ista ptz p immediatā diuisionē. Sed nō pōt dari p̄mū. quia vbi vnū diligitur ppter alterū. illa nō diligūt̄ eq̄liter. q2 ppter quod vnūquodq̄ tale z ipm magis. sed [illegible] q̄ sunt ad finē diligūtur ppter finē. vt de se patet. Si dabitur secundū: tūc habet̄ ppositū. q2 ī omnibus actibus inequalibus ad pfectionē tn̄ spectātibus requirit̄ aliquis ordo. rebus em̄ pfectis nō debet deesse bonitas ordinis. cū p̄mū bonū z post bonū dūcis sit bonū ordinis. vt patet. xij. metaph. P̄. Canti. ij. in persona anime amo- 3
rose diligētis ex caritate dicitur. Introduxit me rex in cellam vinariā. ordinauit in me caritatē. Quod contingit s̄m expositores cū homo p̄ om̄ib⁹ diligit deū. deinde seipm. quo ad interiorē hominē seu bonū anime. tercio bonū anime proximi sui. quarto bonū corpis pro Instantia
prij. z quinto bonū corpis proximi. Sed 1.
forte dicet̄ q̄ in oppositū istius ɔclusionis videntur sonare verba Bern. qui ait. Amor nescit gradū. dignitatē nō considerat. In omni autē ordine oportet gradus esse. P̄. sicut se 2
habet fides ad credēda. sic se habet caritas ad diligenda. sed omnia credenda p fidē credimus equaliter. ergo omnia diligēda p caritatem diligimus equaliter P̄. ordo pdictus 3
nec potest esse in habitu caritatis. cū habitus sit vnus. omnis autē ordo psupponit multitudinē ordinabiliū. nec in actu. q2 tūc caritas dormientis esset inordinata. eo q̄ careret ordine quem esset apta nata habere. Respon Solutio Ad. 1.
deo ad primū dicendū. q̄ amorē gradū vl' di-

gnitatē considerare dupliciter potest intelligi. Uno modo comparando diligibile ad diligibile. Alio modo comparando diligentē ad diligibile. Primo mō amor seu caritas non ignorat gradū. quia et actu interiori immediate elicito magis diligit magis diligibile. et etiam actu exteriori maiorē sibi exhibet reuerentiam. Unde dicit quidam doctor & bene. q̄ caritas primo ordinat subiectū suū immediatum. s. ipsam voluntatē. et consequentiue eo totum imperiū suum. id est omnes vires siue interiores siue exteriores que mouētur ad imperiū suum. Sed secūdo mō puta cōparādo diligentē ad diligibile. tunc verus & fortis amor ignorat gradum. Quia q̄ntūcunq; magnus excessus sit vnius ad alterū. amor tamen sic adequat ea q̄ transformat amantē in amatum. vt patet p Dyonisiū in de diuinis nominibus. nec sinit suūipsius esse amatorē sed amati. vt ait Hugo i libro de arra sponse. Et isto modo intelligit Bern. Ad secūdū dicendū q̄ non est simile de fide & caritate. q2 ratio credēdi oīa credibilia est veritas diuīa. vt p scripturā sacrā nobis est annūciata. & ideo omnia credibilia equali certitudine credūtur sicut equali certitudine reuelātur. Sed ratō diligendi aliqua ex caritate est bonitas diuina primo quidē in se existens. deinde ab alijs participata. Et quia multipliciter dei bonitas participatur penes diuersos grad⁹ creaturarum. ideo diuersi poterunt esse gradus dilectionis eliciti ex caritate. ergo &c. Ad tercium dicendū. q̄ ordo talis est in actu subiectiue seu passiue. & in habitu caritatis effectiue.

Ad.2.

Ad.3.

Ad probationē dicēdū. q̄ ordo causaliter seu effectiue potest esse i vno tm̄. deus eīm omnia ordinauit. et tamen vnus solus deus est.

Etiā quādo quis dormit: adhuc caritas sua debet dici ordinata. eo q̄ ordinet ipsā voluntatem. & taliter eam disponit vt possit elicere actum ordinate. Circa p̄dicta possunt moueri tres casus. Primus est cū dicitur Diligas proximū tuum sicut teipsum. an ly sicut sit nota equalitatis. puta q̄ tm̄ teneatur quis diligere proximū quantū diligit seipm.

Scdm̄ p̄ in articuli Casus primus.

Rn̄sio.

Rn̄deo q̄ nō est nota equalitatis: sed silitudis. maxime si hm̄oi dilectio ē respectu boni eterni vel boni hoīs interioris. respectu eīm taliū bonoꝝ q̄uis nō debeam⁹ ita p̄uare nos diligere vt alios excludamus. tm̄ saluo ordine caritatis nosipsos debemus p̄ncipaliter diligere. & deinde primos. Si autē tal' dilectio est respectu boni tp̄alis spectātis ad bonū hominis exterioris siue ad hominē exteriorem. ita tamē q̄ bonū homīs interioris ex carentia illius temporalis boni nō minuitur. sed potius augetur. tūc pfectionis est nō solū equaliter diligere proximū sicut seipm. verumetiā pl⁹ et abundātius diligere. eo q̄ bono interioris homīs ipsius diligētis ex tali dilectione p̄ximi pfectius cōsulatur. Forte dicet q̄ si ly sicut esset nota similitudinis. tūc ita bn̄ diceretur. diliges proximū tuū sicut deū. sicut dicitur. diliges proximū tuū sicut teipsū. P. i. ad Corinth. xiij. dicitur. Caritas nō querit que sua sunt. ergo etiā bonū interioris homīs nō magis debet quis appetere sibi q̄ p̄ximo.

Instantia 1

2

P. caritas circa obiectum magis diligibile elicit actum magis intensum. Ista patet p ea que dixi in probatione conclusionis precedentis. Sed p̄ximus q̄nq; est melior ipso diligente. ergo tali casu posito plus debet quis diligere proximū q̄ seipsum. Ad primū dicendū q̄ licet aliqualis sit similitudo q̄uis valde remota inter dilectionē qua diligit deus & qua diligit p̄ximus. tamē nō bn̄ diceret diliges p̄ximū tuū sicut deum. quia sic diligimus bonū diuinū q̄ ipso fruimur. eo q̄ ipsū in nullū aliud bonum referamus. quod si faceremus de proximo. tunc frueremur vtēdis. quod est tota puersitas. vt ait Augus. Melius igitur dicitur. sicut teipm. quia maior est cōueniētia. & [illegible] cōsequens similitudo inter hominē & hominē q̄ inter deum & hominē. sicut maior est similitudo inter duo bona participata que ambo sunt ad finem. q̄ inter bonū p essentiā. & bonum participatū. quoꝝ p̄mū est ipse finis. alteꝝ autē ad finē. Ad secundū dicēdū q̄ q̄uis caritas nō querit que sua sunt. ita q̄ negligat ea que dei & proximi sunt. tamen sine negligentia istorum bene querit que sua sunt maxime ad salutem eternam spectantia. et ad interioris hominis pfectionē.

3

Solutio. Ad.1.

Ad.2.

actu desisteret. dato ꝙ hitū i se hrēt. Ad. iij Ad.3.
dōm ꝙ illi simplices vel hn̄t ordiatū et rectū
appetitū finis. ⁊ rectū iudiciū de his q̄ sūt ad
finē q̄ circa talia dirigāť tūc hn̄t virtutē mora
lē ac etiā prudētiā. vel nō hn̄t hec seu carēt ali
quo istoꝝ. ⁊ tūc nec hn̄t virtutes morales ac
quisitas. nec prudētiā. nec sūt veri virtuosi vir
tuositate acquisita. Qd̄ addo ꝑ tāto. qꝛ posi
to ꝙ virtutes ifūdāť habitual'r puuli i baptis/

mo. tūc añq̄ʒ attingāt annos discretōis hītꝰ q̄
dē hn̄t prudētie ceterarūq̄ʒ virtutū. q̄uis nō
Ad. 4. dū taliū ꝟtutū hēant exercitiū Ad. iiij. dōʒ
ꝙ iudiciū ō agibilibꝫ pt̄ dupl'r fieri Uno mō
speculatiue. puta qn̄ soluʒ pcedit ex naturali
lumīe itellectꝰ. ꝛ sic n̄ sufficit ad prudētiaʒ. sic
em̄ illi q̄ natural'r hn̄t fātasiā magꝰ ordiatā. ꝛ
intellectū eleuatū. q̄uis sint pctōres tn̄ bn̄ iu
dicāt de agēdis. Et eodē mō dōm ē de ill'q̄ p
doctrinā ꝛ studiū sine ꝟtutū exercitio quēdā
hītū boni iudicij acq̄sierūt Oēs em̄ isti ꝛ si ali
q̄d sil'e hn̄t prudētie. tn̄ prudentiā nō hn̄t. vt
pʒ p aris. vi. eth. Alio mō iudiciū de agibilibꝫ
fit pctice. puta qn̄ pcedit nō solū ex igenio vel
studio. sʒ ex bona q̄litate mētis seu ex dispōe
exn̄te i appetitu iudicātꝭ. iuxta quē modū ait
aris. i ethicis. q̄lis vnusq̄sq̄ʒ ē. s. bm̄ appetitū.
tal' finis sibi videt'. tale iudiciū pcedit a pru/
dētia. ꝛ nccio p̄supponit moralē ꝟtutē p quā
appetitꝰ ē rectꝰ. ꝛ sine q̄ nō pt̄ eē rectꝰ Propter
q̄d prudētia nō ē i talibꝫ pctōribꝫ de q̄bus ar
Scōa cō/ guit'. Scōa ɔclō ē ꝙ accipiēdo ꝟtutē bm̄ cē
clusio. ipfectū q̄ mō etiā dispō ad ꝟtutē q̄nq̄ʒ virtus
appellat'. tūc ꝟtutes n̄ sūt sic ɔnexe q̄n vna pos
sit hr̄i sine alia. q̄ꝛ ex nat'ali ɔplexiōe vl' etiā p
pter exercitiū opeꝝ aliq̄s hō ē incliatꝰ ad vnā
virtutē q̄ tn̄ nō ē inclinatꝰ ad aliā virtutē.

Articulus secūdus.

Quantuʒ ad secun

dū arti. ē notādū ꝙ ꝟtutes theologice pn̄t du
pl'r ɔsiderari. Uno mō vt virtutes sūt. Alio
Cōclusio mō vt hītꝰ sūt. Prio mō nō pn̄t separi. Q̄ꝛ ꝙ
prima. caritas n̄ possit eē sine fide ꝛ spe. satis pʒ ex di
ctis supiꝰ de virtutibꝫ theologicꝭ. Nullꝰ ei pt̄
eē deo carꝰ q̄ nec actual'r nec hitual'r spat i deo,
nec credit i deū. sʒ oīs hn̄s caritatē ē carꝰ deo. ꝛ
n̄ hn̄s spē ꝛ fidē nec actual'r nec hitual'r spat i
deo. nec credit i deū. ḡ ꝛc. Qꝫ aūt fides ꝛ spes
vt virtutes sūt n̄ possint eē sine caritate pʒ. q̄ꝛ
oīs ꝟtus theologica bm̄ ꝙ virtꝰ ē sic meritoria
ē. sʒ fides ꝛ spes n̄ sūt meritorie nisi assistēte ca
Instantia 2 ritate. ḡ ꝛc. Forte dicet' ꝙ mortal' pctō ꝑdit
caritatē. ꝛ tn̄ n̄ ꝑdit fidē ꝛ spē. Itē i pria ma
Solutio. net caritas. ꝛ tn̄ n̄ māet ibi fides ꝛ spes Ad
Ad. i. p̄mū dōm ꝙ nō manēte caritate nō manēt fi
des ꝛ spes bm̄ ꝙ sūt ꝟtutes theologice. q̄ꝛ vt sic
virtuositatē hn̄t a caritate q̄ est forma cuiusli
Ad. 2. bet virtutis meritorie. Ad. ij. nego assūptaʒ
ppōeʒ. q̄ꝛ fides ꝛ spes manēt i pria. vt pbaui
supiꝰ di. xxxi. arti. iij. ꝛ idē pbaui de fide i plo
Cōclusio go. q. iij. ar. ij. Scōa ɔclō ꝙ ꝟtutes ɔside/
scōa. rate vt hītꝰ sūt. sic fides ꝛ spes pn̄t eē sine cari/
tate. q̄ꝛ fides ꝛ spes vt iformes sūt q̄uis sint
hītꝰ aīe inherētes. tn̄ sūt absq̄ʒ caritate. sʒ vt iā
dictū ē i pctōre mortali iformes sunt. ḡ ꝛc.

Articulus tercius.

Quātū ad tercium

arti. dico p̄mo ꝙ. vij. dona spūsci ɔnexa sūt. Prima cō clusio.
Q̄ꝛ nullū istoꝝ donoꝝ est pfectū sine alio. sʒ
q̄dlibet istoꝝ donoꝝ vt dat' a spūscō pfectū ē.
q̄ꝛ dei pfecta sūt opa. maxie loq̄ndo ō his q̄
us i nob sine nob opat'. q̄les sūt ꝟtutes theo/
logice. ꝛ ista dona de q̄bꝫ loq̄ns aug. ait. Uir
tus ē bona q̄litas mētis q̄ recte viuit'. q̄ nemo
male vtit'. quā deꝰ i nob sine nob opat'. Ma/
iorē ponit. b. Gre. i. li. moral'. vbi tractās illō
Job. i. c. ibāt filij eiꝰ ꝛ faciebāt ɔuiuia p do/
mos vnusq̄sq̄ʒ i die suo. ɔpando septeʒ dona
vij. filijs ipsiꝰ iob. dicit. Sʒ illud i h̄ filioꝝ cō
uiuio pscrutādū video. ꝙ semetipos iuicē pa
scūt. q̄ꝛ valde singula q̄libet ꝟtutū destruit'. si
nō vna alteri virtꝰ virtuti suffraget'. Minor
q̄ppe ē sapia si itellctu careat. ꝛ sic valde iutil' ē
intellectꝰ si ex sapia nō sbsistat. q̄ꝛ cū altiora si
ne sapīe pōdere penetrat. illū leuitas ḡuiꝰ rui
tuꝝ leuat. Uile ē ɔsiliū cui robur fortitudis
deest. q̄ꝛ q̄d tractādo iuenit carens viribꝫ vsq̄ʒ
ad pfectōʒ opis nō pducit. ꝛ fortitudo valde
destruit' nisi p ɔsiliū fulciat'. q̄ꝛ q̄ plꝰ se posse cō
spicit. eo virtꝰ sine moderamīe deteriꝰ i pceps
ruit. Et sic sil'r de alijs donis Greg. pbat cō/
nexionē ibidē. Scōo dico ꝙ dona sūt ɔne Cōclusio scōa
xa cū virtutibꝫ ꝛ maxie cū theologicis. Q̄ꝛ il 1
lud q̄d dat' i adiutoriū alteri h̄ dʒ illi assistere
cui dat' i adiutoriū. sʒ vt pbaui supiꝰ dis. xxx/
iiij. dona dant' i adiutoriū virtutū. ḡ ꝛc. P 2
ō virtutibꝫ theologicis spāl'r istud pbat Gre
go. vt. s. ɔpans tres filias ipiꝰ iob tribꝫ ꝟtuti
bus theologicis sic di. Sʒ hn̄t i nob septē fi
lij pculdubio tres sorores. q̄ꝛ q̄cq̄d virile hi ꝟ
tutū sensus faciūt. h̄ fidei. spei caritatiq̄ʒ ɔiū/
gūt. neq̄ʒ ad denarij pfectōʒ septē filij pueniūt
nisi i fide. spe ꝛ caritate fuerit oē q̄d agūt For Instantia ɔ p̄mā cōclusionē.
teɔ p̄mā ɔclōʒ dicet'. ꝙ pbatō gre. ipedit sap
sā i eo ꝙ ait. mior ē sapia si itellectu careat. nā
mior sapia ē sapia. q̄ cū possit eē sine itellectu.
iō ista dona n̄ erūt ɔnexa. Cōtra scōaʒ cō Instantia ɔ scōaʒ cōclusionē.
clōʒ sic. Uirtutes morales ex puris nat'alibus
pn̄t acq̄ri. ḡ si ɔnexiōʒ hr̄ent cū donis spūsci
tūc hmōi dona ex puris naturalibꝫ haberet'.
q̄d fuit heresis pelagij Ad. i. rn̄deo ꝙ illa mi Solutio primi.
nor sapia n̄ ē donū spūsci. sic em̄ itellectꝰ iutil'
q̄ acipit' ex altera pte nō pt̄ eē donū. q̄ꝛ donuʒ
spūsci nō pt̄ eē iutile. sic nec hmōi mior sapia

Solutio scdi

p̄t ee͂ donū spūssci Ad .ij. dōꝫ ꝙ ꝗuis dictū sit ꝑ me ꝙ dona sint sic ꝯnexa virtutibꝫ ꝙ nō sint sine ipis. tn̄ n̄ dixi ꝙ vtutes morales acq̄sī te n̄ possint ee͂ sine donis. sic ꝓcedit argumētū.

Articulus quartus.

Cōclusio prima

Quātū ad quartū

arti. dico p̄mo ꝙ ꝓp̄e loq̄ndo vicia n̄ sūt ꝯnexa. Qꝛ q̄ꝝ vnū sine alio p̄t ee͂ illa n̄ sūt ꝯnexa.
1 sꝫ vicia seu pctā sūt hmōi. qꝛ aliq̄s p̄t ee͂ sup̱bꝫ
2 q̄ tn̄ nō ē luxuriosus P̄. ꝯtria n̄ p̄nt sil' iesse ei dē. sꝫ multa vicia sūt ꝯtria. g̃ ⁊c. Maioꝛ pꝫ. ꝓbat mioꝛ. qꝛ cū virt⁹ sit mediū int̄ sup̱fluū ⁊ diminutū. g̃ circa qualibet virtutē ꝯtingit ee͂ duo extrema q̄ sūt ꝯtria vicia. puta extrēa li/ balitati ꝑcitas ⁊ ꝓdigalitas. extrēa fortitudis
3 audacia ⁊ timiditas. ⁊c de alijs. P̄. q̄ꝝ cāe n̄ p̄nt sil' ꝯcurrere illa n̄ sūt necio ꝯnexa. sꝫ aliq̄ rū pctōꝝ cāe n̄ p̄nt i eodē sil' ꝯcurrere. qꝛ aliq̄ꝝ pctōꝝ cā ē iordiata leticia. aliq̄ꝝ vero tristicia

Instantia

itē ꝙ aliq̄ ex tristicia occidūt seipos. Forte dicet sic ꝯ istā ꝯcl'oꝫ. Qui ē p̱uat⁹ oī virtute hꝫ oē viciū. Ista pꝫ. qꝛ viciū ē p̱uatio virtutē sꝫ hn̄s vnū viciū ē p̱uat⁹ oi virtute. g̃ hn̄s vnū

Solutio.

viciū hꝫ oē viciū. Dōm ꝙ maioꝛ nō ē vera. Ad ꝓbatōꝫ dico ꝙ viciū nō dicit simplicē p̱ uatōꝫ virtutis. sꝫ cū p̱uatōe dicit oppositā q̄ litatē virtuti repugn̄tē.

Cōclusio scda.

Scd̄o dico ꝙ ip̱ro/ p̱e loq̄ndo de ꝯnexiōe ꝓut illa dicūt ꝯnexa. q̄ ꝯueniūt i aliq̄ vno cōi. sic vicia mortalia oia sūt ꝯnexa. qꝛ ꝗuis dr̄ant pctā i ꝯūsiōe ad bo/ nū ꝯmutabile. oia tn̄ ꝯueniūt i au̇siōe a bono icōmutabili. Propt̄ qd̄ etiā i pena pctis debi ta lꝫ sit dr̄a i pena sensus q̄ r̄ndet ꝯūsiōi q̄ ē in pctō. tn̄ i pena dāni q̄ r̄ndet au̇sioni b̄m se nō ē dr̄a. cū carētia diuie visiōis in q̄ pena dāni ꝯsistit sit oibꝫ dānatis cōis. Et isto mō itel ligēdū ē illud verbū Jac. ij. c. vbi dr̄. q̄ in vno

Ad p̄nci/ pale argu mentum.

offēderit fact⁹ ē oim re⁹ Ad argumētū p̄nci pale dōꝫ ꝙ mioꝛ ē falsa. Ad ꝓbatōꝫ dico ꝙ illa verba nō pl⁹ hr̄ nisi ꝙ virtutes ee͂ ꝯnexas nō est dictū sacre scp̄ture sed moralis p̱hie.

Distin. tricesimaseptīa ⁊ tricesimaoctaua.

Ediā distribu

tio. Postꝙ mgr̄ a di. xxiij. iclusi ue determiauit de aie hūane pfe/ ctōibꝫ se hn̄tibꝫ ꝑ modū hit⁹. h vlteri⁹ ꝓseq̄t de aie pfectōibꝫ se hn̄tibꝫ ꝑ modū act⁹. Uel ꝯtinuet sic. Postꝙ mgr̄ detmiauit de hitibꝫ virtutū ⁊ donoꝝ. h icipit determiare de opibꝫ seu actibꝫ diuoꝝ mādatoꝝ. ⁊ diuidit i duas p tes. nā p̄mo detminat de opibꝫ seu actibꝫ mā datoꝝ p̄me tabule. Scd̄o de actibꝫ mādatoꝝ scd̄e tabule. ibi. In scda vo tabula. Pria di/ uidit i tres ptes. nā p̄mo mgr̄ tāgit vl'r nūeꝝ mādatoꝝ. ⁊ ꝓseq̄t de mādato p̄mo. Scd̄o de scd̄o. Tercio de tercio. Scda ibi. Scdm̄ p̄ce ptū. Tercia ibi. Terciū vero. Seq̄t illa ps. In scda vo tabl'a. Et diuidit i. vij. ptes b̄m ꝙ sūt. vij. p̄cepta scd̄e table de q̄bꝫ mgr̄ tractat vs ꝗ ad finē illi⁹ tercij li. Scda ibi Scdm̄ ē. nō occides. Tercia ibi. Terciū ē. nō mechaberis Quarta ibi. Quartū ē nō furtū facies. Qui/ ta ibi. Quītū p̄ceptū. Sexta i p̄n. xl. dis. ibi. Sextū p̄ceptū. Septia ibi. Septimū ē. nō ꝯcupisces. Seq̄t illa ps. Quartū ē ⁊c. Et diuidit i tres ptes. Nā p̄mo dat q̄rti p̄cepti scd̄e tabule verā intellectōꝫ. Scd̄o cuiusdaꝫ pcti militātis ꝯ illud p̄ceptū ponit distīctōꝫ. Tercō mouet incidētē dubitatōꝫ. Scda ibi Sacrilegiū tribꝫ modis. Tercia ibi. si vero q̄rit. Et hec diuidit i q̄ttuoꝛ. qꝛ p̄mo q̄ōeꝫ ꝓ ponit. Scd̄o r̄nsiōꝫ apponit. Tercio ꝯ r̄nsio nē opponit. Quarto obiectōꝫ deponit Scda ibi. Dicimus eos. Tercia ibi. Hic opponit. Quarta ibi. Sꝫ ibi sb intelligēdū ē. Seq̄t illa ps. Quintū p̄ceptū. Et diuidit in duas. Prio oñdit ꝙ illud mādatū se extēdit ad mē dacij ⁊ ꝑiurij ꝓhibitōꝫ. Scd̄o de vtroꝗ isto/ rū facit sp̄ālē mētionē. ibi. Solet āt q̄ri. Hec i duas. Prio mētionē facit de mēdacio Scd̄o de ꝑiurio. di. xxxix. ibi. Nūc de ꝑiurio videa/ m⁹. Pria i tres. Qꝛ p̄mo q̄ ad illi⁹ mādati ꝓ hibitōꝫ de mēdacio facit q̄ōꝫ. Scd̄o circa q̄si tū recitat vnā opinionē. Tercio ad euidētio/ rē veritatis determiatōꝫ de mādato facit disti ctōꝫ. Scda ibi. Quidā dicūt. Tercia icipit di. xxxviij. ibi. Sciēdū tn̄ tria ee͂. Hec i duas Prio tractādo de mendacio ꝓcedit diuisiue. Scd̄o diffinitiue. ibi. Hic vidēdū ē. Pria i duas b̄m ꝙ de mēdacio ponit duas diuisiōes Scda ibi. Sciēdū etiā ē octo esse genera. Seq̄t illa ps. Hic vidēdū ē. Et diuidit i du as ptes. Prio oñdit quō diffinit mendaciū. Scd̄o inuit oē mēdaciū ee͂ pctm̄. ibi. Qꝫ vo oē mēdaciū. Pria i duas. Prio ipsi⁹ mēdacij ⁊ mētiri ponit distīctā diffinitōꝫ. Scd̄o mo/ uet ⁊ soluit vnā incidētē dubitatōꝫ. ibi. Hic solet q̄ri. Seq̄t illa ps. Qꝫ vero oē. Et diui dit i tres ptes. Prio oñdit ꝙ oē mendaciū ex dictis scōꝝ pctm̄ ee͂ ꝓbat. Scd̄o oñdit ꝙ in/ terdū sine pctō errat. ibi. illud q̄ꝫ sciēdū. Ter cio quō iacob dicēs se ee͂ esau a pctō excusatur Scda ibi. Illud q̄ꝫ sciēdū ē Tercia ibi. So let q̄ri de iacob Circa has duas dis. quero.

Trꝫ oē mēdaciū sit ꝯ dei p̄ceptū. Ui/ det ꝙ sic. qꝛ illud rōe c⁹ hō dānād⁹ ē h

ē̄ꝫ dei p̄ceptū. ſ; rōe mēdacij hō dānād⁹ ē. iux
xta qđ ait ps. ipi deo. p̄des o. q̄ lo. mē. Cōtra
q̄cq̄d ē̄ꝫ dei p̄ceptū ē mortl'e pcm̄. ſ; aliqđ mē
daciū n̄ ē mortale pcm̄. q2 dic aug. ⁊ hr̄ ec ħ
ī lr̄a ꝙ mēdaciū obſtetricū ī egipto fuit pcm̄
veniale. Hic q̄ttuor ſūt vidēda Pr̄o ꝓpt
q̄d lex ſit poſita. Scđo q̄t ſint leg; dīne p̄ce
pta. ⁊ ħ q̄ ad di. xxxvij. Tercio q̄d ſit mēda
ciū. quarto vtꝝ oē mēdaciū ſit mortale pcm̄. ⁊
ħ ec patebit ad q̄ſitū p̄n. ⁊ ħ q̄ ad di. xxxviij

Articulus primus.

Quantū ad primū

Nota đ lege.

ē adūtēdū ꝙ ethimologia nois h⁹ qđ ē lex dat̄
ſufficiēter ītelligi q̄re leges ponāt̄. q2 ſcđm Iſi.
lex đr a lego is. vl' a ligo as. ⁊ ex his duob⁹ pꝫ
vtilitas ⁊ nccitas q̄re lex diuia ſit poſita ⁊ q̄re
ec̄ cetere leges ordiāte ponūt̄. Utilitas pꝫ ī eo
ꝙ lex đr a lego is. q2 ī lege modū ordiāte viuē
di legere debem⁹. vt ex ꝯtinua leg; meditatiōe
habilitet̄ mēs hūana ad ꝑatā obſuātiā oim
toꝝ q̄ p̄cepta ſūt ī lege. Utilitas āt illi⁹ obſua
tōis ⁊ meditatōis ē eterne btitudis ꝯſecutio.
ꝓpter qđ de viro btō btitudine vie đr ī ps. ī le
ge dn̄i volū. ei⁹. ⁊ ī le. e. me. die ac no. Un̄ vni
cuiq3 nr̄m đr đ hac lege dīna ꝓu. vi. Liga eā ī
corde tuo iugiter. Et mat. xix. de mādat; ei⁹ đr
Si vis ad vitā ingredi ſer. mā. Un̄ iſta ē lex
dn̄i īmacl'ata ꝯūtēs aias. c⁹ p̄ceptū ē lucidū il
luians ocl'os. vt đr ī ps. Sꝫ ex ſcđa legis
ethimologia p̄t notari leg; nccitas. nā multi
ſūt ita ꝑūſi. vl' ex natali ꝯplexiōe. vl' ex turpi
⁊ mala ꝯſuetudie. ꝙ ſi lege dīna ac ceter; mā
dat; p̄ncipū n̄ ligarēt̄ ⁊ limitarēt̄. ipſi tot ma
la ꝯmitterēt. ꝙ tot⁹ ordo hūane ciuilitat; ꝑiret
tales igr̄ nccē ē legib⁹ eē ligatos. vt aſſueti bo
nis morib⁹ ꝑ eos vniūſitas n̄ ledat̄. ꝓpter qđ
ait ariſ. x. eth. legib⁹ oꝫ eē ordinatā nutritōꝫ. n̄
erūt em̄ triſtia ꝯſuefacta. Et. j. imediate tāgit
phs iſtos ꝑūſos đ q̄b⁹ iā dixi di. Mlti ei ma
gis nccitati q̄ꝫ ſcđm ōi obediūt ⁊ iacture q̄ꝫ bono
Lex. n. coactiuā hꝫ potētiā. q. di. tales ꝑūſi
Inſtantia legis potētiā dn̄t cogi ⁊ ligari Forte dicet̄ ꝙ
1 iſta dicta videt̄ repugnāre. q2 illđ qđ annihilat
hūane opatōis meritū ħ n̄ ē vtile. ſed nccitas
coactōis ānihilat hūane opatōnis meritū. ḡ
ſcđa ꝯditio legis q̄ đr. lex hꝫ nccitatē coactō
nis ſiue potētiā coactiuā vr̄ ꝯdicere p̄me ꝯdi
2 tōi legis q̄ dicebat̄ ꝙ lex erat vtil' P̄. illud n̄
ē vtile hoi qđ auget ꝯcupiaꝫ peccādi. ſꝫ ſup il
lo v̄bo. i. coꝝ. xv. virt⁹ v̄o pcti lex. dic glo. lex
5 ꝓhibēdo auget ꝯcupiaꝫ P̄. n̄ ē vtile n̄c vr̄ rō
nabile ſi īfirm⁹ onerat̄ ḡuiori onere q̄ꝫ ſan⁹. ſꝫ
hō anq̄ꝫ peccarat ī ꝑadiſo fuit ſan⁹. ⁊ poſtq̄ꝫ
peccauit ē īfirm⁹. ḡ ꝓ nūc nō deberꝫ mai⁹ on⁹ le
Solutio gis hoib⁹ īponi q̄ꝫ ꝓ tūc. Ad. i. dđꝫ ꝙ mior
Ad. i. nō ē vera. Nā coactio n̄ ānihilat meritū. ſꝫ ſo
lū oñdit ꝙ ī opatōe illi⁹ q̄ cogit̄ n̄ ē meritū. vn̄
dicere poſſum⁹ ꝙ lex dīna oīb⁹ ē vtil' q̄ ſuāt le
gis p̄cepta. ſiue ħ faciāt libe ſiue coacte. aliter
tm̄ ⁊ al'r. Q2 his q̄ ex caritate leg; dīne ſeruant
mādata vtil' ē lex ad merēdū vitā eternā. iux
ta qđ dr̄ Iac. i. Qui āt ꝑſpexerit ī lege ꝑfecte
libtatis n̄ auditor oblīuioſus ſꝫ factor opiſ. ħ
btūs in facto ſuo erit. His aūt q̄ coacte faciūt
opa legis adhuc lex ē vtil' dupl'r. Pr̄o q2 ⁊ ſi
nō ē vtil' eis ad ꝓmerēdū meritū. ē tn̄ vtil' eis
ad p̄ueniēdū demeritū. q2 ſi tales n̄ cogerētur
ad legalē obſuātiā. ipſi multa mala facerēt. q̄
vt ſic coacti explere n̄ p̄nt. Scđo ē eis lex vti
lis. q2 q̄ꝫuis p̄mo ea q̄ ſūt legis coacte ⁊ ex ſui
li tiore faciāt. tn̄ poſtq̄ꝫ aſſueſcūt bonis opib⁹
⁊ diſſueſcūt mal'. tūc incipiēt ea q̄ ſūt legis fa
cere ex lib̄a caritate. ⁊ iſtū ſenſū tāgēs Ariſ. v.
pol'. c. vi. ait. Profect⁹ null⁹ vtiliſſimaꝝ legūꝫ
⁊ gl'ificataꝝ ab oīb⁹ politizātib⁹ ſi nō erūt aſ
ſueti ⁊ erudit ī politia Ad. ij. dđm ꝙ aliq̄d Ad. 2.
augere ꝯcupiam p̄t dupl'r intelligi. ſ. ꝑ ſe ⁊ cā
liter. vel ꝑ accn̄s occaſional'r. Primo mō
maior ē vera. ſꝫ n̄ ſcđo mō. q2 etiā illud qđ ē
vtile ⁊ hōeſtū a malo hoie p̄t male app̄hēdi ⁊
p̄t ſibi eē occaſio ꝯcupic. ſꝫ glo. allegata ē intel
ligēda ſcđo mō ⁊ n̄ p̄mo mō. Ad. iij. dđm Ad. 3.
ꝙ duplex ē on⁹ ſpūale. Unū agḡuāſ puta on⁹
pctōꝝ. de q̄ ait ꝓpha. Iniq̄tates mee ſupgreſ
ſeſūt ca. m. ⁊ ſic on⁹ ḡ. ḡ. ſunt ſup me. Aliud ē
on⁹ ſbleuāſ. ⁊ tale ē on⁹ legis diuie. Un̄ ait nr̄
legiſlator in euā. Iugū meū ſuaue ē ⁊ on⁹ me
um leue. Et iſto onere īfirmū onerare ē vtile ⁊
rōnabile. Falſū ḡ aſſumit argumētū. q2 lex di
uina volūtarios ſuos obſuatores nō dep̄mit
ſed ad modū ignis ſurſū trahit. Propter q
dr̄ Deu. c. xxxiij. In manu eius ignea lex. S

Articulus ſecundus.

Quantum ad ſecū

dū arti. p̄ſuppoſito ex multis locis veter; ⁊ no
ue legis ꝙ diuine legiſ p̄cepta ſint. x. adhuc q̄
ad illud duo reſtāt vidēda. Primū ē de p̄ce
ptoꝝ ſufficiētia. puta q̄re tot ſint. Scđm q̄
liter nob̄ inſinuata ſint. ḡ q̄ ad p̄muꝫ iſtoꝝ ē
adūtēdū. ꝙ ſcđm Gre. ī q̄dā ome. ſup Ioh. oīa
dei p̄cepta radical'r fūdāt̄ in caritate Oia. n. p̄
cepta vnū p̄ceptū ſūt. q2 q̄cq̄d p̄cipit̄ ī ſola ca
Sufficiētia p̄ceptorum. ritate ſolidat̄. iō ſufficiētiā diuinoꝝ p̄ceptoꝝ
poſſum⁹ accipe ex gemina caritate q tenet̄ hō
diligere deū ſup oīa ⁊ p̄ximū ſic ſeip̄m Ex di
lectōe dei poſſum⁹ aſſigāre p̄ma tria p̄cepta. nā

illū q̄ ē sup oīa tenemur diligere debem⁹ adorare. ꝑ nomē ei⁹ ī vanū n̄ iurare. ⁊ sibi aliq̄ statuto tp̄e iterna deuotōe vacare. vt ī p̄mo veneremur dei potētiā seu maiestatē q̄ ē approp̄atū p̄ris. ī scd̄o dei sapiaȝ seu ꝟitatē q̄ ē appropriatū filij. ⁊ in tercio dei clemētiā seu bonitatē q̄ [illegible] appropriatū sp̄ūsc̄i. Istoꝝ ex p̄mo vn⁹ solus de⁹ adorat̄. qd̄ ē p̄mū p̄ceptū. ex scd̄o ꝑ nomē dei nō ī vanū iurat̄. qd̄ ē scd̄ȝ. ex tercio sabbatū scīficat̄. qd̄ ē terciū p̄ceptū. Sed ex dilectōne p̄rimi possum⁹ assigr̄e alia. vij. p̄cepta. Nā ei quē diligere debem⁹ sicut nosmetipsos in duob⁹ obligamur. nā p̄mo tenemur ei bn̄ficētiā suis nccitatib⁹ sbueniēdo. Scd̄o tenemur ei innocētiā null̄ penalitatib⁹ ꝯp̄m affligēdo. Ex p̄mo istoꝝ hēm⁹ q̄rtū mādatū. s. honora p̄rē ⁊ matrē. vbi ꝑ honorē intelligit̄ sbuētio in ope ꝑ q̄libet legitima nccitate. ⁊ ꝑ patrē ⁊ matrē intelligit̄ q̄libet p̄rim⁹ q̄ patit̄ nccitatē. Sicut. n. ī sexto p̄cepto [illegible] p̄hibitō eȝ adulterij intelligit̄ eē p̄hibit⁹ oīs inordinat⁹ ꝯcubit⁹ ac etiā oīs fornicatio. sic h̄ in p̄posito Est eīn mod⁹ scripturaꝝ q̄ [illegible] ī p̄cept̄ negatiuis q̄ȝ affirmatiuis exp̄mit̄ act⁹ q̄ magis euidēs ē in illa materia. ⁊ ceteri act⁹ ꝯformitatē hn̄tes ad illū dat̄ intelligi ꝑ illū. Et q̄ꝛ inter hoīes q̄b⁹ tenemur sbuenire euidēti⁹ tenemur pentib⁹. iō ⁊c. Sȝ ex scd̄o possum⁹ assigr̄e cetera sex p̄cepta. Qꝛ p̄rimū p̄t q̄s ledere tripl̄r. s. ope ore ⁊ corde. Ope tripl̄r. q̄ꝛ vl̄ ī p̄pria p̄sona. sic hr̄ v. p̄ceptū. s. nō occides. vl̄ in p̄sona ꝯiūcta. sic hr̄. vi. p̄ceptū n̄ mechabis. vl̄ in exteriori sba. sic hr̄. vij. nō furabis. Si ledit̄ ore. h̄ p̄hibetur. viij. p̄cepto. q̄ dr̄. Falsū testioniū n̄ dices. Si corde. aut hoc fit ꝑ ꝯcupiam cū delectatōe. ⁊ hoc p̄hibet̄ nono p̄cepto. cū dr̄. Nō cōcupisces vxorē p̄rimi tui. aut sine delectatōe. ⁊ h̄ p̄hibet̄. x. p̄cepto. cū dr̄. Nō desiderabis rē p̄rimi tui. Et q̄ꝛ oīs mala ꝯcupia vel ē cū delectatōe vel sine delectatōe. iō in his duob⁹ vltimis p̄ceptis oīs inordinata ꝯcupia in q̄ pct̄m mortale ꝯmitti p̄t intelligit̄ eē p̄hibita. q̄ꝛ si ē cū delectatōne. tūc dȝ reduci ad. ix. p̄ceptū. si āt ē sine delectatōe. tūc dȝ reduci ad. x.

Insinua/tio p̄cep[illegible]tum.

Quo ad istoꝝ p̄ceptoꝝ insinuatōȝ ē aduītēdū. q̄ iā dicta p̄cepta dupl̄r sūt hoī īsinuata. s. natura ⁊ scp̄tura. Primū p̄ȝ ꝑ apl̄m Ro. ij vbi loq̄ns de gētib⁹ ait. Legeȝ. n. dei. i. p̄cepta dei. scp̄tā habuerīt ī cordib⁹ suis. Ex natali eī iudicio rōis q̄liber recte iudicās dic oīa ista p̄cepta vl̄r obꝟuāda Sȝ q̄ꝛ ī hoīb⁹ nat̄a fuit deꝑuata in tm̄ q̄ ꝑ pct̄m rōis natural̄ iudiciū fuerat obfuscatū. iō nccē fuit vt sic deꝑuata natura exn̄te ista p̄cepta dare͂t ī scp̄tura. Propt̄ qd̄ in duab⁹ tabul̄ lapideis scripta sūt a dn̄o ista p̄cepta. vtȝ exo. 34 Et q̄uis in h̄ sit plena oīȝ doctoꝝ ꝯcordia. ī diuidēdo tn̄ p̄cepta bm̄ p̄dictas tabl̄as aliq̄lis videt̄ eē discordia Qꝛ Joseph⁹ ponit q̄ p̄cepta fuerūt eq̄liter diuisa. ita q̄ in q̄libet tabl̄a fuerūt q̄nq̄ȝ p̄cepta scripta. Sȝ. b. aug. videt̄ ponere q̄ ī p̄ma tabl̄a fuerīt p̄ma tria p̄cepta scripta. et in scd̄a alia. vij. Orige. ꝟo ponit. iiij. eē ī vna tabula. ⁊ sex ī alia. Propter qd̄ sciēdū q̄ ioseph⁹ loq̄tur bm̄ ordinē rei geste penes sensū l̄ralez. Ad l̄raȝ eīn ī q̄libet tabula fuerūt scp̄ta. v. p̄cepta. Sed aug. ⁊ orige. loquūtur bm̄ ordinē rei gerēde. q̄ꝛ sic p̄ncipalit⁹ tenemur deo q̄ȝ p̄rimo. sic appellāt̄ p̄ma. i. p̄ncipal̄ tabl̄a bm̄ augu. ⁊ orig. illa ī q̄ ponūt̄ p̄cepta q̄b⁹ īmediate ordiamur ad deū. ⁊ scd̄a. i. scd̄aria tabula in q̄ ponūt̄ p̄cepta q̄b⁹ īmediate ordiamur ad p̄rimū. Orig. āt ꝑ tāto posuit. iiij. p̄cepta p̄me tabule. q̄ꝛ p̄mū p̄ceptū ꝯputauit ꝑ duob⁹. eo q̄ distīcte hēat̄ ī scriptura exo. xx. Nō hēb deos alienos. n̄ facies sculptile. Quoꝝ ꝑ p̄mū p̄hibet̄ vt ait orig. idolatria. q̄ fit sine oī corpali imagīe vl̄ figura. iuxta qd̄ ait ec varro. q̄ romāi lōgo tp̄e coluerīt deos absq̄ȝ oī idolo corpali. Per scd̄m ꝟo p̄hibet̄ idolatria q̄ fieri cōsueuit cū idol̄ ⁊ imagib⁹. Ecōuerso ꝟo duo p̄cepta vltia scd̄e tabl̄e orig. accepit ꝑ vno. eo q̄ āb⁹ sint de ꝯcupia q̄uis alio ⁊ alio mō Distinctō tn̄. b. aug. ē melior. q̄ꝛ q̄uis m̄ltiplex possit eē materia idolatrie. tn̄ oīs idolatria cōuenit ī vna rōe formali. puta ī eo qd̄ ē adorare ꝑ deo qd̄ n̄ ē de⁹. iō oīs idolatria ꝑ vnū p̄ceptū sufficiēter p̄hibet̄. p̄pter qd̄ tm̄ tria erīt p̄cepta p̄me tabl̄e. Ille ꝟo due ꝯcupie lȝ ꝯueniāt ī noīe. tn̄ dn̄t formali rōne. eo q̄ vna sit circa bonū delectabile. alia ꝟo circa bonū vtile iō distincte duob⁹ p̄ceptis sūt p̄hibite. Propter quod. vij. sūt p̄cepta secūde tabule.

Di. xxxviij Articulus tercius.

Quātū ad tercium

p̄ncipale dico q̄ bm̄ aug. vt p̄ȝ h̄ ī l̄ra. s. di. xxxviij. mēdaciū ē falsa voc̄ significatō cū ītētōe fallēdi. Forte dicet̄ q̄ ista descp̄tō n̄ valeat Instantia 1 Prīo q̄ꝛ bm̄ aug. q̄ dicit verū: credēs se dicere falsū mētit̄. ⁊ tn̄ planū ē q̄ tal̄ voc̄ significatio nō ē falsa. Scd̄o q̄ꝛ ille q̄ iocose mētitur dicit mēdaciū. ⁊ tn̄ ibi nō ē intētio decipiēdi. 2

Tercio q̄ꝛ aliq̄s p̄ōt mētiri signo vel scp̄to q̄ tn̄ nullā p̄fert voceȝ 3 Ad p̄mū dd̄m q̄ q̄uis illius vocis significatio nō sit falsa bm̄ se Solutio. Ad. 1.

ē tñ falsa ẜm intẽtõz pferẽtis. Ad.ij.dõm ꝙ sic ille q̃ seriose mẽtit̃ seriose intẽdit decipe. sic ille q̃ iocose mẽtit̃ etiã iocose et solatiose in/tẽdit decipe.
Ad.3. Ad.iij.dõm.ꝙ q̃uis talia sig̃ vel scρta nõ sint voces formaliter. sũt tñ voces equipollenter.

Articulus quartus Cõclusio prima.

Quãtũ ad quartuz

ꝑncipale pono duas cõ̃cl'oes. Pria ē ꝙ oē mẽ/daciũ ē pctm̃. q2 a spũali rectitudīe ñ pt q̃s de/
1 clinare nisi p pctm̃. s3 oī mẽdacio d̃clinat aliq̃ mõ a spũali rectitudīe. vt p3 ex diffinitiõe mẽ dacij sup⁹ data. P3 etiã ex alio. q2 veritas ẽ q̃dã rectitudo spũal'. cũ sit adeq̃tõ rei ad intel lectũ. g̃ q̃tũ ipm̃ mẽdaciũ declinat a veritate.
2 tm̃ declinat a rectitudine. P. oīs abusus ē pctm̃. s3 q̃ mẽtit̃ ille verb̃ abutit̃. Maior p3. ꝓbat̃ mior. q2 q̃ vtit̃ verb̃ ad oppositũ illi⁹ad qd̃ sũt istituta ille abutit̃. s3 q̃ mẽtit̃ vtit̃ verb̃ ad oppositũ cãe sue istitutiõis. q2 vt ait aug. verba sũt istituta ñ vt p ea hoīes fallãt. s3 vt cogitatiões suas sibi notificẽt. Propt̃ qd̃ ait idẽ aug. Quisq3 putauerit aliqd̃ gen⁹ mẽda/
Instantia cij ñ eē pctm̃ turpit̃ seipm̃ decipit Forte di cet̃ ꝙ silatio seu fictõ verboꝝ ñ ē mag̃ pctm̃ q̃ silatio factoꝝ. s3 xp̃s q̃ peccare ñ potuit. vt p baui sup⁹ di.xij. silabat fact̃ aliud q̃ intẽde/ bat. vt p3 Lu.xxiiij. silabat em̃ se eē pegrinũ.
Solutio. ꝛ finxit se lõgi⁹ire. Dõm ꝙ silatio figurati ua ñ ē mẽdaciũ. q2 nõ deuiat a rectitudīe. In figuratiuis em̃ exp̃ssiõib3 siue h̃ fiat verb̃. sic cũ d2 Judic.ix. Ierũt ligna vt vngerẽt sup se regē. siue h̃ fiat fact̃. sic h̃ in ꝓposito. ad saluã dã veritatē nõ ē nccẽ vt illud sit qd̃ exp̃mit̃. s3 sufficit illud eē ꝑpter qd̃ talia fiũt aut exp̃mũ tur. Sic aũt fuit in ꝓposito. q2 p hmõi gest⁹ volebat xp̃s oñdere ꝙ lõge distabat a cordib3 illoꝝ discipuloꝝ. ꝛ ꝙ sufficiẽtẽ fidē de xp̃o ipsi
Scd̃a cõ/clusio. nõ hẽbãt Cõcl'o scd̃a ē. ꝙ nõ oē mẽdaciũ ē mortale pctm̃. Q2 tm̃mõ illd̃ qd̃ repug̃t cari tati ē mortale pctm̃. s3 ñ oē mendaciũ repug̃t caritati. Maior p3. q2 q̄cq̃d ē ꝯpossibile cũ ca ritate i q̃ ꝯsistit vita spũal' aīe. h̃ ñ pt eē mor/ tale pctm̃ i q̃ ꝯsistit mors spũal' ipi⁹aīe. Mi/ nor p3. q2 ẜm aug. triplex ē mẽdaciũ. s. officio sũ. iocosũ. ꝛ pniciosũ. q̃rũ solũ terciũ ẜm se re/ pug̃t caritati. ꝛ p ꝯñs solũ pniciosũ mẽdaciũ
Instantia ē ẜm se mortale pctm̃ ꝛ ꝯ dei pceptũ. Forte dicet̃ ꝙ oīs q̃ edificat ad gehẽnã mortal'r vi/ det peccare. s3 oīs q̃ mẽtit̃ edificat ad gehẽnã. q2 sup illo ad Rom. xiiij. oē qd̃ ñ ē ex fide est pctm̃. dic glo. oē qd̃ fit ꝯ ꝯsciaz edificat ad ge hẽnã. s3 mẽdaciũ fit ꝯ ꝯsciam cũ fiat ꝯ certaz

hoīs noticiã. &c. Dõm ꝙ edificare ad gehẽ nã pt duplr̃ intelligi. Uno mõ ꝯpletiue. alio mõ dispositiue. Prio mõ solũ mortale pctm̃ edificat ad gehẽnã. ꝛ h̃ ꝯuenit pnicioso mẽ/ dacio. Scd̃o mõ etiã veniale pctm̃ edificat ad gehẽnã. ꝛ h̃ ꝯuenit etiã mẽdacio iocoso ꝛ of ficioso. Per h̃ p3 ad argu. pnci. in oppositũ Solutio Ad argu. pnci.

Distinctio tricesimanona et q̃dragesima.

Hinc de per

n iurio Postq̃ mgr̃ determinauit d̃ mẽdacio simplicr̃ ꝛ officioso. nũc ꝓseq̃t̃ de mẽdacio ñ simplici. s3 iuramẽto ꝯfir mato. s. de piurio. Et diuidit̃ ī duas ptes. nã ꝑmo tractat mgr̃ de piurio spãl'r. Scd̃o d̃ iu ramẽto vl'r. ibi. Si ãt q̃rit̃. Pria ī duas. nã ꝑ mo ponit piurij descρtõz. Scd̃o mouet circa piuriũ duplicē q̃oez. ibi. Hic q̃rit̃. Et hec di uidit̃ ī duas ptes. ẜm qd̃ mouz duas q̃stiões Scd̃a ibi. Cũ ṽo q̃s iurat. Pria ī duas. nã ꝑmo de piurio mouet q̃oz. ꝛ circa q̃situ r̃citat duplicē opionē. Scd̃o ponit suã intẽtõz. ibi S3 meli⁹ credit̃. Seq̃t̃ illa ps. Cũ ṽo q̃s. ꝛ diuidit̃ ī duas ptes. Nam mgr̃ ꝑmo mouet q̃oz ꝛ soluit. Scd̃o ī ꝯ̃riũ obijcit ꝛ obiectões tollit. ibi. Hic opponit̃ Seq̃t̃ illa ps Si ãt q̃rit̃ vtr̃. Et diuidit̃ ī duas ptes. nã ꝑmo fa/ cit inq̃sitõz de iuramẽtũ faciẽte. Scd̃o d̃ iura mẽtũ exigẽte. ibi. q̃rit̃ etiã si peccat. Pria ī tres ptes. Nã ꝑmo mgr̃ oñdit qñ iurare sit licitũ ꝛ qñ illicitũ. Scd̃o oñdit quõ vl' p q̃d sit iu/ rãdũ. Tercio vtr̃ oē iuramẽtũ sit iplẽdũ. Se cũda ibi. Querit̃ etiã an liceat iurare. Tercia ibi. Nũc supest. Seq̃t̃ illa ps. Querit̃ etiã. Ubi ꝑmo oñdit̃ quõ ab aliq̃ licite vel illicite iuramẽtũ exigit̃. Scd̃o ī ꝯcilio aurelian̄. de terminatũ tps iurãdi pfigit̃. ibi. Scã synod⁹.

Seq̃t̃ di. xl. ꝛ vl. illi⁹ tercij li. i q̃ mgr̃ ptra ctat duo vltia mãdata scd̃e tabl'e. et diuidit̃ ī duas ptes. Prio illoꝝ duoꝝ pceptoꝝ facit ex p̃ssiõz. Scd̃o cu⁹ lege hec sint pcepta mouet dubitatõz. ibi. Si ṽo q̃rit̃. Pria ī tres. nã ꝑ mo iã dicta duo pcepta exp̃mit. Scd̃o ꝯ̃riũ satis apparẽter arguit. Tercio obiectiõz argu mẽti soluit. Scd̃a ibi. s3 videt̃ pceptũ. Ter/ cia ibi. S3 ī ill' duob3. Et hec ī duas. Prio pdicti argumẽti ponit solõz. Scd̃o mouet ꝛ tollit ex illa solutõe incidentē dubitatõz. ibi. S3 cũ hic Seq̃t̃ illa ps. Si ṽo. q̃ diuidit̃ ī tres. Primo de legis vtilitate mouet q̃oem. Scd̃o iter legē ꝛ euãgeliũ assignat distictõz. ibi. Distat autē euangeliũ. Tercio dictoꝝ de

p̄cept̄ facit epilogatōꝫ.ibi.audisti.x.cordas
Et h̄ ē diuisio general' istaꝝ duaꝝ vltiaꝝ di.
sti⁹.iij.li.sen. Circa q̄s i sp̄ali q̄ro hāc q̄ōeꝫ.
Tꝝ oē iuram̄tū sit pct̄m. Videt̄ ꝙ sic
v Qꝛ q̄d ē ꝯ saluatoris nr̄i p̄ceptuꝫ h̄ ē
pct̄m simpl'r.sed iurare ē h̄mōi.ḡ ꝛc.
Maior pꝫ.minorē p̄bo.qꝛ saluator nr̄ ait di
scipul' suis mat.v.Ego dico vob̄ n̄ iurare oi/
no. Cōtra.i actu illo nō peccat hō q̄ meret̄
laudari.ſꝫ iurādo hō meret̄ laudari.ḡ ꝛc.ma
ior pꝫ.qꝛ p̄ pct̄m nō meremur laudē ſꝫ poti⁹
vituperiū.Minor etiā pꝫ i p̄s.vbi dr̄.Lauda
būt̄ oēs q̄ iurāt i eo. Hic p̄mo vidēdū ē de
eo q̄d q̄rit̄. Scd̄o vtꝝ oē iuramētū sit fuḡ/
dū. Tercio vtꝝ oē piuriū sit mortale pct̄m.
Et h̄ ḡ ad di.xxxix. Quarto vtꝝ i lege mo
sayca fuerit p̄hibita mala cōcupia. Et hoc q̄
ad dist.xl.

Articulus primus.

Quantū ad primū

ē aduertēdū ꝙ sic i nat̄alibꝫ duplex bonū repit̄.
vnū q̄d p̄ se ē appetibile.aliud q̄d nō p̄ se sed
p̄pter aliud ē appetēdū.Sanitas em̄ appetit̄
p̄ se ꝛ p̄pter se.Medicia v̄o vl' potio n̄ p̄ se ſꝫ
p̄pter h̄ndā sanitatē appetit̄.Sic eodē mō i
moralibꝫ q̄dā sūt bona p̄ se appetēda vt virtu
tes.q̄dā v̄o p̄pter alia.de q̄ꝝ nūero sūt ipsa iu
Prima cō clusio. ramēta.his p̄missis pono duas ꝯcl'oes Pri
ma ē ꝙ iuram̄tū factū p̄ firmāda v̄itate i casu
q̄ sine iuramēto veritas dep̄meret̄ n̄ ē pct̄m ſꝫ
1 meritoriū.Qꝛ medicīa debite mīstrata nō est
mala sed bona ꝛ laudāda.sed iuramētū ē q̄dā
medicīa tollēs dubietatē q̄ ē ifirmitas hoim
icreduloꝝ.ḡ nō ē mala seu pct̄m.ſꝫ bona ꝛ me
ritoria Et ista ē intētio.b.aug.q̄ tractās illō
mat.v.sit sermo vr̄ ē ē.nō nō.q̄d aūt ampli⁹ ē
a malo ē.sic ait.a malo nō iurantis.ſꝫ a malo
2 nō credētis. P̄.act⁹ elicit⁹ a viris p̄fect̄ nō ē
culpabil'.sed sepe iuuenit̄ ꝙ viri p̄fecti iuraue
rūt.Nā apl's.ij.Coꝝ.i.iurauit di. Ego testē
3 inuoco deū i aiam meā. Itē Isaac iurauit
cū vir̄ gerraris h̄re amiciciā.vt pꝫ Gen̄.xxvi.
4 Eodē mō iurauit Jacob cū laban h̄re fed⁹
Gen̄.xxxi. P̄.angel⁹ bon⁹ n̄ p̄t peccare.ꝛ tn̄
Opi. here tica. legit̄ iurasse Apoc.x.vbi dr̄.ꝙ iurauit angel⁹
p̄ viuētē i scl'a scl'oꝝ. Hāc tn̄ v̄itatē ml'ti he
retici negāt dicētes om̄e iuramētū eē mortale
pct̄m.Quoꝝ aliq̄ etiā n up ꝯbusti sūt i ciuita
te merēsi.q̄ ad mādatū inq̄sitoris noluert̄ iu
rare de veritate dicēda Motiua istoꝝ here
1 ticoꝝ possēt eē ista. Illud q̄d a deo ē p̄hibi
tū vl'r h̄ i nullo casu vidr̄ eē ꝯcessū.ſꝫ a x̄po q̄ ē

ver⁹ de⁹ iurare ē vl'r p̄hibitū mat.v.vbi ip̄e ait
Ego āt dico vob̄ n̄ iurare oīno.et ibidē. Sit
sermo vr̄ ē ē.nō nō.q̄d ampli⁹ ē a malo ē. P̄ 2
act⁹ cui⁹ ꝯsuetudo ē mala.videt̄ eē mal⁹.ſꝫ cō
suetudo iurādi ē mala.ḡ ꝛc.Maior pꝫ.iij.to
pic.vbi dr̄.Cui⁹ vsus ē mal⁹ ꝛ ip̄m q̄ꝫ malū ē
Mīor ꝯcedit̄ ab oibꝫ.Vn̄ ait Gre. Dū vsū
iurādi facim⁹ piuriū icurrim⁹. Ad.i.dōꝫ ꝙ Solutio
mīor nō ē vera Ad p̄batōꝫ dico ꝙ illa p̄pō n̄ Ad.1.
ē vl'is.qꝛ q̄n negatio p̄cedit signū vl'e distri/
butiuū.tūc facit p̄pōeꝫ vl'eꝫ eq̄pollere sue ꝯdi
ctorie.q̄ ē simpl'r p̄ticl'aris. Sic ḡ ista.nō ois
hō currit.valet istā.q̄dā hō n̄ currit.sic ista n̄
oīno iurare.valꝫ istā.aliq̄ mō nō iurare.Nō
ē igit̄ iurare ex vi illi⁹ p̄pōis vl'r ihibitū.ſꝫ so/
lū aliq̄ mō.ꝛ h̄ ꝯcedo.qꝛ iurare vane seu false
ē ihibitū.qꝛ ꝯ scd̄m p̄ceptū legis diue.Et cuꝫ
addit̄.q̄d ampli⁹ ē a malo ē.nō a malo iuran
tis.sed a malo nō credētis. Ad scd̄m nego Ad.2.
maiorē.qꝛ q̄uis ex h̄ ꝙ ꝯsuetudo alicui⁹ ē ma
la.bn̄ p̄bet̄ ꝙ ip̄m nō ē p̄ se bonuꝫ.tn̄ nō p̄bat̄
q̄n ip̄m sit bonū i ordine ad alteꝝ.Quāuis ei
nō sit bonū ꝯsuete ꝛ om̄i die accipe porōꝫ me
dicinalē.imo esſꝫ valde malū.qꝛ p̄ hoc destru
eret̄ natura.tn̄ ex hoc nō habet̄ ꝙ medicia sit
mala.De rōne em̄ taliū bonoꝝ ē.ꝙ vsus coꝝ
nō sit nisi occurrētibꝫ his ad q̄ hec ordinant̄.
ꝛ p̄pter q̄ ista dicūt̄ eē bona. Et ideo nō debꝫ
q̄s recipe potionē nisi indigeat ea.et t̄pe quo
ꝯgruit eā recipi. Sic eodē mō de iuramē/
to ꝛc. Ad p̄bationē dicendū ꝙ vsus iura/
mēti nō ē mal⁹.qꝛ vsus eius dꝫ eē eo t̄pe quo
legitima cā occurrit q̄re hō debet iurare.et tūc
iuramentū ē bonū.Alio v̄o t̄pe n̄ ē vsus ei⁹ ſꝫ
potius abusio seu abusus dici dꝫ. Ad di/
ctū Grego.dōm.ꝙ accipit ibi vsū p̄ ꝯsuetu/
Scd̄a cō/ clusio. dine inordīata.ḡ nō ē ꝯ me. Scd̄a ꝯclu/
1 sio ē.ꝙ q̄n nō subest legitima cā iurādi.tūc iu
rare ē pct̄m.Quia om̄e verbū ociosū ē pct̄m.
ḡ iurare sine cā est pct̄m. Añcedēs patꝫ.qꝛ
de om̄i verbo ocioso tenemur reddere rōeꝫ.vt
pꝫ i euāge.Cōseq̄ntia pꝫ ▮ locū a minori.qꝛ
si q̄d minus videt̄ inesse inest.ꝛ illud q̄d ma
gis. P̄.q̄d est ꝯtra dei p̄ceptū sine pctō esse 2
nō pōt.sed sine rōne ac vane iurare est cōtra
scd̄m p̄ceptū prime tabule.ḡ ꝛc.Maior ꝛ mi
nor homi x̄piano manifeste sunt.

Articulus secundus.

Quantum ad secū

dū articulū dicēdū ꝙ duplex ē iuram̄tū. vnū
assertoriū.aliud p̄missoriū.Vnū ē de re p̄teri
ta.scd̄m ē de futura.Primi p̄pria materia est

verū ⁊ nō falsum. secūdū materia est bonū nō malū. Et q2 pn̄s inquisitō videt̄ eē d̄ iuramēto ꝓmissorio. iō ē aduertēdū. ꝙ ille qui iuramēto ꝓmittit. q̄drip̄harie potāt se h̄re. q2 aut illd̄ qd̄ iurādo ꝓmittit ē totalr̄ ⁊ mālfeste bonū. aut totalr̄ ⁊ mālfeste malū. aut pti bonū ⁊ pti malū. aut nō ē mālfestū sed dubiū vtꝝ sit bonū vel malū. In p̄mo casu tenet̄ simplr̄ ⁊ oīno ꝯuare iuramētū. q2 iuramētū cadēs in materiā licitā. debitā ⁊ hōestā simplr̄ d3 obſuari. sed illd̄ iuramētū ē h̄mōi. ḡ ⁊c. In scd̄o casu nullo mō d3 obſuare iuramētū. q2 iuramētū cadēs sup materiā totalr̄ illicitā nullaten⁹ ē ꝯuādū. Dicem̄ h3 locū auctas Isid̄. q̄ ponit̄ i decretis. vbi d̄r. In malo ꝓmisso resci de fidē. i turpi voto muta decretū. qd̄ turpiter ꝓmisisti noli sceleriter adimplere. In tercio casu debet iuramentū ꝯuare ꝑ pte bona. et dimittere ꝑ pte q̄ cadit sup materiā malā. q2 eadē ē rō toti⁹ ⁊ ptis q̄tū ad ꝓsecutōꝫ vel refutationē. ḡ sicut totū malū ē totaliter refutādū ⁊ iuramentū cadēs sup ipso nullaten⁹ ē tenendū. sic ps mala ptialiter ē refutāda ⁊c. S3 i q̄rto casu d3 hō q̄rere ꝯsiliū. ḡ facto si ꝑspicuū ⁊ manifestū fuerit ꝙ sit bonū teneat iuramētū. si malū n̄ teneat iuramētū. Si aūt adhuc manet i dubio. tūc a suo supiori debet petere dispensatōꝫ illi⁹ iuramenti.

Instantia 1 Forte dicet̄ ꝯ scd̄m ⁊ terciū mēbꝝ illi⁹ diuisionis. ꝙ oē iuramentū qd̄ ē ꝯ dei p̄ceptū cadit sup materiā malā ⁊ illicitā. sed iuramentū Josue quo iurauit gabaonitis ꝙ eis fidē seruaret ⁊ eos nō occideret fuit ꝯtra dn̄i p̄ceptū qui eos p̄cepit occidi. ⁊ tn̄ Josue seruauit hoc iuramentū. ergo videt̄ ꝙ iuramentū cadens sup materiā illicitā sit seruandū. cū vir tāte ꝑfectionis ipsum seruauerit.

2 P̄. iuramentū quo meretrix iurat fornicario leccatori ꝙ ab eo nō recedat cadit sup illicitā materiā. et tamē videt̄ seruandū. Quia dicit Aug. Meretrix q̄ iurat se fidē seruaturā leccatori mala est ei adherēdo. sed peior fideꝫ nō seruādo. Cū igit̄ inter duo mala minus malū sit eligendū. videt̄ ꝙ talis meretrix tenere debeat illud iuramētū.

Solutio. Ad 1. Ad primū dicēdū. ꝙ Josue seruauit vtrūq3. s. iuramētū ⁊ p̄ceptū. iuramentū i eo ꝙ nō occidit eos morte naturali. ⁊ p̄ceptū i eo ꝙ occidit eos morte ciuili. in q̄tum redegit eos in ꝑpetuaꝫ seruitutē.

Ad 2. Ad scd̄m dicendū. ꝙ posito talē meretricē recedere a tali fornicatore cū quo iurauit manere. vel sic recedit ab isto ꝙ ad aliū fornicatorē accedit. tunc peius facit q̄3 si maneret. q2 p̄mo peccauit fornicādo. tunc autē peccaret fornicādo. ⁊ iuramentū nō seruando. Et ista est intentio Aug. Ex hoc tamen nō habet̄ quin possit ⁊ debeat ab isto recedere. ⁊ iuramentū nō tenere ad hoc vt vel caste viuat. vel alteri legitime nubat. De iuramento tn̄ tenet̄ multū penitere. q2 iuramentū cadens sup materiā simplr̄ illicitā q̄si equipollet piurio. vt dicunt magni doctores.

Articulus tercius. Quantum ad tercium articulū p̄mo videndū est de q̄sito. Secūdo vtꝝ piurium sit maius pctm̄ q̄3 homicidiū.

Prima inquisitio. Circa primū est aduertendū ꝙ ꝯmittens piuriū vel hoc facit iuramēto solēniter p̄stito. vel iuramēto sine solennitate. Si p̄mo mō. tunc nō solū est pctm̄ mortale. verūetiaꝫ singulare ⁊ valde magnū pctm̄. Si scd̄o mō tunc vel iurat falsum cū deliberatōe. vel iurat verū credens se iurare falsum. ⁊ tūc vtroq3 mō est mortale pctm̄. vel iurat falsuꝫ ex lapsu lingue ⁊ sine deliberatione. vel iurat falsū credēs tn̄ omnino verū esse illud qd̄ iuramēto confirmat. ⁊ nullo mō iuraret si aduerteret se falsuꝫ iurare. ⁊ his duobus modis ē veniale pctm̄.

Instantia Forte dicet̄ ꝙ hereticus iurans verū esse illud qd̄ tenet nō esset piurus ꝯm ista dicta. q̄uis erret. tamē credit vtiq3 verū esse illud qd̄ tenet.

Solutio Dicendū ꝙ heretici vtplurimū h̄nt ignorantiā affectataꝫ. quod patet ex eo ꝙ suos errores temerarie defendūt. nec volūt audire nec attēdere doctores qui eos possent ⁊ scirent reducere ad veritatē. Ignorātia autē affectata nō excusat sed icusat. nec subleuat peccatū sed aggrauat. vt declaraui libro. ij. dist. xxij. Ideo dato ꝙ hereticus iuraret falsuꝫ qd̄ sua temeritate crederet esse verū. ipse nō excusaret a mortali pctō. Secus autē esset si haberet ignorantiā inuincibilē que excusat a tāto ⁊ a toto. Hāc tamē inuincibilē ignorātiā nō credo aliquē hereticū h̄re. q2 de⁹ adiuuat quēlibet hominē vt euadat heretice prauitatis maliciā. si faciat totū quod in se ē.

Scd̄a inquisitio. Quo ad secundū dico saluo tn̄ sp meliori iudicio. ꝙ loquendo de homicidio ex deliberatōe ⁊ insidiose cōmisso. et nō de homicidio casuali. tunc homicidiū est maius peccatū q̄3 piurium etiam sollēniter cōmissum. Quia illud forefactū quod lege diuina ⁊ humana seueri⁹ punit̄ hoc videt̄ eē grauius pctm̄. sed lege diuina ⁊ hūana homicidiū punit̄ pena mortis. q̄ ē maxima penaꝝ. piuriū aūt punit̄ citra penā mortis. ergo ⁊c. Maior patet. quia ꝯm mensurā

delicti dz eē plagaꝝ modꝰ. vt dr Deut.xxv.
Egi.6.q/ Sz ꝯ illud sūt duo magni doctores. quo
5.q.14. rū vnꝰ ē lumiare maiꝰ. z alter lumiare minus
Jacob.4 nostri ordinis. q̄ ambo fundāt se in ista rōne
4.q.27 ꝙ pctm̄ contra pceptū pme tabule est maius
1 pctm̄ q̄ȝ ꝯ pceptū scd̄e tabule. Jsta pz ex h̄. qz
peccās ꝯ pceptū pme tabl'e peccat directe z i/
mediate ꝯ deū. sz peccās ꝯ pceptū scd̄e tabule
peccat imediate ꝯ pxim. Pctm̄ ṽo ē grauiꝰ q̄ȝ ꝙ
ē imediatiꝰ ꝯ digniorē psonā. Sz piuriū ē ꝯ
pceptū pme tabl'e. z hoīcidiū ē ꝯ pceptū scd̄e
2 tabule. ḡ zc̄. P̄. illud qd̄ magis auūtit a deo h̄ ē
peiꝰ z maiꝰ pctm̄. sz piuriū magis auūtit a deo.
Maior pz. qz actꝰ morales hn̄t spēz ex fine si
cut naturales ex forma. Nā sic se hz forma ī na
turalibꝫ. sic finis in moralibꝫ. ḡ tota bonitas
actuū moraliū ī h̄ ꝯsistit ꝙ debite tēdāt ī deū q̄
ē vltimꝰ finis oīm. et p oppositū tota malicia
taliū actuū ꝯsistit ī h̄ ꝙ deuiāt ab vltio fine. z
auertūt a deo. Mior etiā pz. qz illd̄ magis au
tit a deo qd̄ directiꝰ ē ꝯ deū. sz piuriū cū sit ꝯ p
ceptū pme tabule directiꝰ ē ꝯ deū q̄ȝ hoīcidiū.
qd̄ ē ꝯ pceptū scd̄e tabule Sz salua magna
istoꝝ doctoꝝ reuerētia. dico ꝙ fūdamētū vtri
usqꝫ rōis eoꝝ nō videt̄ eē veꝝ. qz si se z abso
lute facere ꝯ pceptū pme tabl'e eēt maiꝰ pctm̄
q̄ȝ ꝯ pceptū scd̄e tabule. tūc sutor faciēs calceū
die q̄ pceptū ē q̄escere z sabbatizare magis pec
caret q̄ȝ ille q̄ occideret hoīez inocētē. vl' q̄ȝ ille
q̄ violēter deflorarz pudicā z hōestā v̄ginē. sz
ꝯn̄s reputo incōueniēs. ḡ z añs. ꝯn̄a ptz. qz
faciēs calceū dn̄ico die facit ꝯ terciū pceptū p
me tabule. sed occidēs z deflorās faciūt ꝯ pce
Solutio. pta scd̄e tabule. Ad pmā ḡ rōez ddo nego
Ad.1. maiorē si vl'r sumit̄. z cā negatōis pz p exēpla
iā p me posita. Et cū dr i pbatōe. ꝙ ille directe
peccat ꝯ deū zc̄. dico ꝙ h̄ nō sufficit. qz planū
ē ꝙ ille q̄ facit calceū ī die dn̄ico directe peccat
ꝯ deū. qz ī nullo ex h̄ facit ꝯtra pxim. z tn̄ satis
mirabile eēt dicere ꝙ plꝰ peccaret q̄ȝ deflorans
vel occidēs. Et qn̄ addūt ꝙ pctm̄ qd̄ ē dire/
cte ꝯ maiorē z digniorē psonā ē sp maiꝰ pctm̄
dico ꝙ ista ē vera si idē pctm̄ ƀm eādē mēsurā
seu circūstātiā ē ꝯ maiorē psonā et ꝯ minorē.
Si qs em̄ occideret pncipē magis peccarz q̄ȝ si
occideret militē vel s̄uū. Sz si ē aliud pctm̄ ꝯ
maiorē psonā z aliud ꝯ mīorē. ita ꝙ ista pctā
sint alteriꝰ generis vl' spēi. tūc nō ē nccē sp maiꝰ
eē pctm̄ qd̄ ē ꝯ maiorē psonā. Aliqs em̄ ita le
ui famie posset peccare directe ꝯ pncipē vl' im
patorē. ꝙ minꝰ pncipē offēderz. z p ꝯn̄s minꝰ
ꝯ pncipē peccaret q̄ȝ si occideret carissimū pn
cipis militē. Cū ḡ pctm̄ hoīcidij et piurij.
vel ḋ irreuerētia sabbi nō sint eiusdē generis vl'
spēi. iō qd̄ assumit̄ de maiori z mīori psona n̄
ē ad ppositū Ad scd̄m nego mīorē. Ad pba Ad.2.
tōz ddm ꝙ nō sp id qd̄ directiꝰ auūtit a pncipe
magis auūtit ab eo. qz q̄ malediceret pncipi di
rectiꝰ ꝯmitteret ꝯ pncipē. z p ꝯn̄s directiꝰ de/
cliaret ab eo. z auerteret se ab eo q̄ȝ si occiderz fi
liū pncipis vel aliū dilectissimū amicū eiꝰ. qz
vt sic n̄ auerteret̄ a pncipe imediate. sz mediāte
pctō ꝯmisso ī filiū suū vl' amicū. z tn̄ nulli du
biū q̄n magis auerteret̄ a pncipe seu grā pnci
pis filiū vel amicū occidēdo. q̄ȝ ex leui motu
pncipi maledicēdo. sic ī pposito zc̄. Et p hoc
etiā pz ꝙ pbatō mīoris assumit falsū ī maio
ri. Est em̄ vt pz ex iā dictis fallacia ꝯn̄tis. di
cēdo. auūtit directiꝰ. ḡ auūtit magis. Etiā vnꝰ Solutio
istoꝝ doctoꝝ r̄ndet ad rōz quā adduxi p ista Egidij.
ꝯcl'oē di. ꝙ lz hūano iudicio hoīcidiū magis
puniat̄ q̄ȝ piuriū. tn̄ ex h̄ nō dz iudicari maiꝰ
eē pctm̄ Nā ex h̄ aliq̄d dz iudicari maius esse
pctm̄. qz dīno iudicio magis punit̄. Sz ista Contra eū
sol'o nō vz. qz vl' p diuinū iudiciū iste doctor
itelligit legē diuinā datā ī pētateuco. vel legē
euāgelicā. vel iudiciū qd̄ hr̄ ī alia vita pꝰ deces
sū pn̄tis vite. Si pmo mō. tūc sol'o ē ꝯ eū. qz
expsse hr̄ ī lege mosayca. ꝙ hoīcida volūtariꝰ
dz occidi. Propt h̄ em̄ fuer̄t ordiate ciuitates
refugij. vt si aliq̄s casual'r z pter intētō ꝯmit
teret hoīcidiū. possz effugere mortē. sz inficiēs
hoīez ex deliberatōe nullū habuit oīno ƀm le
gē refugiū. Pena ṽo mortis ē maxima penaꝝ
cū finis oīm terribiliū sit mors. Si scd̄o mō
tūc in euā. habet̄. q̄ dixerit frī suo racha. reus
erit gehēne ignis Quāto ḡ magis cruciādꝰ ē
q̄ frēz suū occidit. qz ƀm hebreos. racha ē iter
iectio significās motū sbsānātis vel indignā
tis aī. ḡ nō videt̄ ꝙ ex euāgl'. possit pbari ma
iorē penā debitaz esse piuro q̄ȝ homicide. Si
tercio mō. tūc dico ꝙ de penis ordiatis pctō/
ribꝫ ī alia vita nō possumus loq̄ put sermonē
trahimꝰ vl' de veti vel de noua lege. Sz vt iā
patuit nec ī veteri. nec ī noua lege possumꝰ in
uenire ꝙ piurus in alia vita sit magis puniē
dus q̄ȝ homicida.

Di. xl. Articulus quartus.

Quantū ad quartū arti. ē adūtēdū. ꝙ lex mosayca pt dupl'r ꝯside
rari. Uno mō vt moral' seu spūal' z dīna erat.
Alio mō vt ciuil' erat Prio mō phibuit cō
sensū oīs male ꝯcupie etiā nullo exteriori co/
natu. vel ope ad hoc demōstrate. Quia illd̄
lex Moysi vt moralis erat prohibuit a quo

radicalr oē viciū oppositū moribꝫ ꝛ ꝟtutibꝫ
ꝓcedit. sed ꝯsensus solꝰ animi malā ꝯcupi/
scētiā ē hmōi. Propter h̄ eīn dixit ille sapiēs.
Oī custodia custodi coꝛ tuū. ꝛ ineternū n̄ pec
Instantia cabis. Forte dicet ꝙ solꝰ deꝰ p suā grāꝫ pt ꝓ
hibere ea q̄ gerunť i interioꝛibꝫ aī hūani. ḡ lex
2 n̄ hꝫ illa ꝓhibere. P̄. pceptū euāgelij de cō
cupiscētia addit aliquā pfectionē sup pceptū
legis Propter qḋ dixit saluatoꝛ in euā. Ego
dico vobis. si q̄s viderit mulierē ad ꝯcupiscē
dū eā iā mechatus ē eā in corde suo. Sed si
talis ꝯcupiscētia eēt ꝓhibita ex lege. tūc euā/
gelīū nihil pfectionis adderet sup legē. P̄
3 glo. sup illud Exo. xx. Nō ꝯcupisces. dicit ꝙ
Cōclusio scda lex vetus ꝓhibebat manū nō aīm. Ad so/
lutionē istoꝝ pono scdam ꝯclusionē. et ē ista.
ꝙ si lex moysi accipiť scdo mō. s. vt ciuilř erat.
tūc ꝓhibuit solū ꝯcupiscentiā malā ꝑut aliq̄
conatu vel ope exteriꝰ fuit mōstrata vel ośsa.
Ø illo mō solū lex mosayca vt ciuilis erat cō
cupiscētiā ꝓhibuit q̄ mō ꝯcupiam h̄ntes pu
niuit. qꝛ h̄ lex ꝓhibet cuꝰ ꝯmissionē punit. sꝫ
lex mosayca vt ciuilis erat nō puniuit ꝯcupi
scentiā nisi aliq̄ actu extrinseco eēt manifesta
Solutio. ta. Et p hec pꝫ ad argumēta. Ad pmū
Ad. 1. dōm. ꝙ duplr deꝰ ꝓhibet malā ꝯcupiaꝫ. vno
mō p modū inclinātis. Alio mō p modū iu
bentis seu pcipiētis. Pꝛio mō ꝓhibet deꝰ ma/
lā ꝯcupiaꝫ infūdēdo grāꝫ ꝛ caritatē. scdo mō
cōicādo legē. Ad scdm dōꝫ ꝙ lex Moysi
Ad. 2. vt diuina ꝛ spūalis erat. q̄uis nō expsse tn̄ ta
cite inclusit euāgeliū. vt sic esset rota i medio
rote. Si tn̄ accipiť vt ciuilis erat. tūc euāgeli
Ad. 3. um addit multa sup ipsā legē. Ad terciuꝫ
dōm. ꝙ ibi glo. loquiť de lege vt ciuilis erat. ꝛ
qꝛ ppls veteris legis erat grossus ꝛ carnalis.
ideo solū attendēs legē vt ciuilis erat reputa
bat ꝯcupiam nō eē pctm̄. nisi ꝑut extrinsecꝰ
fiebat manifesta. Vn̄ etiā illiꝰ opinionis fuit
Josephus. qui in libꝛo antiquitatuꝫ deridet
gētiles. qui dicebant regē Antiochū ꝑpter h̄
plagatū. qꝛ voluit spoliare tēplū dyane. dicēs
ꝙ in hoc nullū pctm̄ habuit. qꝛ illā ꝯcupiaꝫ
nōdū exterioꝛi ope demōstrauit q̄n a deo pla/
gatus fuit. Forte dicet si hebrei non repu/
Instantia tāt ꝯcupiam esse ꝓhibitā nisi pateat i ope ex
terioꝛi. quō ergo distinguūt pceptuꝫ nonū ꝛ
decimū q̄ sūt de ꝯcupia. a pcepto sexto ꝛ septi
Solutio. mo q̄ sunt de facto. Rn̄. ꝙ ista q̄ttuoꝛ se ha
bēt p oꝛdinē. pmo ꝯcupiscētia mulierꝫ aliene.
scdo ꝯsensus volūtatis. tercio conatꝰ exterioꝛ
sollicitādo illā mulierē vt ꝯsentiat i actū adul
terij. q̄rto est ipm adulteriū. Pꝛima duo fuī

hebreos nō fuerūt in lege ꝓhibita. sed terciū
fuit ꝓhibitū pcepto nono. ꝛ quartū fuit ꝓhi/
bitū pcepto sexto. Et eodē mō ipsi dicunt
de ꝯcupia rei aliene respectu decimi et septimi
pcepti. Inueniť aľs talis additio. Sꝫ q̄
uis sic dicāt hebrei. tn̄ illud nō sufficit. qa sic
bono ꝛ virtuoso desiderio cū solius volūtatis
ꝯsensu possumus mereri. sic mala ꝯcupia ass
sistēte cū volūtatis ꝯsensu sine exterioꝛi isinu/
atione. conatu vel ope possumus peccare ꝛ de
mereri. Pleno eīn accedēte ꝯsensu tā respectu
bonoꝝ q̄ respectu maloꝝ etiā si desit facultas
pficiendi qḋ volumꝰ. tūc in pn̄ti voluntas ꝓ
facto reputať. Propter qḋ inter oēs aīe potē/
tias in ipsa vita beata bona volūtas pncipali
ter pmiatur. Ad quā vitā beatoꝝ nos perdu/
cat noster legislatoꝛ q̄ sine fine viuit ꝛ regnat
bn̄dictus in secula seculoꝝ Amen.

Finit terciū scriptū libꝛi sententiaꝝ
Thome de Argentina.

Incipit quartū

scriptū libri sententiaꝝ Thome de Argētina prioris generalis ordinis heremitarū sancti Augustini.

Edit abissus vocē suā Abacuch iij. Ut supra patuit distinguēdo ꝟba iaꝫ dicta. mgr̄ in quarto sententiaꝝ libro ꝯsiderat plurimoꝝ infirmoꝝ efficacissimā curationē. Ex peccato eni͂ primoꝝ parentū totū gen⁹ humanū iacebat egrotū. varijsqꝫ erūnis innumeris quoqꝫ miserijs sauciatū. testante beato augustino in libro de expositōne simboli sermōne primo. vbi sic ait. Ad hꝫ facti sum⁹ vt creaturis ceteris dominaremur. sꝫ p peccatū in prio hoīe lapsi sumus. ⁊ in mortis hereditatē oēs deuenim⁹. facti sum⁹ humiles: mortales: impleti sumus timoribꝫ: erroribusqꝫ. ⁊ hꝫ merito peccati. in q̄ merito ⁊ reatu nascit̄ oīs homo. Istam etiā erumnā laborē ⁊ miseriā ꝯsiderās Isidorus in principio libelli de cedula synonyma ciceronis ī psona dolentis hoīs flebiliter lamētatur sic. d. Anima mea ī angustijs est. spūs me⁹ estuat. cor meū fluctuat. angustia animi affligit me. circūdat⁹ sum malis. circūseptus erūnis. circūclusus aduersis. obsit⁹ miserijs. opertus infelicitate. oppssus anxietate. nusqꝫ reperio tanti mali ꝑfugiū. tanti doloris inuenio argumentū. Iā dicto igit̄ modo toto genere humano a hierusalē descendēte in hierichō. a latronibꝫ spoliato. in naturalibꝫ vulnerato. ⁊ plagis multis impositis semiuiuo tandē relicto. hunc languidū dū transiret sacerdos ⁊ leuita. lex. s. nature: ⁊ lex mosayca. nulla tn̄ cura sanitat̄ fuit adhibita. Sic eni͂ lex infirmitatē ꝓdidit. ꝙ tn̄ nullā ꝯtulit sanitatē Ultimo suꝑuenit ver⁹ samaritan⁹ q̄ tā aiaꝝ qꝫ corpoꝝ dinoscit̄ esse custos. verbū. s. incarnatū. a patre in mundū destinatū. p nostro sanando languore. vinū infundens ⁊ oleū vulneribꝫ semiuiui. vinū. s. doloris ⁊ cōpunctionis ꝯtra ꝑsumptionē. ⁊ oleū dulcoris ⁊ cōsolationis ꝯtra desperationē. Bene aūt ꝑmittit vinū qd̄ est vulner̄ purgatiuū. ante ipm oleum qd̄ est carnis mollificatiuū. ⁊ cicatric̄ suꝑductiuū. qꝛ sicut ait hieronim⁹ in epl'a ad pacomiū ⁊ occeanū. Nō est fidelis medicus q̄ ante digestā putredinē suꝑducit vulneri cicatricē. Et qꝛ infuso vino ⁊ oleo debita requiritur vulneris alligatio. ideo idē samaritan⁹ sacramentoꝝ fascia ligauit ꝑdicta vulnera. sicut tangit mgr̄ in ꝑncipio isti⁹ quarti libri dicens. Samaritan⁹ vulnerato appropinq̄ns curationi ei⁹ sacramentoꝝ alligamēta adhibuit. qꝛ ꝯtra peccati originalis ⁊ actualis vulnera sacramētoꝝ remedia de⁹ instituit. Huiusmodi aūt curatio notat̄ in ꝟbis ꝑncipalit̄ introductis cū vltimo subinfert̄. suā. Et qꝛ p nomē relatiuū ꝺ seꝫ significat nisi in ꝯtū ꝯiūgit̄ ei qd̄ refert. ideo optet me hic replicare lꝫ vocē. ⁊ sꝫm hꝫ ꝺ iā dicta curatōe virtuosissima pt̄ exponi illud ps. lxvij. Ecce dabit voci sue vocē virtutis. date gloriā deo sup isrl'. magnificentia ei⁹ ⁊ virt⁹ ei⁹ in nubibꝫ. In quibꝫ verbis satis expresse tangit̄ materia quarti libri.

De tribꝫ eni͂ ꝑncipaliter ī hꝫ libro determinat̄. Primo eni͂ mgr̄ ostēdit peccatoꝝ remissionē. ⁊ gratuitoꝝ donationē fieri p sacramentalē influentiā. Scd̄o mortuoꝝ resurrectōeꝫ ⁊ obstinatoꝝ ꝯdemnatōeꝫ p iudicialē sententiā. Et tercio beatoꝝ fruitōeꝫ ⁊ ipoꝝ illustrationē p supnaturalē refulgentiā. Ex istis tribus clausulis ī isto q̄rto sentētiaꝝ libro descriptis. hō languēs ⁊ debilis q̄si quadā nobilissima medicina mire restauratiua impfectissima reponit̄ sanitate Ad cui⁹ intellectū est aduertendū ꝙ ad hꝫ ꝙ aliq̄s infirm⁹ pfectā sanitatē ꝯsequat̄ tria sunt necessaria. Nā ꝑmo radices infirmitatis debent extirpari. Scd̄o sanat⁹ a nō sanatis debet seq̄strari. Tercio ad incremētis sanitat̄ debet roborari. Hec aūt q̄ ad infirmū hoīem fiunt in ꝑmissis. Nā hō languēs ⁊ debilis ab infecta qualitate totalit̄ liberat̄ p sacramentoꝝ collatōeꝫ. a suspecta societate iudicialiter sepat̄ [illegible] meritoꝝ discussionē. ⁊ impfecta sanitate eternalit̄ ꝯfirmat̄ p corpis ⁊ aīe glorificatōeꝫ. Istoꝝ primū notat̄ ī auctoritate iā assumpta cū ꝑmittit̄ Dabit voci sue vocē virtut̄. Scd̄m cū postponit̄. Magnificentia ei⁹ ⁊ virt⁹ ei⁹ in nubibꝫ. Terciū cū in medio subinfert̄. Date gloriā deo sup isrl' Dico q̄ ꝑmo ꝙ in ꝑma parte isti⁹ quarti libri tractat̄ de pctōꝝ remissione ⁊ gratuitoꝝ donatōne. ⁊ monstrat̄ q̄uo hec fiāt sacramētoꝝ collatione. qua infirm⁹ hō ab infecta q̄litate totaliter liberat̄. Et hꝫ notat̄ in ꝟbis ꝑmissis cū dicitur. Dabit voci sue vocē virtut̄. Iuxta ei doctrinā beati augustini sup Ioh̄. qn̄ verbū accedit ad elementū ⁊ fit sacramentū. tunc deus

dat voci sue triplicē virtutē. ɔtra triplicē hu/
mani generis infirmitatē. puta virtutē pur/
gatiuā. ɔtra ɔcupiscētie prauitatē. virtutē il/
luminatiuā ɔtra nesciētie cecitatē. ꝛ virtutē
roboratiuā ɔtra impotētie debilitatē. Ratōne
p̄mi dicit̄. ps. xxviij. Vox dn̄i sup aquas. de⁹
maiestatis intonuit. dn̄s sup aquas multas.
Ratōe secūdi dicit̄ ibidē. Vox dn̄i intercidē/
tis flāmā ignis. vox dn̄i ɔcutientis desertū. ꝛ
cōmouebit dn̄s desertū cades. Ratōne tercij
dicit̄ eodē ps. Vox dn̄i p̄parātis ceruos. ꝛ re
uelabit ɔdensa. ꝛ i tēplo ei⁹ oēs dicēt glīaꝫ.
Scitis em̄ ꝙ ꝓpriū aq̄ officiū est purgare. ig
nis illuminare. ꝛ cerui ad fontē aq̄ viue cū de
siderio pperare. Quoꝝ primuꝫ r̄ndet virtuti
purgatiue. Scd̄m illuminatiue. Terciū cō/
fortatiue. Applicatōes hm̄ōi patēt. ideo trā
seo., ꝛ eas gra breuitatis omitto. Dixi se/
cundo ꝙ i secūda pte hui⁹ libri quarti tractat̄
de mortuoꝝ resurrectōe ꝛ obstinatoꝝ ɔdem/
natōe. ꝛ mōstrat̄ qūo hec fiāt meritoꝝ discus
sione. qua iā sanat⁹ hō a suspecta societate iu
dicialiter sepat̄. Et h̄ notat̄ in verbis p̄missis
cū dicit̄. Magnificētia ei⁹ ꝛ virt⁹ ei⁹ in nubi
bus. Sicut em̄ recitat mgr̄ dist. xlviij. istius
q̄rti libri. in hora extremi iudicij dn̄s appa/
rebit in nubibꝫ ex opposito mōtis oliueti sup
valle iosaphat. ꝛ tūc magnificētia sue liberali
tatis appebit in bonoꝝ retributōe. quibꝫ a de
xtris suis assistentibꝫ dicet. Venite benedicti
pr̄is mei: pcipite regnū qd̄ vobis paratū est
ab origine mūdi. Sꝫ virt⁹ sue iusticie ꝛ eq̄ta
tis apparebit in maloꝝ ɔdemnatōne. quibꝫ
ad sinistrā suā ɔstitutis iudiciali sua sn̄ia di/
cet. Ite maledicti i ignē eternū ꝛc̄. Dixi ter
cio ꝙ in tercia pte illi⁹ quarti libri tractat̄ d̄ be
atoꝝ fruitōe ꝛ ipsoꝝ illustratōne. ꝛ monstrat̄
qūo hec ɔtingāt corpis ꝛ aīe glorificatōne. q̄
iā beat⁹ hō in pfecta sanitate eternal̄r ɔfirma
tur. Et h̄ notat̄ in verbis p̄assumpt̄ cū dicit̄.
Date gloriā deo sup isrl̄. Quasi dicat. Cogno
scite deuꝫ esse glorificatorē isrl̄. i. eoꝝ q̄ vident
cramēta noue leg̃ nō sunt causa dispositiua clusio.
grē.sic q talē effectū imediate causent in aīa q̄
ex sui natura ita sufficiēter disponat aīam ad
susceptōne₃ grē q necessario ipi aīe infundat̄ Ratio.
grā si nō ponit obicē voluntarie. Q₂ talis di
spositio vel erit forma naturalis aīe.aut sup/
naturalis. Nō primo modo.q₂ tūc homo ex
puris naturalib₉ posset gratiā cōseq̄.qd̄ fuit
error pelagij.vt patet ex his q̄ dixi i secūdo li/
bro. Conseq̄ntia ista patet.q₂ h̄ hō p̄t ꝯsequi
ex puris naturalib₉ ad cui⁹ susceptōe₃ suffici
enter disponit forma naturalis. Nec secūdo
mō.q₂ forma supernatural'r infusa aīe rōnali
nō p̄t pduci nisi p creatōe₃.ꝛ p ꝯseq̄ns a solo
deo pducet̄ sic ꝛ ipa grā. S₃ oppositū isti⁹ Tho.iiij.
ꝯclusionis ponit q̄dā venerabilis doctor di/ sniaꝝ.di.i.
cens.q sacr̄a attingūt actōne sua in q̄tū sunt
instrumēta dei effectiue characterē.q̄tū ad il
la sacr̄a q̄ꝝ susceptōe imp̄mit̄ character.vl' ali
quē spūale₃ ornatū aīe.q̄ ad illa sacr̄a in q̄ꝝ
susceptōe nō imprimit̄ character.grā₃ v̄o nō
attingūt imediate effectiue.sed solū dispositi
ue.in q̄tū h̄ ad qd̄ instrumētaliter effectiue p
tingūt.s.ipe character vl' ornat⁹ est dispositio
q̄ est necessitās q̄tū in se est ad grē susceptōe₃

Et isto modo vt ait iste doctor debet intel/
ligi dictū augustini cū ait. q aq̄ baptismi cor
pus tangit τ cor abluit. Et sic etiā sacra effici
unt qḋ figurāt. Et sʒ dit iste doctor q hūc
modū videt mgr̄ tangere in lr̄a dicens. q hō
non q̄rit salutē in sacris q̄si ab eis. sed p illa a
deo. q2 hec p̄positio a denotat p̄ncipale agens
sʒ hec p̄positio p denotat causaʒ instrumēta/
Cōtra thomam. lē Sʒ ista dicta nō vident posse stare. Q2
character τ hmōi ornat⁹ cū sint forme supna
1 turales. optet q sint termin⁹ creatōis diuine:
τ p ɔseq̄ns actō sacri nō p̄t ad talia pductiue
2 terminari. P̄. dispositio necessitans ad ali
quā formā nō p̄t manere i subiecto nisi mane
at illa forma. sʒ mlti i baptismo recipiūt cha/
racterē τ graʒ. q̇ postea perdūt gratiā manēte
[illegible] charactere. ḡ character nō est dispositio ex
3 se necessitās ad gratiā P̄. sacra nō possunt
agere i instāti. ḡ nō possunt efficere characte/
rem in ip̄a aīa. Antecedēs patet. q2 platio ver
boꝝ req̇sita in sacro nō p̄t esse sine motu ipius
aeris. Probat ɔsequētia. q2 cū character nec
intēsiue nec extēsiue sit diuisibil. τ recipiat in
sbiecto indiuisibili. optet q tot⁹ inducat i in/
4 stanti. Ṫ. licet dispositiue possim⁹ cooparī
deo i aliq̄b effectib creatōis. tn̄ pductiue at
tingēdo effectū creatōis ħ nlla creatura p̄t. vt
pbatū est supi⁹ lib. ij. Sed character est effe/
5 ctus creatōis. P̄. character p̄t esse sine gra.
τ gra sine charactere. ḡ character nō est dispo
sitio necessaria ad graʒ. nec necessitās ad eaʒ.
Antecedēs patet. q2 in quolibet baptizato in
mortali peccato existēte character impssus in
baptismo manet sine gra. nā mortale peccatū
excludit gratiā. tn̄ n̄ excludit characterē. Nā
p characterē oēs intelligūt formā indelebi/
lē. Itē gra p̄t esse sine charactere. sic patʒ in
vere penitētib anteq̄ʒ baptizent. q̇ tn̄ pposi/
[illegible] habēt baptizādi. Isti em̄ q̄uis de a deo re/
cipiāt gratiā. tn̄ nō habēt characterē. q2 cha/
racter a p̄mo imprimit i baptismo. Patet
etiā de antiq̇s patrib. puta abraam isaac τ ia
cob q̇ gratiā dei habuerūt q̄uis characterē n̄
haberēt. Cōsequentiā pbo. q2 si character
esset dispositō necessaria ad habēdū graʒ. tūc
null⁹ posset habere gratiā sine charactere. τ si
esʒ dispositio necessitās ad habēdū graʒ. tūc
null⁹ posset habere characterē q̇n etiā haberʒ
Instantia graʒ. Nec valet si dicit q character est di/
spositio necessitans ad habendū graʒ nisi ha
Solutio. bēs characterē ponat obicē grē. Quia ppt
hoc dicit aliq̇ dispositio necessitare ad habē/
dū aliquā formā. quia tollit obicē τ oē illḋ

qḋ est incōpossibile in subiecto cū tali forma
ad cuius receptionē necessitat ipm̄ subiectū.
Cū igitur character cōpatiatur secū obicem
gratie. vt isti dicūt. τ stet cū mortali peccato.
qḋ est formaliter repugnās gratie τ incō pos/
sibile cū ea. ideo character n̄ potest esse dispo
sitio necessitans ad habendū gratiā. Dicere
em̄ aliquid esse necessitantē dispositionē r̄spe/
ctu alicui⁹ forme. τ qḋ illud idē stet in eodeʒ
subiecto cū eo qḋ est incōpossibile cū illa for/
ma. videt esse oppositū in adiecto: τ cōtradi/
ctionis implicatio. Autoritates etiā quas
iste doctor inducit p se. nō sunt cōtra me. vt
patebit in sequēti ɔclusione. Cōclusio q̄r/ Cōclusio
ta est. q sacramēta noue legis sunt gratie di/ quarta.
uine causa instrumētalis dispositiua disposi
tione extrinseca habilitante subiectū ad reci/
piendum gratiā nō ex natura rei. sʒ tantūmo/
do ex institutōne seu ordinatōe dei. Istud Ratio.
pbo sic. Illud qḋ est causa per se de genere cau
se efficientis respectu alicui⁹ effect⁹. hoc vl' est
causa principalis. vel instrumētalis. Et hoc
vel pductiue attingēs effectū p̄ncipal' agētis.
vl' dispositiue. Et iterū ħ. vl' dispositōe intrin
seca necessitāte sbiectū ad recipiendū p̄dictū
effectū ex natā rei. vl' dispositōe extrinseca ha
bilitāte sbiectū ad recipiēdū talē effectū ex or/
dinatōe dei seu ex institutōne cause supioris
Sʒ sacrm̄ noue legis ē i genere cause efficiētis
cā p se grē diuie. τ n̄ p̄t esse trib p̄mis modis.
ḡ q̄rto mō erit cā ipi⁹ grē. Maior patʒ ex suffi
ciēti diuisiōe. Minorē pbo q̇ ad oēs suas ptes
Primo quidē q sacramentū noue legis sit cā
grē. patet ex sanctoꝝ autoritatib adductis p
mgr̄m circa p̄ncipiū hui⁹ libri. Q, sit causa
p se pbo. q2 causa est ad cui⁹ esse sequitur alte/
rū. vt patet. v. methaphisice. τ causa per se est
ad cui⁹ esse seu positionē in actu semp sequit
effect⁹ in actu. vt patet. ij. phisicoꝝ. Sed ad
actualē positōeʒ seu vsuʒ sacramētoꝝ eo mo/
do q̇ de⁹ instituit ipis esse vtendū nō soluʒ vt
frequēter veꝝ etiā semp sequit effect⁹ gratie in
aīa ipsius vtentis seu suscipiētis sacrm̄. ḡ ꝛc.
Q, ista causalitas sit de genere cause efficiētis
patet. q2 discurrēdo p singula genera causaꝝ.
i nullo alio genere p̄t poni. Q, nō possit esse
causa gratie primis tribus modis. patet ex tri
bus conclusionibus precedentibus. For/ Instantia 1
te cōtra hanc rationem dicetur primo q ma
ior procedat ab insufficiēti diuisione. quia si/
cut patʒ. ij. phisicoꝝ. causa ɔsilians τ coadiu
uās sunt de genere cause efficiētis. τ tamen de
his causis non fit mentio in maiori predicta.

Aureolus Itē causa applicatiua est causa efficiens.
2 Ideo dicit qdā doctor ꝙ sacramēta sunt cau
sa applicatiua ipiꝰ gratie. qz sicut incendiariꝰ
ꝯiungēs actiua passiuis applicādo ignē ad
domū. dicit causa ꝑ se ipsiꝰ cōbustionis ⁊ ig/
nis geniti. quāuis ab ipo nō ꝓfluat aliq̄ di/
spositio nisi ꝙ coniūgit actiua passiuis. sic vt
ait sacramēta sunt causa applicatiua gratie. qz
sacramēta ꝯiungūt virtutē diuinā ipi anime
q̄ virtꝰ anime applicata causat in ea gratiam
3 Itē ꝯtra minorem potest argui sic. Causa
dispositiua est de genere cause materialis. sed
sacramētū noue legis est causa dispositiua re
spectu diuine grē. Ista minor est nota ex p̄ce
dentibꝫ. Maior similiter patet. qz dispositio
se tenet ex parte subiecti qd̄ habilitat ad for/
4 me susceptionē. Itē causa q̄ nullā habet ef
ficaciam respectu alicuꝰ effectꝰ nisi ex sola or/
dinatōe instituētis. illa nō videt esse causa ꝑ
se sꝫ ꝑ accidēs. sicut patet de denario plumbeo
qui ex institutōe regis est causa vt q̄ eū repre/
5 sentat recipiat centū marcas. Itē ꝓbatio
minoris videt deficere. qz ficti suscipientes sa
cramētū nō recipiūt gratiā q̄uis recipiāt ve/
raciter sacramentū. ergo nō semꝑ recipit graꝫ
q̄ suscipit sacramentū. Ad primū dicendū
Solutio Ad.1. ꝙ causa ꝯsiliatiua. adiutiua. depcatiua. ⁊ que
cūqꝫ cetere hmōi. oēs possunt cōphendi
sub causa dispositiua. qz oēs disponūt ad ef
fectum ꝯsequendū. vel dispositōe intrinseca.
Ad.2. vl' dispositōe extrinseca. Ad secundū dicē/
Cōtra aureolū. dū ꝙ iste doctor causalitatē sacramentoꝝ nō
bene ⁊ ordinate exprimit cū dicit. ꝙ sacramē/
tū sit causa applicatiua. quia si sic esset. tūc sa
cramēta essent causa principalis. ⁊ virtꝰ diui
na causa instrumētalis respectu ipiꝰ gratie. h̄
aūt est impossibile. Consequentiā ꝓbo. quia
q̄ncunqꝫ due virtutes taliter respiciūt eundē
effectū ꝙ vna applicat aliā ad ꝓducendū hu
iusmodi effectū. tūc applicata videt esse sb po
testate applicātis. ⁊ ꝑ ꝯsequēs videt esse secū/
daria ⁊ instrumētalis respectu eiꝰ. ꝓpriū ei est
instrumēti ꝙ ꝑ agens principale applicet ad
ipm opus. Sꝫ fm istū doctorē sacramēta ꝑ
tanto dici debent causa applicatiua gratie. qz
sacramēta applicāt virtutē diuinā ad causan
dum gratiā. ergo ⁊c. Videt ergo mihi si ꝓ
Opinio ꝓpria. prie loqui velimꝰ. ꝙ sacramēta noue legis re/
spectu gratie dici debēt causa ꝯditionalis. qz
sicut dicit huguitio. ꝯditio idē est qd̄ lex siue
pactū. Et dicit a con ⁊ ditio ditōnis qd̄ signi
ficat potestatē. Illud ergo cuiꝰ potestas pci/
se ꝯsistit in pacto seu lege ⁊ institutōne respe/
ctu alicuiꝰ. hoc debet dici causa ꝯditionalis il
lius. Sꝫ oīs potestas ⁊ causalitas sacramē
torum respectu diuine gratie. est ex diuina in
stitutōne ⁊ ex pacto qd̄ pepigit deꝰ cū ecclesia.
vt dicūt oēs doctores tā moderni q̄ antiq̄.
ergo sacramēta merito poterūt dici causa cō/
ditionalis respectu grē dei. Ad terciū dicē/ Ad.3.
dum ꝙ maior nō est vniuersaliter va. Ad
ꝓbationē dicēdū ꝙ dispositio aliqñ est ratio
receptiua forme ad quā disponit. quādoqꝫ ē
ratio recipiendi hmōi formā. Primo modo
superficies est dispositio corporis ad colorē. Se
cundo modo calor est dispositio corporis ad [illegible]
ritatē. Licet ergo dispositio primo modo re/
ducat ad genꝰ cause materialis. eo ꝙ nō solū
sit causa receptōnis forme ad quā disponit i
[illegible] ꝙ disponit per ipam. sꝫ etiā ipa talis dispo
sitio recipit hmōi formā in se. tamē dispositō
secūdo modo dicta. puta que ita est ratio reci
piendi ꝙ nō est ratio receptiua. illa nunq̄ spe/
ctat ad genꝰ cause materialis. sꝫ solū ad genꝰ
cause efficiētis. Cū ergo sacramēta nō sint ra/
tio receptiua ipiꝰ gratie. qz nō possunt esse sb
iectū gratie. sꝫ ex diuina ordinatōe sunt ratio
recipiēdi gratiā. deꝰ eñ sic instituit vt cum sa
cramentū corpꝰ tangit gratia animā pficiat.
ideo respectu gratie debēt dici causa efficiens.
Forte dicet ꝙ dispositio q̄ est ratio recipiē/ Instantia
di debet esse in eodē sbiecto primo ⁊ imediato
cū forma ad cuiꝰ receptōnē disponit. Calor
eñ est in eodē subiecto primo ⁊ imediato cū
raritate ad quā disponit. Sꝫ actio sacramen
toꝝ cū sit corporalis nō attingit animā in qua
recipit gratia. ergo nō videt ꝙ sacramēta vel
etiā actiones sacramētoꝝ sint talis dispositio
q̄ sit ratio recipiēdi gratiā. Respondeo ꝙ li Solutio
cet maior istiꝰ ratōis sit va loq̄ndo de tali di/
spositōe q̄ est ratio recipiēdi formā ex sua ꝓ/
pria natura. tñ nō est vera loquēdo de tali di
spositione q̄ est ratio recipiēdi formā ex infal/
libili ordinatōne diuina. sicut est in ꝓposito
Posset etiā dici ad eandē maiorē. ꝙ etiam
naturaliter nō est semꝑ necesse dispositionē
que est ratio recipiendi formā esse in eodē pri
mo subiecto cū tali forma. sufficit eñ ꝙ sint i
eodē supposito. nā rectitudo ratōnis que est
in intellectu est ratio habēdi ordinatā voliti
onē seu dilectionē ipi volūtati. Ad quartū Ad.4.
dicēdū ꝙ maior nō est vera. maxime quādo
hmōi ordinatio est imutabilis ⁊ infallibilis
ꝓcedens ab instituēte simpliciter oīpotēte.
sic est in ꝓposito. Sic eñ fm naturalē cursū
ignis ē ꝑ se causa incēdij in corpe cōbustibili

sibi approximato. sic ex diuina ordinatõe aq̄
posset esse p se causa hmõi incēdij. Nā sic pa/
tet. ij. machab. c. i. ipe neemias cū aq̄ fecit asp
gi sacrificiū. tūc aq̄ supfusa accensus est ignis
magn⁹. ita vt om̄es mirarent̃. pfusis etiā ma/
iorib⁹ lapidib⁹ cū aq̄ accensa est ab eis flāma
magna vt ibidē dicit̃ Itē. iij. Reg. c. xviij.
silr̃ factū est. Nā cū helyas tm̄ de aq̄ fudisset
sup sacrificiū q etiā fosse circa sacrificiū reple/
rent̃ aq̄. tūc accēsus est tant⁹ ignis q̄ sacrifici/
um. ligna puluerē. & lapides ꝯsumpsit. Sic
igit̃ tūc factū est. sic de⁹ infallibili statuto pos
set ordinare q om̄e illud incenderet̃ qd̄ aqua
pfundit̃. q̄ facto aq̄ esset p se causa incendij. &
h̄ ex ordinatõe dei. nō ex natura rei. q2 ex natu
ra sua aq̄ mag̃ extigueret q̄ȝ incēderet Rō
hui⁹ dicti posset assignari ex dictis cōmenta/
toris sup de celo & mūdo. vbi ostēdit. q q̄uis
ignis p se et ex nat̃a sua habeat moueri sursū
tm̄ tota spera ignis mouet̃ circulariter ad ra/
ptū ipsi⁹ celi. & in illo motu circulari ignis p̄t
ppetuari. licet nullū violentū ppetuū esse pos
sit. q2 vt ipe ait. illo motu circulari ignis non
mouet̃ violēter. nā quicq̄d inest reb⁹ inferio/
rib⁹ p causaȝ superiorē. hoc nō ꝯuenit eis vio
lenter. Sic eodē modo nos dicere possumus
q quicq̄d est imutabiliter institutū ex ordia/
tione dei q̄ est supma oīm causaȝ. h̄ ꝯuenit
reb⁹ p accidēs sȝ p se. Et p ꝯsequēs sacra sunt
p se causa gr̃e. nō ex natura ppria. sȝ ex imuta
bili ordinatõe diuina. Exemplū de dena/
rio plūbeo nō est ad ppositū. q2 illa ordinatō
est mutabilis. & a causa mutabili & multipli/
citer defectibili. Posset em̄ accidere q anteq̄ȝ
habēs hmõi denariū plumbeū aliq̄d reciperet.
Ad. 5. q etiā ipe rex psonaliter nihil haberet. Ad
quintū dicēdū q ficte accedēs ad sacrm̄ non
vtit̃ sacramēto ꝫm volūtatē & intentõeȝ dei in
stituētis sacrm̄. q2 volūtas dei est q null⁹ ficte
accedat. Ipe em̄ saluator & sacroȝ institutor
ait. Qui crediderit & baptizat⁹ fuerit h̄ salu⁹
erit. Licet igit̃ hmõi fict⁹ nō recipiat graȝ.
tm̄ semp ille recipit gratiā q̄ vtit̃ sacro eo mo/
do q̄ de⁹ vult nos vti sacro. De natura em̄
cause ꝯditionalis est q nō obseruata ꝯditõe
nō sequat̃ effectus. & obseruata ꝯditõe infal/
libiliter sequatur effect⁹. Sed vt dixi super⁹
sacramēta sunt causa ꝯditionalis respectu gr̃e
q2 efficaciā habēt respectu gr̃e ꝯferende ex pa/
cto qd̄ pepigit de⁹ cuȝ eccl̃ia. in quo quidē pa
cto est hec adiecta ꝯditio. vt nullus ficte acce
dat. sȝ verā fidē habeat. maxime si est adult⁹.
ergo &c.

Quantū ad secūdū

Articulus secund⁹

articulū pono duas ꝯclusiones. Prima ē. Cōclusio prima.
q nō videt̃ esse ponendū aliquā virtutē abso/
lutā formaliter inherere sacramētis p quā vir
tutē sacramēta sint causa pductiua gr̃e. Quia il Ratio.
la virt⁹ vel esset creata vel increata. Nō crea/
ta. q2 nulla virtus creata p̄t esse creatiua. sȝ vt
dictū est in pmo articulo. gr̃a nō p̄t pduci ni
si virtute creatiua. Nec increata. q2 licet vir/
tus increata q̄ est gr̃e creatiue efficaciter assi/
stat sacramētis. tm̄ ipis formaliter nō inheret.

Forte dicet̃ ꝯtra istud sic. Om̄e qd̄ est cau Instantia
sa p se in genere cause efficiētis alicui⁹. necessa
rio habet in se virtutē pductiuā illi⁹. sed sacra
menta sunt causa p se gr̃e in genere cause effi/
cientis. vt dictū est in pcedentib⁹. g̃ &c. Re Solutio
spondeo q maior est falsa loquēdo d̄ causa di
spositiua & specialiter de ea q̄ disponit disposi/
tione extrinseca habēte efficaciā ex sola insti/
tutione cause supioris taliter instituētis Nō
em̄ oportet vt hmõi cause dispositiue virt⁹ q̄ est
ipi⁹ effect⁹ pductiua formaliter inhereat. sed
sufficit vt sibi efficaciter assistat. Scd̄a cō Secunda ꝯclusio
clusio est. q nō est ponēda virt⁹ talis absolu/
ta in sacris ppter pductionē caracteris. & h̄ p
pter eandē rationē q̄ pbat primā ꝯclusioneȝ.
q2 & ipe caracter nō p̄t pduci nisi virtute crea
tiua. q̄ n̄ ē cōmunicabilis creature Sȝ op Tho. parte. iij. q. lx/
positū istoȝ ponit quidā doctor solēnis. & mł ij. arti. iiij.
ti sui sequaces. Et hoc quidā eoȝ pbant sic. & iiij. sniarū. dist. i.
Semp ad hoc q aliq̄d sit efficax medicina
necesse est ipm in se habere virtutē q̄ sit morbi
curatiua & sanitatis inductiua. sed ꝫm magi/ 1
strū dist. i. sacramēta sunt efficax medicina ꝯ
peccatoȝ vulnera. g̃ &c. Maior pbat̃. q2 si es/
se signū sanitatis sine inherēte virtute suffice/
ret ad hoc q aliq̄d diceret̃ efficax medicina.
tunc vrina deberȝ dici efficax medicina P̄. 2
noua relatō nō potest alicui aduenire sine no
uo absoluto. sed aqua & verba vt sunt sacra/
mentū habent nouā relationē ad gratiā quā
prius nō habuerūt. ergo &c. P̄. taliter debe 3
mus loqui de sacramētis noue legis q salue/
mus in eis maiorē dignitatē & efficaciam q̄ȝ
in sacramētis veteris legis. sed hoc nō possu/
mus nisi ponamus in eis hmõi virtutē respe
ctu sacramentalis effectus. quia etiā in veteri
lege deus dedit gratiam his qui deuote rece/
perunt veteris legis sacramenta. quāuis hu/
iusmodi gratiam non reciperent ex virtute
sacramentis illis formaliter inherente.

4 P̄.autoritates sanctoꝝ videnť esse ꝓ ista
opinione vt isti dicūt. Nā aug⁹.sup iohānē
omel'.lxxxi. ꝛ habeť in decretis.i.q.ij.ait. Que
est virt⁹ aq̄ vt corp⁹ tangat ꝛ cor abluat Itē
in sermone de epiphania ait aug⁹. Aqua est
subtilis.ſʒ subtilior ꝑ benedictōnez efficiť.q꜠
vſqʒ ad interiorē aīe penetrat.ꝛ celesti rore per
fundit.ꝛ occulte vias vite donat. Itē Be/
da sup Luc.dicit.ꝙ xp̄s tactu sue mūdissime
carnis dedit vim regeneratiuā aq̄s Itē hu
go libro ꝑmo de sacris ait. Sacra grē.pmo
ꝑ benedictionē virtutē in se sanctificatōis reci
piūt.ac deinde quā ꝯtinēt in se sanctificatōez
5 ꝯferūt. P̄.in quadā orōe petit ecclīa sic di/
cens. Perficiāt in nobis dn̄e sacra q̄ ꝯtinēt.
ſʒ petim⁹ gratiā.g̃ sacra ꝯtinēt graz. Cū igiť
nō ꝯtineāt eā formal'r.g̃ ꝯtinēt eā virtualiter
ꝛ ꝑ ꝯsequēs habēt in se virtutē causatiuā grē
saltē mediāte caractere quē causant per hm̄ōi
6 virtutē. P̄.qn̄cūqʒ aliqͦd agēs agit mediā/
te instrumēto.pri⁹ virtute sua attingit instru
mentū q̄ʒ subiectū in qͦd ꝓducit suū effectuʒ.
ſʒ de⁹ mediantibꝫ sacris tanq̄ʒ mediātibꝫ suis
instrumētis causat graz in aīa.g̃ pri⁹ attigit
sacra eis aliqualē supnaturalē virtutē cōmu/
nicādo q̄ʒ grā in aīa ꝓducať.g̃ ꝛc. P̄.ignis
7 vt est instrumētū diuine iusticie habet v̄tutē
infusaz ad causandū penā in aīa.g̃ pari rōne
sacra vt sunt instrumēta diuīe misericordie ha
bebūt v̄tutē sibi a deo infusaz.mediāte q̄ pote
runt in aīa causare graz vl' necessariā disposi/
tionē ad eā. Ista opinio p̄t rōnabiliter im
Cōtra tho
mam.
pugnari. Primo sic. Ista virt⁹ infusa sacris
1 vl' est corpalis: vl' spūalis. Si corpalis.tunc
mediāte tali v̄tute sacra nō p̄nt ꝓducere cara
cterē vl' aliquē spūalez effectū.qͦd est ꝯ̄ istorū
doctoꝝ positionē. Si est spūalis.tūc aut erit
tota i q̄libet p̄te sacri.ꝛ hoc nō.q꜠ h̄ est ꝓpriū
aīe rōnalis ſm beatū aug.in ſmone de imagi
ne.aut tota erit i toto sacro.ꝛ p̄tes ei⁹ in p̄tibꝫ
sacri.ꝛ tūc nō esset spūalis.q꜠ esset extēsa.ꝛ per
ꝯseq̄ns corpalis.ꝛ sic esset spūalis.ꝛ nō esset
spūalis.qͦd est ꝯ̄dictio P̄.aut ista virt⁹ erit
2 vna i oībꝫ p̄tibꝫ sacri.ꝛ tūc cū plura v̄ba sint
i q̄libet sacro q̄ꝝ semp̄ primū cessat esse qn̄ se/
cundū icipit esse.sequeť ꝙ accidēs maneat de
structo ſbiecto i q̄ pri⁹ erat.seq̄tur etiā ꝙ acci/
dēs migret de ſbiecto i subiectū. Aut ista v̄tus
erit alia ꝛ alia.tūc q̄t ꝯcurrūt sillabe v̄boꝝ i q̄/
libet sacro.tot erūt v̄tutes.qͦd videť incōueni
ens. P̄.sicut ille q̄ sequiť rōnez naturalē in
3 naturaliū reꝝ causalitate nō debet ponere plu
ralitatē nisi ratio natural' h̄ dictet ꝛ ꝯcludat.
sic ille q̄ innitiť lumini fidei non debet ponere
plā q̄ v̄itas fidei nō req̄rit. Sʒ v̄itas fidei n̄
req̄rit ꝙ ponam⁹ hm̄ōi v̄tutes i sacris.q꜠ oīa
q̄ de sacris saluare debem⁹.eq̄ b̄n saluam⁹ sine
positōe isti⁹ īfuse virtutꝫ.ꝛ forte meli⁹ q̄ʒ ponē
do hm̄ōi v̄tutē. Nā virt⁹ diuia sacris assistēs
eq̄ ꝑfecte ꝛ ordinate p̄t causare caracterē.orna
tū spūalē.gratiā.ꝛ v̄tutē i aīa suscipiētꝫ sacrm̄
sine v̄tute īfusa sacramētis.sic si esset tal' virt⁹
Mlta etiā alia essent tangēda circa modū
ponēdi quē ponūt isti doctores q̄ʒtū ad p̄di/
ctā sacroꝝ virtutē.q̄ oīa ad p̄sens dimitto.ne
nimis ꝓlixe teneā hāc q̄stionē. Ad primū Ad.1.
g̃ motiuū eoꝝ dicēdū ꝙ maior n̄ est v̄a loq̄n
do de medicina hn̄te efficaciā nō ex natura ꝓ
pria.ſʒ solū ex institutōe diuia. Tal' eñ me/
dicina ad h̄ vt ꝯferat sanitatē nō optet ꝙ ha/
beat v̄tutē inherentē.ſʒ sufficit ꝙ habeat v̄tu
tē omipotētē imutabiliť sibi assistentē.ꝛ effe/
ctū sanitatꝫ efficaciter inferentē.sic est i ꝓposi/
to. Ex q̄ patet ꝙ exēplū n̄ est ad ꝓpositū de
vrina.q꜠ vrina n̄ habet talē v̄tutē sibi ꝯtinue
assistentē q̄ ei cui⁹ est vrina ꝯferat sanitatem.
Etiā vrina ē signū fallax.q꜠ mortal'r infir
m⁹ qn̄qʒ habet bonā vrinā. Ad scd̄m nego Ad.2.
maiorē.q꜠ si vn⁹ sol⁹ hō esset albꝫ.post quē fi
eret alť hō albꝫ.tūc ꝑm⁹ hō acq̄reret nouā re
lationē sine mutatōe facta circa ip̄m i aliq̄ ab
soluto. Pōt etiā dici ꝙ vsus sacri vl' appli
catio sacri ad illū q̄ suscipit sacrm̄ fundat illā
nouā relatōez q̄ sacrm̄ referť ad graz cui⁹ di/
ciť esse cā.nā hm̄ōi vsus est infallibil' ꝛ efficax
dispositio ꝓ illa grā cōmunicāda.ꝛ h̄ ex diui
na institutōe. Ad terciū patꝫ ꝑ ea q̄ dicta Ad.3.
sunt in p̄cedenti questione articulo tercio i so
lutione prime instantie. Ad quartū dicen Ad.4.
dum ꝙ autoritates sanctoꝝ videnť oppositū Ad autori
sonare illius qͦd isti intendūt. Nā vt patet in tates.
decretis de sacramētis.dist.ij.ambrosi⁹ sic ait.
Spiritussanct⁹ manens in sacramētis laten
ter opatur. Et subdit ibidē.ꝙ effectus sacra/
mentorum facit solū virtus diuina. Cum er
go li solum sit dictio exclusiua.et significet
idem quod non cum alio.vt patet ꝑmo phi
sicorum.ergo p̄ter virtutē diuinā non erit ali
qua virt⁹ formaliter inherens sacramentis.
q̄ sit ꝓductiua caracteris vl' grē q̄ sunt effect⁹
sacramentoꝝ. Ad primā ergo autoritatez
quā isti ꝓ se adducūt dico ꝙ si bene intelligū/
tur ea q̄ ibidē post illa v̄ba sequunť tūc auto/
ritas est ꝯtra eos. Sequiť eñ ibi. Hoc nō fa
cit son⁹ transiēs: ſʒ virt⁹ manēs. Modo pla
nū est ꝙ ista virt⁹ manēs n̄ est illa q̄ formaliť

fuit in sono verboz. quia cū ille son⁹ trāseat. si maneret virt⁹ formalr̄ sibi inherēs. tūc destructo sbiecto accidēs maneret sine subiecto. qd̄ in solo sacramēto eucharistie ponit. ⁊ i nullo alio sacramēto. Nec pt̄ illa virt⁹ manere i aq̄ baptismi. q2 ibidē dicit. Detrahe verbū. q̄d ē a q̄ nisi elementū. Quasi dicat. Postq̄ trāsiuit verbū. tūc in aq̄ nō manet virt⁹ p̄ductiua sacramētalis effect⁹ Et q̄si eandē sentētiaz ponit aug⁹. in libro ɔtra faustū dicēs. Trāseunt verba ⁊ ablutio ⁊ actio corpalis. ⁊ manet virt⁹ q̄ operat. Ex his ergo ⁊ multis alijs q̄ possent adduci patet q nō est intētio augustini q aliqua virt⁹ sp̄ualis formaliter inhereat sacramētis. q̄ sit p̄ductiua sacramētalis effectus.

Solutio ad oēs alias autoritates. Ad om̄es alias autoritates dicendū q mod⁹ est sacre scripture ac etiā sanctoꝝ q qn̄ aliq̄s effect⁹ semp vl' frequēter ɔcomitatur alteꝝ. dato q nl'la virt⁹ formaliter sibi inhereat q̄ sit p̄ductiua illi⁹. tamē p̄cedēs dicit habere vim respectu illi⁹ q ip̄m semp vl' freq̄nter ɔcomitat. Vn̄ dicit in eccl'iastico q sic aq̄ extinguit ignē. sic elemosina extinguit pctm̄. tn̄ nulla virt⁹ formaliter inheret elemosine q̄ extinguat peccata. s3 sola virt⁹ diuina q̄ ɔcomitat opa misericordie delet ⁊ extinguit pct̄a. sic in p̄posito ⁊c. Vn̄ om̄es ille autoritates loquunt de virtute diuina q̄ sacramētis coexistit. ac etiā in ip̄is existit. q̄uis ip̄is formaliter nō inhereat. ⁊ nō loquunt de aliq̄ virtute creata q̄ sacramētis sit formaliter cōmunicata.

Ad. 5. Ad quintū dicendū q sacramenta ɔtinent causaliter gratiā. nō ex aliq̄ virtute ip̄is formaliter inherēte. s3 solū ex diuine institutionis imutabili ordinatōe modo q̄ superi⁹ dictū est.

Ad. 6. Ad sextū dicendū q licet de⁹ attingat sacra institutiue ⁊ ordinatiue. vt dictū est tn̄ ip̄is nō influit aliquā virtutē formalit inherentē. s3 cōmunicat eis v̄tutē om̄ipotētē q̄ efficaciter sacris coexistit ad p̄ducēdū in aīa quēlibet sacramētalē effectū.

Ad. 7. Ad septimuz nego antecedēs. mod⁹ aūt q̄uo pena ifernalis causet in aīa patebit circa finē istius quarti libri cū tractauero de pena damnatoꝝ.

Articulus tercius.

Quantū ad terciuz articulū breuiter dico q om̄ia sacra noue leg' a christo ⁊ tpe xp̄i sunt instituta aliq̄ modo. puta vel simpliciter ⁊ absolute. vl' aliq̄ modo approbatiue. De baptismo patet. q2 an̄ mortē christi discipuli baptizabāt. vt patet Joh. iij. Et d' h̄ faciēdo p̄ceptū habuerūt a christo post suā resurrectōez Mat. vlti. vbi xp̄s ait. discipul' suis Eūtes ḡ docete oēs gētes baptizātes eos in noīe p̄ris ⁊ filij ⁊ sp̄ussancti. De sacramēto eucharistie patet i cena nouissima vbi xp̄s corp⁹ ⁊ sanguinē suū ɔsecrauit. ⁊ hoc discipul' suis faciēdū cōmēdauit dicēs. Hoc facite i meā cōmemoratōez Luc. xxij. De sacramēto ɔfirmatōnis patet Joh. xx. vbi xp̄s ait discipul'. Accipite sp̄mſanctū. De sacro penitētie ibidē cū sb̄dit. Quoꝝ remiseritis pc̄ta remittunt eis ⁊c. De sacro vnctōnis extreme patet Marci. vi. vbi dicit de discipul' q̄s xp̄s misit binos ⁊ binos ad p̄dicādū. q vngebāt oleo ml'tos egros. ⁊ sanabant. qd̄ n̄ est dubiū eos fecisse ex xp̄i iussione. De sacro m̄rimonij patet q a xp̄o sit saltē approbatiue. q2 Mat. xix. ɔ illos q̄ vxores suas dimittebāt dando il' libellū repudij. ait xp̄s. Qd̄ ḡ de⁹ ɔiūxit hō n̄ scpet. De sacro ordinis patet ex iā dictis. q2 ordo sacerdotalis ad quē ceteri ordies disponūt habet duplicē p̄tātē. s. p̄tātez absoluēdi. ⁊ hāc tradidit xp̄s sacerdotib' cū sacrm̄ p̄nie instituit dicēs. q̄z remiseritis pc̄ta ⁊c. ⁊ p̄tātez ɔsecrādi. ⁊ hāc tradidit cū sacrm̄ eucharistie instituit dicēs. Hoc facite i meā cōmemorationē. ⁊ sic saluator instituēs illa duo sacra. s. penitētie ⁊ eucharistie. siml' cuz illis instituit sacramentū ordinis.

Articulus quartus.

Quātuz ad quartū articulū est aduertēdū q hō ad duo naturaliter obligat. Primū est q a malo recedat. Secundū q ad bonū accedat. Propter qd̄ p p̄s. p̄cipit de⁹ homi dicēs. Declina a malo: et fac bonū. S3 postq̄ vulnerata fuit hūana natura p p̄mi parētis peccatū. hō hec duo ex suis purꝭ naturalib' n̄ potuit adiplere. iō de⁹ post lapsuz p̄mi hoīs nunq̄ destitit iuuare hoīez medicinalib' sacris. ordiate tn̄. Nā sic videm⁹ q i cura corpalis infirmitatꝭ p̄pt infirmi debilitatē q̄ fortia n̄ pt̄ sustinere p̄mo adhibēt remedia leuia ⁊ cōmunia. postea fortiora. ⁊ vltimo pfecta. sic p̄mo post lapsuz imediate in lege nature ordinauit de⁹ sacra cōmunia et leuia. in lege moysi aliq̄liter fortiora. s3 in lege euāgelica pfectissima ordinauit septē sacra. q̄rum āminiculo hō pt̄ vitare malū. ⁊ facere bonū.

Duplex sufficiētia sacramentoꝝ. Et iō vtroq3 istoꝝ modoꝝ possum⁹ assignare sufficientiā istoꝝ sacroꝝ Primo. s. inq̄tum a deo sunt data homini in remediū quo ad fugā maloꝝ. Secūdo p̄ut data sunt homi i adiutoriū quo ad ɔsecutionē bonoꝝ.

Quo ad primū sciendū q duplex est ma/ lū.s.culpe et pene. Culpe triplex. Qr malū cul pe vel est originale. vel actuale mortale. vel est veniale. Et fm habem9 tria sacramenta Nā pprie loquēdo baptism9 dat in remediū culpe originalis. penitētia in remediū actual' mortalis. et sacra vnctio in remediū peccati ve nialis. Maluz aūt pene qd nobis accidit ex malo culpe est quadruplex. Nā sicut ait ve/ nerabilis Beda pter peccatū patimur igno rantiā: maliciā: infirmitatē: et ex his ↄflatam malā ↄcupiscentiā. Primū in ratōe Scdm in volūtate. Terciū in irascibili. Et quartū i ↄcupiscibili. In adiutoriū g ↄtra primū dat sacrm ordis. qr vt dicit Malach.ij. Labia sacerdotis custodiūt scientiā. et legē requirūt ore ei9. angel9 em dni exercituū est. Cōtra secundū sacrm eucharistie. h em est sacrm ti9 bonitatis pstans remediū ↄtra omnē mali ciā volūtatis. Cōtra terciū sacramentū cōfir/ mationis. Et ↄtra quartū sacrm mrimonij.

Sz q ad psecutionē bonoz sufficientia sa cramentoz sic haberi pt. Omia em bona pse/ quēda aliq modo attingunt actibz septē vir/ tutū. quaz tres sunt theologice et qttuor car/ dinales. Baptism9 g pstat adiutoriū actibz fidei. eucharistia actibz charitatis. et sacra vn/ ctio actibz spei. Ordo actibz prudētie. penitē/ tia actibz iusticie. ↄfirmatio actibz fortitudi/ nis. et matrimoniū actibz tpantie. Ad ar/ gumentū principale dicendū q licet maior sit vera loqndo de eo qd est causa effect9 spūalis ex natura ppria. tn nō est vera loquēdo de eo qd ē causa effect9 spūalis ex institutōe diuia.

Ad principale argu.

Hinc vero d'

n baptismi. Postq mgr pmisit q dā pambula respectu sacramen/ toz in vniuersali. hic adiūgit vnū pambulū respectu sacri baptismi in speciali. Et diuidit in duas. Primo em ostēdit baptismi iohis a baptismo xpi differētiā. Scdo declarat bap/ tismi iohānis insufficientiā. ibi. Hic ↄsiderā dū est. Prima i duas. Qr pmo ondit baptis mi xpi respectu baptismi iohis excellentiaz et perfectionē. Scdo circa baptismū iohis mo/ uet duplicē qstionē. ibi. Ad qd g. Et hec in duas fm q duas mouet qstiones. quaz vtri q adiūgit suā responsionē. Scda ibi. Sz q/ re dict9 est. Circa hoc qro.

Questio secunda.

v Vtrū baptism9 iohānis fuerit sacrm. Videt q nō. Qr sacra posteriora sūt priorib9 pfectiora. sz baptism9 iohis fuit po/ sterior circūcisione. et tn nō erat pfectior ea. g et c. Maior patet. qr p tanto sacramēta noue legis sunt pfectiora. imo pfectissima sacramē ta. qr sunt oim sacramentoz postrema. Et cō firmat. qr q sunt priora generatōe sunt poste/ riora pfectōe. vt patet. ij. de aīa. Patet etiam minor. qr p sacrm circūcisiōis ↄferebat gra. baptismū aūt iohis nō cōferebat gra. g et c.

Cōtra. augustin9 super iohannē ait. Acce dit verbū ad elementū et fit sacrm. sz i baptis/ mo iohis accessit verbū ad elemētū. qr vt pa/ tet Act. xix. iohānes baptizabat i aq eos q ve niebāt ad eū dicēs. vt crederent in eū qui ven tur9 est. Hic qttuor sunt vidēda. Pri/ mo vtz baptism9 iohis ↄtulerit graz Se cundo. vtz gra sacramētalis et gra virtutū sit eadē realiter. Tercio de eo qd qrit Et qr to vtz baptisati baptismo iohis fuerint reba ptizandi baptismo xpi.

Quantū ad primū

Articulus primus.

est aduertendū q i baptismo iohis possumus duo ↄsiderare. puta vl' op9 opatū qd fuit illa ablutio vl' intinctio facta p iohannē. et op9 ip sius opantis. qd fuit iohis deuotio ac illi9 q baptizabat ordinata affectio. Et fm h po/ no duas cōclusiones. Prima est q ex ope opato baptism9 iohis nō ↄferebat graz ipsis baptisatis. Quia nulli ↄfert gra sine spūsan/ cto. sz baptismo iohis nō ↄferebat spūsctūs pēsato ope opato. g et c. Maior patet. Pro/ bat minor. qr ex balneatōe corpis nō ↄfertur spūsanct9 nisi ex diuina ordinatōe h esset in/ stitutū. Sz licet tale statutū seu pactū sit in baptismo xpi. tn nō fuit i baptismo iohānis. Propter qd ait xps discipulis suis actuū. i. Johes quidē baptizauit aq. vos do bapti/ zabimini spūsancto nō post mltos hos dies Et Joh. i. dixit iohes ad phariseos. Ego ba ptizo in aq. medi9 aūt vestz stetit quē vos ne scitis. Et subdit infra. Hic est q baptizat in spūsancto. Sz ↄtrariū isti9 ↄclusionis ali q vident pbare p hunc modū. Viri pfecti ni hil inutiliter debēt opari. Sz si baptizat9 ba ptismo iohis nō ↄsequebat graz. tūc inutilit iohes euz balneasset et frustra. Maior patet. Probat minor. qr tūc op9 alicui9 est frustra et inutile qn nullū finē ↄsequit ipo ope. modo planū est q iohes baptizādo nō intēdebat ex teriorē lotionē corpis ipi9 baptizati tāq finē. qr tūc iohes fuisset vnus balneator. Si g ad

Pria ↄclo

Ratio.

Cōtra cō/ clusionem 1

baptizationē illā nō sequebat̄ aliq̄s finis in/trinsec⁹ ꝛ spūalis. tūc talis opatio erat sine fi/
2 ne. ꝛ p ꝯsequēs frustra ꝛ inutilis. P̄. circū/cisio cōferebat gratiā. g̃ ꝛ baptism⁹ iohānis. Antecedēs patet ex p̄cedentib⁹. Cōsequētia pbat̄. q2 q̄to aliq̄d est pfectiori ppinqui⁹. tā to videt̄ esse pfecti⁹. ꝛ p cōsequēs debet habere effectū pfectiorē. s3 baptism⁹ iohānis erat ppinquior baptismo xp̄i q̄ circūcisio. qui quidē baptism⁹ xp̄i est sacramentū pfecti⁹ oībus
3 sacramētis ipm p̄cedentib⁹. g̃ ꝛc. P̄. omne sacramentū ad h̄ instituit̄ vt vel gratiā significet vel ꝯferat. s3 gr̄a sufficiēter fuit significata p sacramentū veteris legis. g̃ si baptismus iohānis non ꝯtulit gratiā. tūc frustra fuit in/
4 stitut⁹. P̄. f̄m augustinū in libro ꝯtra donatistas. iohānes baptizauit in remissionē peccatoꝝ vt ab eo baptizatis in spe remitterēt̄ peccata. s3 spes de peccatoꝝ remissione nō pōt haberi nisi p gratiā. g̃ baptism⁹ iohānis ꝯtu/
5 lit gratiā. P̄. Marci. i. dicit̄. erat iohānes baptizās ꝛ p̄dicans baptismū penitētie in remissionē peccatoꝝ. s3 remissio peccatoꝝ nō fit
6 sine gr̄a. ergo ꝛc. P̄. dam̄. dicit. purgat iohānes spūm [illegible] aquā. s3 purgatio spūs est per
Solutio. gratiā. g̃ ꝛc. Ad primū nego minorē. Ad
Ad. 1. pbationē dicendū q̄ iohānes p baptismū intendebat pfigurare baptismū xp̄i. Intēdebat etiā pplm assuefacere p suū baptismū. ne baptismus xp̄i tanq̄ factū extraneū ꝛ alienū homines refutarēt ꝛ fugerēt. Et q2 hos fines intendebat ꝛ ꝯseq̄bat̄. ideo n̄ fuit frustra. q̄uis
Ad. 2. ex opere opato nō ꝯferret gratiā. Ad secundū nego ꝯsequentiā. Ad pbationē dicendū q̄ maior nō est vera loq̄ndo de his q̄ efficaciā solū habēt ex ordinatōe instituētis. ꝛ maxime q̄n illud qd̄ est pfectiori ppinquius instituit̄ imediate ab eo q̄ est limitate pfectionis. illud aūt qd̄ est remoti⁹ instituit̄ ab eo q̄ est illimi/
Ad. 3. tate pfectōis. sicut est in pposito. Ad terci
Ad. 4. um patet p ea q̄ dicta sunt ad primū. Ad quartū dicendū q̄ sicut baptizati p iohānē habebāt spem de futura remissione peccatorū fienda p baptismū xp̄i ad qd̄ iohānes reduxit sua p̄dicatōe dicēs. ille baptizabit in spiritusancto. sic etiā habebāt spem d̄ futura gr̄a p xp̄m ꝯferēda qua delerent̄ peccata. Ad qui
Ad. 5. tū dicēdū q̄ q̄uis ī illa autoritate li baptizās referendū sit ad baptismū iohānis. tn̄ li p̄dicans debet referri ad baptismū xp̄i. ꝛ sic n̄ pl⁹ ꝯcludit̄. nisi q̄ baptismo xp̄i peccata remittebant̄. Si q̄s tn̄ vtrūq3 voluerit referre ad baptismū iohānis. tūc dico q̄ baptism⁹ iohis p̄paratiue fecit [illegible] remissionē peccatoꝝ inq̄tū populū pparabat ꝛ assuefaciebat ad baptismū xp̄i. quo vere remittebant̄ peccata ꝛ ꝯferebat̄ gr̄a. Ad sextū dicendū q̄ baptism⁹ io/ Ad. 6.
hannis purgabat spūm nō effectiue imediate. s3 ppparatiue seu dispositiue. Scd̄a con Cōclusio
clusio est. q̄ ex ope opantis puta ex deuotōne secunda.
ꝛ incitamēto virtutis ipsi⁹ baptizātis sepius de⁹ ꝯferebat gratiā ipis baptizatis. Nā iohānes hortabat̄ eos ad fidē ꝛ ad deuotōē. ꝛ ad digna opa penitētie faciēda. ꝛ q2 talia q̄ agūt a deo gratiā recipiūt. ideo verisimile est q̄ taz baptizātis exēplo incitati. q̄3 verbo p̄dicatōis instructi gratiā receperūt iohāne baptizante

Quantū ad secūdū

Articulus secund⁹

articulū est aduertendū. q̄ put cōmuniter distinguit̄ duplex est gr̄a. Una q̄ dicit̄ gratū faciens. Alia nō gratū faciēs q̄uis sit grat' data. De prima pcedit p̄sens inq̄sitō. q2 tam gratia sacramentoꝝ q̄ gr̄a virtutū. loquēdo de infusis virtutib⁹. est gratia gratū faciens.

Et hec. s. gratia gratū faciēs p̄t dupliciter ꝯsiderari. Uno modo f̄m suā essentiaz. Alio modo f̄m redūdātiā. Primo modo pficit essentiā aīe. Secūdo modo pficit potētias aīe. Et istud adhuc pōt dupliciter fieri. Q2 vno modo redūdat gr̄a ab essentia aīe in potētias ipas sanādo p̄stans medicinā ꝯtra peccatoꝝ vulnera. Alio modo redūdat in potētias ipsas inclinādo p̄stans adiumentū q̄ ad virtuosa opa. Primo modo gratia est causa q̄rundā sacramentaliū effectuū quib⁹ potentie destructe p peccatū reformant̄. q̄ cū pprio nomine careāt dicunt̄ gr̄a sacramentoꝝ. Secundo modo gr̄a est causa virtutū q̄ ab ipsa gr̄a persluūt f̄m q̄ gr̄a ab essentia redūdat in potētias. Et he etiā virtutes p̄dicatōe causali dicunt̄ gratia virtutū. His p̄missis sic pcedā. Primo ponā duas ꝯclusiones. Scd̄o recitabo quasdā opiniones p̄dictis ꝯtrarias. ꝛ eoꝝ motiuis rñdebo. Prima ꝯclusio est Conclusio prima
q̄ gratia gratū faciēs ꝯsiderata f̄m suā essentiā. put pficit essentiā aīe. est vna ꝛ indistincta. Q2 sicut se habet aīa ad corp⁹ qd̄ viuificat. sic se habet gr̄a [illegible] animā cui vitā spūalez p̄stat. s3 vni⁹ corporis vna est aīa ipm viuificās ergo vni⁹ aīe vna erit gratia gratū faciēs que sibi p̄stat vitā spūalē. Secūda ꝯclusio est Ratio
Secunda ꝯclusio
q̄ accipiēdo gratiā f̄m sui redūdantiā modo p̄dicto. tūc in gr̄a p̄t esse realis distinctio. Q2 non est minoris efficacie lux spiritualis ad

LL

principiandū diuersos effect⁹ q̄z lux corpalis
sꝫ a luce corpali resultāt diuersi effect⁹ nō ob/
stāte vnitate sue essentie. puta ab eodē radio
solis simul resultat liq̄factio cere. ⁊ exiccatio
seu arefactio terre. ergo nō obstante vnitate es
sentiali ipi⁹ gr̄e q̄ est lux spūalis rōnalis aīe.
poterūt ab ea resultare diuersi effect⁹. quoꝝ
aliq̄ sint potētiaꝝ aīe a malo sanatiui. aliq̄ ab
his realiter differētes sint ad bonū īclinatiui.
Et q꞉ ꝺm doctores [illegible] gratiā sacramentoꝝ ⁊
gratiā virtutū intelligunt̄ isti distincti effect⁹
Correlarium. scilicet sanatiui ⁊ inclinatiui. ideo correlarie
infero ex p̄dictis q̄ gr̄a sacramētalis ⁊ gratia
virtutis differūt realiter. Et h̄ ꝯfirmo tali
Ratio. medio. Illa quoꝝ vtrūq̄ dicit aliq̄d absolu/
tū seu entitatē absolutam. ⁊ vere ab inuicem
poterunt separari. illa realiter differunt. sed
gratia sacramentalis et gratia virtutis sunt
huiusmodi. Maior patet. Probo minorem
Nā q̄ vtraq̄ dicat entitatē absolutā patꝫ. q꞉
respect⁹ seu relatio nec p̄t esse principiū actōis
nec termin⁹. vt patet. v. phisi. sꝫ isti effectus q̄
dicunt̄ gratia sacramentoꝝ ⁊ gr̄a virtutū. ve
re termināt actionē dei qua p̄ducunt̄ in esse.
Qꝫ etiā vere possint ab inuicē separari patet. q꞉
quilibet iustificat⁹ anteq̄ꝫ de facto recipiat sa
cramenta habet ī se gratiā virtutū. attñ nōdū
habet gratiā sacramentoꝝ. q꞉ talis gr̄a p̄ hu/
iusmodi effectib⁹ sanatiuis a p̄mo ꝯfert̄ cū ip
Opinio ꝯ primaꝫ distinctionē. sis sacramētis. Sꝫ ꝯtra p̄dicta primo est
quedā opinio q̄ dicit q̄ ista distinctio nulla ē
qua dicit̄ q̄ quedā est gr̄a gratū faciēs. alia [illegible]
1 gratia gratis data. Quia qñ vnū membꝝ di
stinctōis claudit̄ in alio. tūc distinctio nulla
est. sꝫ sic est in p̄posito. Maior patet. q꞉ in/
clusum coincidit cū includēte. ideo vbi vnū
membꝝ claudit̄ in altero. illi mēbra distincti
onis necessario coincidūt. Minor etiā patet
q꞉ omnis gr̄a gratū faciēs est gr̄a gratis data.
Propter qđ apl's loquēs de gr̄a gratū faciēte
2 ait. q̄ si ex opib⁹ iā nō est gr̄a. ḡ ⁊c. P. si p̄/
dicta distinctio esset bona. tūc distinctōe ordi
nata ps distingueret̄ ꝯtra totū. species cōtra
gen⁹. ⁊ vnūqđq̄ inferi⁹ cōtra suū supi⁹. q̄ oīa
Solutio. vident̄ satis abusiua. Respōdeo q̄ iste in
stantie nō sunt ꝯtra me. q꞉ ego distinguo gra
tiā p̄ extrema ꝯtradictōis. puta p̄ faciēs gratū
⁊ nō faciēs gratū. hmōi aūt mēbra nunq̄ꝫ co
incidūt. sicut nec extrema ꝯtradictōis coinci
dere possunt. Sed doctores cōmunes q̄ sim
pliciter diuidūt gratiā in gratū faciētē. ⁊ gra
tis datā. ad istas instātias habēt respōdere.
Ideo dicta istoꝝ venerabiliū doctoꝝ de/
clarādo. dico q̄ illud idē qđ ego in p̄dicta di
stinctione explicite pono. extrema ꝯtradictio
nis explicando. hoc ipi ponūt iplicite. Ad
cui⁹ intellectū est aduertendū q̄ ꝺm p̄hm in li
bro topicoꝝ. q̄ñcunq̄ aliquib⁹ duob⁹ ē vnū
nomē cōmune. si vnū illoꝝ habet nomē p̄pri
um ⁊ ñ alteꝝ. tūc ei qđ caret noīe p̄prio rema
net illud nomē cōmune tanq̄ꝫ p̄priū. Exēplū
de h̄ nomie p̄priū. qđ q̄ꝫuis sit cōmune p̄prio
substātiali [illegible] p̄prio accidētali. tñ q꞉ p̄priū sb/
stantiale habet nomē p̄ se ⁊ dicit̄ diffinitio. ḡ
hoc nomē p̄priū [illegible] se platū solū intelligit̄ d̄ p̄
prio accidētali. puta [illegible] p̄pria passione. Sic ī
p̄posito posito q̄ esse gratis datū sit cōmune
omi gr̄e. tñ q꞉ quedā est gr̄a q̄ formaliter facit
nos gratos deo. ⁊ [illegible] ꝯsequēs ex suo effectu for
mali vendicat sibi nomē p̄priū. ⁊ dicit̄ gratia
gratū faciēs. ideo h̄ nomē cōmune quo dicit̄
gr̄a gratis data. remanet tanq̄ꝫ p̄priū p̄ alte/
ro extremo ꝯtradictōis. puta p̄ omi gr̄a q̄ nō
facit formaliter deo gratū. Et p̄ h̄ patet ad
instātias p̄dictas: q꞉ nec mēbra coincidunt.
vt p̄tendit prima instātia. nec inferi⁹ distin/
guit̄ ꝯtra suū superi⁹. vt p̄tendit secūda. sꝫ ex/
tremū ꝯ̄dictionis distinguit̄ ꝯtra alteꝝ extre/
moꝝ. ⁊ si nō explicite. tñ implicite sicut p̄dixi
Scđo ꝯtra p̄dicta est quedā opinio q̄ꝫtū Opinio q̄ gr̄a nō pficiat essentiam aīe nisi mediāte potentia.
ad illud qđ dixi gratiā gratū facientē pficere
essentiā aīe. q꞉ ponit gratiaꝫ imediate pficere
potētias aīe. Qđ p̄bat sic. Illud qđ est p̄nci/
piū meritorie opatōis imediate pficit poten/
tiā aīe. gr̄a est hmōi. Maior patet. q꞉ potētia
est imediatū principiū opandi. P. opposi
ta apta nata sunt fieri circa idē. sꝫ culpa ime/ 2
diate inficit potētiā. ḡ gr̄a q̄ est culpe ꝯtraria
imediate pficit potentiā. P. id quo primo 3
ꝯuertimur ad deū est imediatū subiectū gr̄e.
sꝫ potētia volitiua seu libero arbitrio p̄mo cō/
uertimur ad deū. P. illud qđ supaddit̄ na/
turalib⁹ h̄ nō mediat inter naturalia. sed gr̄a 4
est donū supnaturaliter additū. ⁊ potētia aīe
est ꝯnaturalis sue essentie. ḡ gr̄a nō p̄t imedia
te pficere essentiā. q꞉ tūc mediaret inter essen/
tiā ⁊ potentiā. P. libro secundo dist. xxvi. 5
mgr̄ ꝯcludit ex dictis beati augustini sic di/
cens. Volūtas hoīs p̄parat̄ ⁊ p̄uenit̄ gr̄a dei.
vt bonū velit. ⁊ adiuuat̄ ne frustra velit P. 6
gr̄a est idē realiter qđ charitas. ḡ imediate p/ Scotus.
ficit voluntatē. Antecedēs patet p̄ quendaꝫ
doctorē. s. scotū. Consequētia patet. q꞉ chari/
tas sbiectiue est ī ipsa volūtate. ḡ ⁊c. Et q꞉ Cōtra opinionem.
ista opinio est ꝯtra doctrinā cōmunē. ideo ar
guā ꝯtra eā sic. Si gr̄a gratū faciēs ñ fūdaret̄ 1

imediate in essentia aie. tūc vl' fundaret i vna
potētia tantū. vel in pluribꝫ. Nō in vna tan/
tū. qꝛ gratia cōmuniter respicit opatōes oīm
potentiaꝝ. Nec in pluribꝫ: qꝛ vnū accidēs
potest esse i pluribꝫ subiectis. sꝫ gr̄a ꝭm essen/
tiā suā est vnū accidēs in vno hoie. eo ꝙ vnꝰ
hō p vnā gratiā gratū facientē sit gratꝰ. nūꝗ
eñ mltiplicat forma vno existēte actuali for/
2 mali. P̄. illud qd dat aie vitā spūalē. hoc
imediate fundat in essentia aie. sꝫ gr̄a spūali/
ter viuificat aiā. Maior patet. qꝛ esse ime/
diate respicit essentiā. sicut opari potentiam.
Sꝫ viuere viuentibꝫ est esse. vt dicit. ij. ď aīa
Patet etiā minor. qꝛ n̄ solū gr̄a viuificat ani/
mā. sꝫ ppter eius viuificatiuā ꝓprietatē dicit
ipa vita. Iuxta illud apli ad Ro. vi. Gratia
dei vita eterna. s. in via initiata ⁊ in patria cō/
3 summata. P̄. ꝭm beatū augustinū esse re/
spicit essentiā. sicut posse potentiā. sꝫ vt dictū
est esse spūale est a gratia. iuxta qd ait apls. i.
4 ad Chor. xv. Gr̄a dei sum id qd sum. P̄.
sicut in generatōe naturali priꝰ res genita ac
cipit esse ꝗ opari possit. qꝛ agere naturalit p/
supponit esse. sic in generatōe spūali ⁊ supna/
turali necesse est ipā animā priꝰ in sua essen/
tia capere esse supnaturale p infusionē gratie
ꝗ potētia possit supnaturaliter agere supna/
Solutio. turali sibi infusa virtute Ad primū alteriꝰ
Ad. 1. opinionis dicendū. ꝙ licet formaliter gr̄a det
esse gratū deo p̄mo essentie aie ⁊ p ꝯsequēs po
tentijs ⁊ om̄ibꝫ meritorijs opationibꝫ elicitꝭ
a potētijs. tamē hmōi opatōnes nō sunt effe
ctiue ab ipa gr̄a nisi mediantibꝫ virtutibꝫ pfi
cientibꝫ ipas potētias. ideo nō optet gratiā es
se imediate i potētia ad hoc vt modo p̄dicto
Ad. 2. sit principiū meritorie operatōis. Ad secū
dū dicendū ꝙ nō est simile de culpa ⁊ de gra/
tia. nā culpa nō est a deo sꝫ innascit ab inordi
nata opatione hois. ideo imediate culpa re/
spicit potentiā a qua ꝓcedit hmōi opatio q̄n
tum ad sui inordinatōē. hec aūt principali/
ter est mala volūtas. ergo culpa habet esse in
mala volūtate loquēdo de culpa actuali. secꝰ
eñ est ď culpa originali. q̄ homini aduenit si
ne ꝓprio suo actu. illa eñ primo inficit essen
tiā anime. ⁊ mediāte essentia inficit potētias
Ad. 3. sicut dixi lib. ij. dist. iij. Ad terciū dicēdū
ꝙ sicut in naturali generatōne dispositio ad
formā substātialē imediate fundat in ipso cō
posito. qꝛ forma accidētalis ē cōpositioni cō/
tingens. vt ait autor. vi. principiorū. forma
aūt disponēs est accidēs. ipa tñ forma substā
tialis recipit imediate in essentia materie. eo
ꝙ hyle sit ꝓpriū subiectū generatōis. vt dicit
aresto. i. ď generatōe. Sic quāuis quidā im
petus a deo facti qui sunt gr̄a gratis data di/
sponētes ad gratiā gratū facientē fiāt a deo in
libero hois arbitrio. quibꝫ mediātibꝫ homo
cōuertit ad deū per ipm̄ liberū arbitriū. tñ gra/
tia ad quā disponūt hmōi impetꝰ recipit ime
diate in ipsa essentia aie. Ad quartū dicen Ad. 4.
dū ꝙ licet maior sit vera loquēdo de eo qd su/
peraddit naturalibꝫ p nostrā operatōē: tale
eñ nō potest imediate fundari in essentia. eo
ꝙ semp potētia mediat inter opationē ⁊ essen
tiā. tamē nō est vera loquēdo de his que sup/
addunt naturalibꝫ ex infusione diuina. qꝛ ta
lis infusio imediate attingit om̄ia. Attingit
eñ a fine vsqꝫ ad finē fortiter: ⁊ disponit oīa
suauiter. vt dicit Sap. viij. Ad quintum Ad. 5.
dicendū ꝙ li ꝑuenit nō debet referri ad volun
tatē respectu essentie anime. sꝫ tantūmodo re/
spectu aliaꝝ potentiaꝝ. Nā oīm operationū
humanaꝝ voluntas est causa. vel elicitiue. s.
ꝗtū ad suas ꝓprias operatōes. vl' saltē impa
tiue ꝗtū ad opatōes aliaꝝ potentiaꝝ. ꝗ gra/
tia ꝓut respicit opationes imediatiꝰ respicit
voluntatē ꝗ qualcūqꝫ alias potētias. ⁊ ꝓpt
hoc dicit ꝑuenire voluntatē ppar̄ado ⁊ adiu
uando. Ad sextū patet ex his q̄ dixi lib. ij. Ad. 6.
dist. xxvi. arti. ij. ꝯclusione secūda. Tercō Opio au/
cōtra p̄dicta ꝗtū ad illud qd dixi gratiā esse reoli.
causam virtutū q̄ ab ipa ꝓfluunt. est q̄dā mo
dernꝰ doctor q̄ ponit ꝙ gratia n̄ sit causa vir/
tutū. nec virtutes ꝓfluūt vt ipe ait a gr̄a. sꝫ po
tius ecōuerso gratia ꝓfluit a virtutibꝫ. Qd p
bat sic. Si virtutes fluerēt a gratia. vel hꝰ essꝫ 1
tanqꝫ a subiecto. vel efficiente. vl' forma. Nō
potest dici primū. qꝛ gratia cū sit qualitas
pt esse subiectū. Et ꝯfirmat. qꝛ virtutes sunt
subiectiue in potētijs aie. sed gratia nō est po
tentia. Nec secundū. qꝛ ꝭm augustinū solus
deꝰ operat in nobis virtutes. itē si gratia effice
ret virtutes. vel hoc esset infusionē. ⁊ tūc cre
aret eas. qd est falsū. cū creatura nō possit cre
are. aut educeret de subiecto. ⁊ hꝰ nō. qꝛ cū vir/
tutes solū possint esse p creationē. ideo n̄ sunt
educibiles de subiecto. Nec terciū. qꝛ effectus
formalis n̄ differt formaliter a forma ꝭm aui/
cennā. v. methaphisice sue P̄. nihil ꝓfluit 2
a seipo. sed virtutes ⁊ dona sunt formalit ipa
met gr̄a. ergo nō ꝓfluunt ab ea. Probat mi/
norē. qꝛ vel dicit gratia quia gratis dat. vl' qꝛ
gratū faciēs. sed virtutes ⁊ dona ⁊ sunt gratꝭ
data. ⁊ faciūt animā deo gratā. P̄. si virtu 3
tes ꝓfluunt a gratia. vel hoc fit libere. vel ex

necessitate nature. Nō primo modo. q2 grā cū sit qualitas fm istos non poterit esse dn̄a sui actus. Nec secūdo modo. q2 virginitas ꝛ pauptas sunt virtutes. ꝛ tn̄ nō insunt cuilibet cui inest gratia. ꝑ. gratia est quedā si-
4 militudo diuinaꝝ pfectionū. ergo non est q̄dā qualitas in aīa existēs deo gratū faciēs. vt aliqui imaginant. ꝑ. sicut gratia corpalis
5 se habet ad corpus. ita gratia spūalis se habet ad animā. sed gratia reddēs corp⁹ gratū non est vna qualitas. ſ3 est aliqd ɔsurgens ex diuersis. puta ex figura. colore. mā suetudine. verecundia ꝛ honestate. ergo gratia spūalis cōsurget ex multis virtutibꝫ in aīa. Et addit iste doctor ꝙ gratia nō est nisi quedā extrinseca denominatio ab actu acceptātis. fundamentū aūt denominatōis sunt virtutes ꝛ dona. Iste doctor assumit multa dubia. que causa breuitatis tangā in soluēdo.

Cōtra aureolū. Solutio. Ad. 1. Ad primū ergo dicēdū ꝙ causalitas grē respectu virtutū est aliquo modo de genere cause efficientis. q2 vt superi⁹ dixi dispositio q̄ est ratio recipiendi aliqd. ꝛ nō ratio receptiua. reducit ad causam efficientē respectu illi⁹. sed de⁹ per gratiā quā infundit essentie anime taliter eā qualificat ꝛ disponit ꝙ potētie naturaliter fundate i essentia anime actualiter erūt capaces virtutū ꝛ de facto recipiūt eas. sic tamē ꝙ gratia nō est ratio receptiua virtutū. cū nō sit subiectū eaꝝ. ergo solū erit ratio recipiēdi. ꝛ p cōsequēs aliquo modo grā est causa efficiēs respectu ipsaꝝ virtutū quas de⁹ infundit potentijs mediante grā pinfusa ipi essentie. Ad ambas pbationes dicendū ꝙ bene cōcludūt nihil aliud a deo esse causaꝫ efficientē principaliter pductiuā ipsaꝝ virtutū. loquendo de virtutibꝫ infusis. tamē nō pbant quin dispositiue aliud possit esse causa etiā in genere cause efficientis respectu taliū virtutū.

Instantia. Forte dicetur cū gratia sit in essentia anime. nō videt esse dispositio ad virtutē q̄ est in potentia anime. q2 forma q̄ est in vno subiecto non disponit ad formā que est in alio subiecto. q2 solū qualificat subiectū in quo est.

Solutio. Respōdeo ꝙ quādo duo subiecta sic se habēt ꝙ vnū naturaliter fundat in altero. tūc nihil repugnat quin illud qd̄ formaliter est dispositio fundātis possit redundanter ꝛ p ɔsequens qdāmodo efficiēter facere ad dispositionem fundati. Bona em̄ dispositio oculi formaliter existēs i oculo. redundāter facit ad bonitatē virtutꝭ visiue que fundat in oculo. ppter qd̄ ait aresto. ij. de aīa. si senex haberet oculū iuuenis videret vtiqꝫ sicut iuuenis. Unde si de⁹ tales dispositiones quales sunt in pupilla aquile poneret in pupilla vespertilionis. tūc vespertilio videret sicut aquila. Cū ergo potētie anime naturaliter fundent in essentia anime. sequit ꝙ gratia perficiēs essentiā aīe dando sibi esse supernaturale sui redundantiā aliquā dispositiuā efficaciā habeat respectu virtutū p quas ipis potentijs cōpetit supnaturaliter operari.

Ad. 2. Ad secundū nego minorē. Oppositū em̄ eius pbaui libro secūdo. dist. xxvi. Ad pbationē dico ꝙ gratia perficiēs essentiā aīe subiectiue p tanto dicit gratia. q2 formaliter dat esse gratū. ꝛ hoc nō ɔuenit alicui virtuti. q2 formalis effect⁹ virtutis nō est esse gratū. sed est esse virtuosuꝫ. Uñ si virtutibꝫ dicimur grati deo. hoc habēt originaliter ipe virtutes a gratia. que primo dat esse gratū ipi essentie. ꝛ per ɔsequēs om̄ibꝫ que fundant in essentia. siue imediate sicut potētie. siue mediate sicut virtutes ꝛ dona.

Ad. 3. Ad terciū dicendū ꝙ pluxus virtutū a grā pt dici necessari⁹ fm ordinē quē credim⁹ a deo institutū. q2 de⁹ nulli infundat gratiā nisi eidē infundat virtutes. ad q̄s disponit grā modo supradicto. Ad pbatōeꝫ dicendū ꝙ virginitas ꝛ pauptas nō sunt virtutes infuse. nos aūt loquimur de infusis virtutibꝫ.

Nec valet terciū. q2 Ambrosius loquit' de corpe xpi ꝯtento sub accidētibꝫ. qui xpus est cibus spūalis. et nō loquit' de istis accidētibꝫ
Opi. scda. q̄ sunt cibus corpalis Alij dicūt q ex istis accidētibꝫ nō pōt generari aliqua substātia. Quia p̄ncipia sube optet eē substātias. vt pȝ vij. metaph. g̃ nullū accidēs pōt esse p̄ncipiū naturale alicuiꝰ sube. Et si dicit' istis q q̄n

q̄ȝ corruptis istis accidētibꝫ in loco eoꝝ cine/ res vel vermes inuēti sunt. quos optȝ nos di cere esse generatos ex hmōi corruptis accidē/ tibus. Rn̄dent isti q talia nō generant' ex istis accidētibꝫ. sed ex aere circūstāte. Imagi nātur em̄ isti et in hoc bn̄. q agēs naturale in agēdo repatit'. ideo aer circumstās corrūpen/ do accidētia ista repatit' ab eis. ex qua repassi one aliqd corrūpit' de aere. ꝛ ex hmōi aere cor rupto generant' tales cineres vl' v̄mes. ꝛ alia ꝯsilia. Sed nec istud valet. Quia cuȝ isti Cōtra opi
ꝯcedāt accidētia p̄dicta corrūpi actōe natura nionē.
lis agētis. ꝛ omi tali corruptōi necio corrn̄de 1
at generatio. vt pȝ. ij. de generatōe ꝛ corrupti one. g̃ nō solū aeri corrupto optet aliqd̄ geni tū assignare. verumetiā accidētibꝫ corruptis. Hoc aūt aliud fingi non pōt nisi hmōi cine res vel alia q̄ in loco illoꝝ accidētiū repiunt'.
Nec valet illud qd̄ isti fingūt de aere corru 2
pto. q2 licet agēs naturale i principio actiōis notabiliter repatiat' agendo. tn̄ i fine actionis cū passum appropinqt corruptiōi. modicū vel nihil repatit'. eo q patiēs totaliter sit su/ patū. ꝛ ad ꝯformitatē agētis sit trāsmutatū. Iuxta qd̄ dicit' i libro de generatōne. Agēs ꝛ patiēs i p̄ncipio actōis sunt dissilia. in fine ve ro silia. igit' imminēte istoꝝ accidentiū corru ptiōe. qualitas actiua istoꝝ accidētiū nō ē tā te fortitudinis q de aere possit vermes vel ci/ neres generare. maxime cū hoc nō potuerint diebꝫ multis p̄cedētibus. quibꝫ illoꝝ accidē/ tiū actiuitas multo fortior fuit. P. si ex ae/ 3
re hostiā circūstāte generarent' hmōi cineres tūc licet cineres inuenirent' circa locū hostie. tamē nō inuenirent' directe in loco hostie. cu/ ius oppositū ꝯtingit. P. dato q hostia cō 4
secrata poneret' inter duas lamias aureas. vl' cuiuscūq̄ȝ alteriꝰ solidi metalli. adhuc ex vetu state tpis hmōi accidētia mutarēt' in cineres. vel in aliquā aliā substantiā. quod neq̄ȝ pos set saluari p corruptionē corpis circūstātis. cū hoc supponat' esse solidissimū. ꝛ i nulla sui pte corruptū appareat. g̃ optet dicere q hu/ iusmodi cineres generent' ex corruptōne p̄di ctoꝝ accidētiū. Alij dicūt q corruptꝭ istis Opi. tcia.
accidētibus bn̄ generet' aliqua substātia. sed nō generat' ex accidētibus. sed potiꝰ ex substā tia panis. q̄ nunq̄ȝ fuit sepata vl' seiūcta ab ac cidētibus. Ponūt em̄ isti substātiā panis nō ꝯuerti i corpus christi. sed manere cū istis ac cidētibus i sacramēto. De ista opiniōe ad p̄/ sens nihil dicā. quia ipsā supius improbaui distinctiōe. xi. questione p̄ma. articulo scdo.

Opi. Inno. i. lib. de offi. misse. pte. iij.

Alij dicũt q substãtia panis que cõuersa est in corpus xpi reuertit. et ex illa generat illud qd fit qñ ista accidẽtia corrũpunt. Sz nec istud valet nec stare põt. qz tũc sequeret q corpus xpi cõuerteret i substantiã panis. Cõsequẽs est incõueniẽs. qz si hoc fieret. tũc corpus xpi mediãte suba panis in quã cõuersuz esset cõuerteret vlterius in vermes z i cineres. Consequẽtiã pbo. qz sicut si lapis esset cõuersus in lignũ. tũc lapis nunq̃ posset redire nisi lignũ cõuerteret i lapidẽ. sic in pposito postq̃ substãtia panis cõuersa est in corpus xpi. tunc nõ videt q talis substãtia panis possit redire nisi corpus christi cõuertat i eã.

Cõtra cõclusionem 1

2 P. si reuertit substãtia panis. vel reuertit in ipso instãti quo corrũpunt accidẽtia. vel añ illud instãs. vel post hmõi instãs. Si dicit q in ipo instãti. hoc ẽ impossibile. qz sicut impossibile est rẽ corrumpi in eodẽ instãti quo incipit esse. qz si sic. tũc simul esset z nõ esset. sic impossibile est rẽ corrumpi in eodẽ instãti quo redit ad esse. simul eñ esset z nõ esset. Esset quidẽ. qz ponit redire ad esse. Nõ esset. qz haberet corruptuz esse. nã cũ corruptio sit instãtanea mutatio. ergo corruptio z corruptũ esse sunt simul in eodẽ instãti. Sz si rediret substãtia panis. tũc corrumperet i instãti quo corrumpunt accidẽtia. als cineres qui vident generari ex accidẽtibus nõ generarent ex tali substantia panis cũz hmõi cineres generẽtur in eodẽ instãti in quo accidẽtia corrumpunt. g si substãtia panis pcise in pdicto instãti rediret. tũc simul esset z nõ esset. Et cõfirmat. qz redire ad esse est tẽdere ad esse. corrumpi est tẽdere ad nõ eẽ ergo in eodẽ instãti simul tẽderet ad esse et ad nõ esse. Si redit añ illud instãs. tũc quia corp9 xpi nõ desinit ibi esse añ corruptiõz pdictorũ accidentiũ. sequit q simul sit ibi substãtia panis cũ corpe xpi. Quod supius est improbatũ. Si autẽ redit post illud instãs. tũc frustra rediret. qz tunc nihil faceret ad generationẽ taliũ rez que vident ex accidentibꝰ generari. cũ vt dictũ est illa generent in eodẽ instãti in quo accidẽtia corrumpunt.

Scotus

Alij sunt qui dicũt idẽ quod isti. nisi q magis determinate loquunt dicẽtes. q substãtia redit in ipso instãti corruptõis pdictoz accidẽtiũ. hoc tamẽ nõ requirit necessario ipm agẽs naturale corrumpẽs hmõi accidẽtia.

Cõtra istõ

Sz cõtra istud põt argui ex his que iã adduxi cõtra opinionẽ prime pcedentez. P. nulla actio corruptiua eucharistie reqrit substantiã redire. ergo hmõi substãtia i destructiõe accidentium eucharistie nõ redibit. Añcedẽs patz. qz omnis actio cõcurrẽs ad pdictã corruptionẽ. vel est actio dei. vl' actio naturalis agẽtis. Sz actio naturalis agẽtis nõ requirit reditũ iam dicte substãtie. qa vt isti met dicũt. naturale agẽs põt alterare z corrũpe ista accidẽtia etiã si nulla substãtia redeat. ergo mlto minꝰ actõ dei. z p cõseqns nulla. Cõsequẽtiã pbo. qz si rediret suba cũ nullius agẽtis actio hoc reqrat. tũc frustra rediret. deus aũt z natura nihil faciũt frustra. vt dicit. i. celi z mũ. Etiã plures sunt alij modi dicẽdi circa istaz materiã. quas recitare z improbare ad pñs causa breuitatis omitto.

Quãtum ad terciũ

Articulus tercius.

articulũ pono duas cõclusiones. Prima ẽ q qñ hostia cõsecrata frãgit seu diuidit. corp9 xpi nec frangit nec diuidit. Quia corp9 christi ẽ ipassibile. g nec põt frãgi nec diuidi. Añcedẽs pz. qz cũ corpus xpi sit glorificatũ. sequitur necio q sit dotatũ dote impassibilitatis: Patet etiã cõña. qz corpus viui hois nõ pt diuidi z frãgi sine eiusdẽ hominis passiõe.

Cõclusio prima. 1

P. ibi res nõ põt diuidi vbi nõ est mõ quãtitatiuo. sed corpus xpi nõ ẽ sub sacro modo quantitatiuo. vt declaratũ est supius disti. x. q. ij. arti. i. 2

Sed cõ istã cõclusionẽ est quedã opinio que fũdat se sup cõfessione Berẽgarij. que ponit hic in lra. et scribit de cõse. dist. ij. c. Ego Berẽgarius. vbi postq̃ Berengarius errorẽ suũ corã papa Nicolao z. cxiij. epis publice recognouit. ipse iurauit se deinceps semp credere z tenere verũ corpus christi manibus sacerdotũ sensualiter tractari. z frãgi. ac fideliũ dentibus atteri. z sic ibidẽ ponit circa finẽ illius ca. hanc confessionẽ papa Nicolaus scripsit ecclesijs italie. germanie z gallie. vt ecclesie q̃ prius doluerãt de auerso z puerso. postea gaudeant de reuerso atq3 cõuerso. ergo videt q corpus xpi vere diuidat. z hoc tã ex predicta cõfessione. q̃ ex cõfessiõis sollẽni approbatione.

Opi. 1 ptis 1

P. quod vere manducat. hoc manducãtis masticatõe diuidit. Sed corp9 christi vere mãducatur. iuxta illud Joh. vi. Qui manducat meã carnẽ: z bibit meũ sanguinẽ: habet vitã eternã. 2

P. istud sacramentũ est signũ memoriale dñice passionis. vt patet ex dictis supius. ergo diuisione sacri diuiditur corpus xpi. Cõsequẽtia patz. qz signũ debet eẽ cõforme sigto. sed in passione xpi fuit realis diuisio sui corpis. als nõ fuisset ibi vera vulne 3

Cōtra opi ratio. Sed ista nō ɔcludūt. ⁊ expsse cōtra/
ionē. dicūt verbis Aug. que ponunt̃ de ɔse. dist. ij.
Qui manducat. Et accipiunt̃ ex sermone de
verbis dñi. vbi sic ait Aug. Christ⁹ viuit mā
ducatus. qꝛ surrexit occisus. nec qñ mandu/
camus ptes de illo facimus. ⁊ quidē in sacra/
Instantia mēto sic fit. Forte dicet̃ ꝙ ɔtra istud esse vi
det̃ illud qđ ibidē imediate seq̃tur. Subdit
enī Aug. Norūt fideles quēadmodū mādu
cāt corpus xpi. vnusquisq₃ accipit ptē suam.
ꝑ ptes manducat in sacramēto. ⁊ manet inte
Solutio ger totus i celo. Respōdeo ꝙ ꝑ ptes ibi in
telligit Aug. ptiales grās. qꝛ ſm ꝙ cū maiori
deuotione sumit̃ corpus christi. ſm hoc ipse
sumēs maiorē ⁊ vberiorē ptem gratie spūssan
cti conseq̃tur. Et ideo ibidē addit Aug. Vñ
Solutio. ⁊ ipsa gratia ptes vocātur. Ad primū rñ/
Ad.1. deo cū Bart. brixiēsi in apparatu sup illo ver
bo frāgi. ꝙ ly frangi ⁊ atteri nō debet referri ad
corp⁹ christi. sed solū ad spēs sacramēti. Qđ
ꝓbat Bartholome⁹ ibidē ꝑ auctoritatē Au/
gus. iā inductaꝫ. Et idē apparator hortatur
quemlibet legentē. vt iuxta istū intellectuꝫ sa
ne intelligat verba Berēgarij. ne incidat i ma
iorē errorē ac heresim q₃ ipse Berēgarius fu/
it. Quia reuera valde enormis error esset cre/
dere ꝙ corpus christi realiter diuideret̃. Et iō
sepius miratus sum ꝙ papa Nicolaus cum
tot epis vnq₃ acceptauerūt istā confessionē si
Ad.2. ne lucidiori declaratione veritatis. Ad se/
cundū dicendū ꝙ aliquid mūducari pōt du
pliciter intelligi. Vno mō corꝑaliter. puta si
attingit̃ immediate corp⁹ corꝑaliter ⁊ quātita
tiue ab ipso māducāte. Alio modo spūaliter.
puta nō attingit̃ immediate nec quātitati/
ue. De pmo mō manducādi maior ē vera. nō
de scđo. Cū igitur corpus xpi nō māducetur
primo mō sed scđo. ideo maior in ꝓposito est
Ad.3. falsa. Ad terciū dicenduꝫ ꝙ licet illud qđ
solū est sacramētū. puta ipsa spēs panis ⁊ vi/
ni sit signū passiōis xpi. tamē illud qđ est res
⁊ sacramētū. puta corpus ⁊ sāguis christi nō
est signū sed magis ipm signatū. Et ideo licꝫ
spēs ⁊ accidētia diuidant̃. tñ corpus xpi non
Cōclusio diuidit̃ Scđa ɔclusio est. ꝙ spēs sacramē
scđa. ti puta accidētia panis ⁊ vini vere ⁊ realit̃ frā
1 gūtur ⁊ diuidūtur. Quia qñ totū ɔtinuū dis
continuatur. tūc ipm vere diuidit̃. sed hostia
ɔsecrata ē quoddā totū ɔtinuū. ⁊ vere discōti
nuat̃. qñ sacerdos tres ptes facit de hostia. et
etiā vlteri⁹ discōtinuat̃ qñ a sacerdote vel q̄/
cūq₃ alio hoie māducat̃. g̃ ⁊c. P. Mat. xx
2 vi. saluator legit̃ istud sacrm bñdixisse et fre/
gisse. sed hmōi fractio nō potuit eē i corꝑe xpi
vt patuit ex pcedēti ɔclone. g̃ tm̄ fuit i ipsis
accidētibꝫ seu spēbꝫ sub quibꝫ corp⁹ suū tradi
dit discipulis. Forte dicet̃ ꝙ ista scđa ɔclio Instantia
ɔdicat pme. Qꝛ qñ aliq̃d ɔtinet̃ sub altero. si
ɔtinēs realr̃ frāgit̃ ⁊ diuidit̃. videtur ꝙ etiam
ɔtētū frāgatur ⁊ diuidatur. sed corpus xpi cō
tinetur sub accñtibꝫ panis. q̄ accñtia realr̃ di
uidūt̃. vt dicit. ij. ɔclo. g̃ etiā corp⁹ xpi realiter
diuidetur. Cui⁹ oppositū ponitur i. 1. ɔclone
Rñ. ꝙ aliq̃d ɔtineri sb altero pōt dupl'r in Solutio.
telligi. Vno mō ɔmēsuratiue. ita ꝙ totū cōti
net̃ a toto ⁊ ps sub pte. Alio mō aliq̃d ɔtinet̃
sb altero sine ɔmēsuratōe. ita ꝙ totū ɔtinetur
sb toto. ⁊ totū sub q̄libet pte. Et isto scđo mō
corp⁹ xpi ɔtinetur sb q̄ntitate panis. ⁊ nō pri
mo mō. vt declaraui sup⁹ di. x. q. ij. ar. iij. Et
qꝛ iuxta scđm modū maior ē falsa. iō nihil cō
cluditur. Si enī maior eēt vera loq̄ndo đ eo
qđ isto scđo mō ē sub altero. tūc pari rōe ɔclu
deretur aiaꝫ rōnalē diuidi diuisiōe corꝑis hu
mani. qđ tñ nō ɔtigit. eo ꝙ ipa nō sit extēsiue
i hūano corꝑe. sic enī ē tota i toto corꝑe ꝙ etiā
ē tota i q̄libet pte corꝑis. vt ꝓbaui li. i. di. viij
Etiā ɔ istā scđaꝫ ɔcl'oꝫ sūt due opiones q̄s Opi. pma
mgr̃ recitat i textu istius lectōis. Quaꝝ vna ɔ ɔcl'oem.
ponit ꝙ i isto sacramēto nulla sit fractio. licet
videatur ꝙ aliq̃d frāgatur. Et si dr̃ istis. ꝙ
tūc fieret hic deceptio ⁊ illusio. quod ſm Am
bro. nequaq₃ cōuenit huic sacrificio. Rñ/
dent isti ꝙ in apparētia istius fractōis non ē
deceptio nisi crederet̃ ibi eē fractō. In q̄ rñsio
ne forte intendūt dicere. ꝙ sicut i isto sacramē
to apparet ꝙ sit panis ⁊ nō est. ⁊ tñ ex h̄ nul/
lus decipitur. nisi ille q̄ crederet hic esse panē
qꝛ talis crederet qđ nō est. ⁊ ꝑ ɔseq̄ns sua cre
dulitas falleret eū. Sic i ꝓposito ⁊c. Dicūt
etiā ꝙ hic nō ē illusio. qꝛ fit ad vtilitatē fidei.
Vñ sicut nō fuit illusio qñ xps appuit in spē
ꝑegrini duobꝫ discipulis eūtibꝫ in emaus. et
oculi eoꝝ tenebātur ne agnoscerent eū. sic nec
hic ē illusio. q₃uis appareat fractio q̄ tñ nō ē
tgit̃ ⁊c. Ista rñsio nō valet quo ad pmuꝫ: Cōtra rñ.
qꝛ valde ē dissimile de suba ⁊ de fractione. Nā
iudiciū de substātia nō spectat ad sensuꝫ. sed
ad intellectū. Iudiciū aūt de fractiōe spectat
ad sensum. Nā motus ē ꝑ se sensibilis. vt pꝫ
ij. de aīa. sed fractio ē quidā motus. Ideo li
cet credētis i isto sacramēto nō esse substātiā
panis sensus nō decipiat̃. qꝛ nō iudicat oppo
sitū illius credulitatis. tñ credētis hic non eē
fractionē sensus vere decipetur. si hic nō esset
fractio. qꝛ iudicaret hic esse fractionē. ⁊ ꝑ ɔñs

indicaret eē q̇d nō eēt. Et q2 sensus a receptio
ne reddunt̃ immunes. vt dicit̃ in legēda de fe
sto corporis xp̄i. ideo fractio q̄ virtute sensitiua
iudicat̃ fieri ĩ isto sacro. nō solū apparēter sed
2 realiter fit in eo. Nec val3 ista rn̄sio q̄ ad se
cundū. q2 omnis xp̄i actio nostra ē instructio
ḡ nulla christi actio esse p̄t illusio. Consequē
tia p3. q2 nulla vera instructio ē illusio Eti
am illud q̇d christus ĩ illa ꝑegrina simulatōe
exteri⁹ gessit. hoc aliquo mō significatiue fu
it in mētib⁹ illoꝝ discipuloꝝ. Quod innuēs
Grego. in omel. ait. Duobus discipulis am
bulātibus in via. non quidē credētibus. s3 ta
mē de se loquētibus dn̄s apparuit. Sed eis spe
ciē qua recte cognoscerēt n̄ ostēdit. Hoc ergo
egit foris dn̄s ĩ oculis corporis quod apd̄ ipos
agebatur intus ĩ oculis cordis. Et subdit in
fra. Nihil ergo simplex veritas ꝑ duplicitatē
fecit. sed talē se eis exhibuit in corꝑe qualis a
pud illos erat in mēte. Sed nulla talis rō
assignari p̄ōt de apparētia et nō exn̄tia ipsius
fractionis. ḡ ꝛc. Opinio scd̄a ponit ꝙ ibi ē
Opi. scd̄a vera fractio. nihil tn̄ vt dicūt hm̄oi fractione
frāgitur. Quia sicut spēs vel accidēs panis ē
ibi. ꝛ tn̄ non ē in aliquo. sic ꝑ potentiā dei erit
ibi fractio. q̄uis ĩ nulla re sit hm̄oi fractio.
Cōtra opinionē. Sed nec istud valet. q2 fractio cū sit q̄dā
mot⁹. ḡ vt ꝓcedit ab agēte seu a frāgēte ē actō
vt infert̃ ipsi patiēti ē passio. ideo ĩpossibile ē
hm̄oi fractionē eē sine sb̄iecto. q2 nec mot⁹ p̄t
eē sine mobili. nec passio sine patiēte Sec⁹
aūt ē de accn̄tib⁹ panis. vt patet ꝑ [illegible] q̄ dixi in
q. prima p̄cedente.

Articulus quartus

Quantu3 ad quar

tu3 articulū sic ꝓcedā. Primo ponā duas
ꝯclusiones. Scd̄o mouebo vnā dubitati
Cōclusio prima. onē ortū habentē ex istis ꝯclusionib⁹ Pria
ꝯclusio ē. ꝙ si aliq̇s liquor. puta vinū vl̄ aqua
infunderet̃ ĩ calicē ꝯsecratū: hm̄oi liquor p̄ōt
accidentib⁹ vini in calice p̄existētib⁹ ꝯmisceri
Quia ſm Inno. li. iij. de off. misse. vt fides lo
cū habeat. nihil ꝑmittit de⁹ hic fieri quo sen
sibile possimus habere experimentū isti⁹ sacri. ḡ
liquor infusus p̄dictis accn̄tib⁹ ipsis ꝯmisce
tur. Cōsequētia p3. si accidētib⁹ vini albi exn̄
tib⁹ ĩ calice ꝯsecrato vinū rubeū infusū nō cō
misceret̃ ꝯmotōe facta humoꝝ ad inuicē suf
ficiēti. tūc sensibiliter ꝑcipem⁹ trāssubatō3 fa
ctā circa illud vinū albū ꝑ v̄ba ꝯsecratōis eo
ꝙ an̄ ꝑlationē hm̄oi v̄boꝝ fuerit cōmiscibile
Opi. 3ria vino rubeo. vel cuicunq3 alteri liq̄ri. Huic

ꝯclusioni q̄dā antiqua opi. ꝯdicit. Cui⁹ mo
tiua hec esse potuerūt. Ois liquor q̇ hm̄oi ac 1
cidētib⁹ posset infūdi ē vera sb̄a. sed accn̄s nō
p̄t sb̄e ꝑmisceri. vt ꝓbat ph̄s. i. d̄ genera. ḡ nul
lus liq̄r accn̄tib⁹ calicis ꝯsecrati poterit permi
sceri. P̄. illud q̇d ꝯsecrato miscet̃ hoc effici 2
tur ꝯsecratū. sed liq̄r infusus accidētib⁹ nō ef
ficit̃ consecrat⁹. ḡ ipsis nō ꝑmiscet̃. Mior p3
q2 ꝯsecratio fit ꝑ verba q̄ nō dicunt̃ qn̄ hm̄oi
liquor infundit̃. P3 etiā maior. q2 si aq̄ non
bn̄dicta infundit̃ ĩ aquā bn̄dictā immediate
efficit̃ bn̄dicta. P̄. si sic. tūc vna ꝛ eadē sup 3
ficies eēt ĩ sb̄iecto ꝛ nō eēt ĩ sb̄iecto. ꝯn̄s ē ipos
sibile. eo ꝙ implicet ꝯdictionē. Probat̃ ꝯn̄a.
q2 q̄cūq3 simul ꝑmixta sūt. illa vna superficie
claudunt̃. S3 sup̄ficies illi⁹ infusi liq̄ris ē in
subiecto. sup̄ficies p̄dictoꝝ accn̄tiū ē sine sub
iecto. ḡ ꝛc. P̄. accn̄tia nō pn̄t alterari. ḡ nō 4
pn̄t ꝑmisceri. An̄s p3 ꝑ Boe. q̇ ait. Accn̄tia
indignātis nature sūt. ꝑimi q̇dē pn̄t. alterari
v̄o nō pn̄t. Cōseq̄ntia p3. i. de genera. vbi d̄r.
mixtio ē miscibiliū alteratoꝝ vnio. S3 ista Cōtra opinionē.
non ꝯcludūt. q2 q̄ sūt ĩ mīma diuisibilia. illa
sūt bn̄ miscibilia. vt d̄r. i. de genera. S3 vtra
q3 hec. s. accn̄tia ꝛ liq̄r ipsis infusus sunt ĩ mi
ma diuisibilia. ḡ sūt bn̄ miscibilia. Ad pri Solutio.
mū ḡ d̄om. ꝙ licet accidēs hn̄s modū accidē Ad. 1.
tis nō possit sub̄e misceri. tn̄ hoc non repugnat
accidēti habēti modū sub̄e. sicut ē in ꝓposito.
Ad scd̄m d̄om ꝙ illud q̇d ē ĩ calice ꝯsecra Ad. 2.
tū hoc ē sanguis xp̄i. ꝛ nō ipa accidētia ꝓprie
loq̄ndo. ideo liq̄r infusus nō efficit̃ ꝯsecrat⁹.
q̄uis accidētib⁹ misceat̃. Nec est simile de aq̄
bn̄dicta. q2 aq̄ infusa aq̄ bn̄dicte attingit illd̄
q̇d est bn̄dictū. sed liquor infusus calici non
attingit illud q̇d ē bn̄dictū seu ꝯsecratū. q2 n̄
attingit sanguinē xp̄i. q̄uis attigat accn̄tia vi
ni sub quib⁹ ē sāguis xp̄i eo mō q̄ dictū ē supi
us. Ad terciū d̄om ꝙ sicut eade3 sup̄ficies Ad. 3.
ſm aliā ꝛ aliā p̄tē simul p̄ōt esse alba et nigra.
q̄uis hoc esse non possit ſm eandē p̄tē. sic illo
casu posito eadē sup̄ficies ſm illā p̄tē sui qua
ambiret istū liquorē infusū. vel etiā p̄tes acci
dentiū ꝑmixtas isti liquori ē ĩ subiecto. s3 ſm
illā p̄tē sui quā nondū attigit iste liquor infu
sus eēt sine subiecto. Ad. iiij. d̄om ꝙ accn̄ Ad. 4.
tia hn̄tia modū sb̄e pn̄t alterari. ꝛ ꝑ ꝯn̄s alte
rāti pn̄t misceri sicut ipsa sb̄a. S3 ĩ sacro ali
qua sūt accidētia habētia modū sub̄e ĩ eēndo
agēdo ꝛ patiēdo. vt p3 ex dictis supi⁹. ḡ ꝛc.
Scd̄a ꝯclō ē. ꝙ ĩ ill' p̄tib⁹ accidētiū q̄ ĩfu Scd̄a cōclusio.
so liq̄ri ꝑmiscent̃ nō remanet sanguinis xp̄i sa
crm̄. q2 nō manet sub illis accidētib⁹ corp⁹ et

sanguis xpi. nisi p eo tpe quo talia accidētia manēt sine sbiecto. Sʒ accñtia hmoi liqri pmixta nō manēt sine sbiecto. ergo rc. Maior pʒ ex dictis supi⁹. Minor etiā pʒ. qꝛ vel hmoi accidētia corrūpūtur. vel hmoi liqri cū pmiscent̄ iherebūt.

dubitatō Hic ex pdictis orit̄ dubitatio. Qꝛ cū q̄ liqr infusus pmiscet̄ accidētibꝫ. vt dꝫ i. i. 9clone. ꝛ quibꝫ pmiscet̄ i his desinit eē sacrm. vt dꝫ i. q. cōclone. nō imerito pt dubitari vtrꝫ modic⁹ liquor ad h̄ sufficiat q ex toto i calice desinat esse sacrm. Et circa hāc dubitatōꝫ

Una opi. sunt opposite opiniones. Nā quedā opinio antiqua dicit. q qūtuscūqꝫ modic⁹ liquor non cōsecrat⁹ infusus fuerit accidētibꝫ sacri totaliter sacrm tollit. Qꝛ ille liquor qūtuscūqꝫ modicus. tn̄ qꝛ facillime diuisibilis. iō [illegible] totū diffundit̄. ꝛ oībꝫ ptibꝫ accidentiū vini 9misce tur. ꝛ p 9seques i oībꝫ hmōi accidētibꝫ desinit esse sacrm sanguis xpi.

Tho. rpe. Sed oppositū isti⁹ tenēt doctores cōes dicētes. q qūtus modicus liquor infusus corrūpat ptē spēꝫ. s. illā ptē quā diuidit. ꝛ p quā diffūdit̄. ꝛ p 9seqns desinat esse sacrm quo ad illā ptē. tamē qꝛ nō pōt se p totū diffundere. ideo nō desinit eē sacramentū in oībꝫ ptibꝫ accidentiū. Hic q̄d mag⁹ sentiā inter has opiniones ad pn̄s non explico pꝑter multitudinē dubioꝝ circa hāc materiā emergentiū. Al's vo qn̄ occurret hec materia. intēdo circa eā seriosius insistere. Sed tn̄ ad pn̄s dico q pma opio nō est ita abusiua sicut cōiter reputat̄. qꝛ ad sensum videmus q si i tātillo de vino claro sicut cōiter solet accipi p consecratōe sanguis. infūditur vna gutta de vino rubeo aliq̄ntulū spisso ꝛ materiali. oēs ptes illius vini clari discolorant̄. qd̄ fieri nō posset nisi illa gutta totū illud claꝝ vinū penetraret. ꝛ oībꝫ ptibꝫ eius se coniūgeret. ergo consilr hoc idē fieret si tal' gutta in accidētia vini post cōsecrationē fūderet̄. ꝛ p 9seques si in oībꝫ ptibꝫ accidētiū ad q̄s ptes infusi liquoris puenerint. desinit esse sacrm. sicut etiā dicūt doctores cōes. seq̄tur q ad infusionē vni⁹ gutte sacrm esse desinat i oībus ptibꝫ accidētiū pdictoꝝ.

Ad pncipale argumentum. Ad argu. pnci. dōm q minor nō ē vera. Ad pbatōꝫ dōm q aliq̄d eē variabile vl' alterabile pt dupl'r intelligi. Uno mō eo q ipꝫ pōt eē alteratōis termin⁹. Alio mō q pōt eē subiectū alteratōis. Pmo mō nō negat autor. vi. pnci. formā accidētalē eē variabilē. sed solū scdo mō. qꝛ isto scdo mō sba 9posita dꝫ alterabilis sm cursuꝫ naturalē. ꝛ qꝛ q̄ntitas i sacro altaris hꝫ modū sbe 9posite. qꝛ existit p se. ꝛ subsistit ceteris accidētibꝫ sacri. igit̄ quantitas ambobꝫ pdictis modis pōt variari. Ipa em̄ pōt eē terminus variatōis put pōt terminare motū augmēti vel diminutōis. ꝛ pōt esse subiectū variationis inq̄tū accidētia in ipsa subiectiue fūdata intēdūt̄. remittūt̄. vel corrūpūt̄. Cetera autē accñtia q̄bꝫ substrata ē ipsa q̄ntitas sbiectiue. q̄uis nō sint variabilia scdo mō. puta p modū subiecti. tn̄ ipsa sūt variabilia pmo mō puta p modū termini. ideo rc.

Sed caueat.

Postq̄ꝫ mgr determinauit de accñtibꝫ i isto sacro extrisec⁹ apparētibꝫ. nūc determinat de vtilitatibꝫ intrisec⁹ cālit existētibꝫ. Et diuidit̄ i tres ptes. qꝛ pmo ad eū q̄ sumit istud sacrm mgr facit 9mēdabilē exhortatōꝫ. scdo oñdit rei sūpte vtilē fructificatōꝫ. tercio mouet ꝛ soluit icidētē qōꝫ circa isti⁹ sūptōis freqntatōeꝫ. scda ibi. Institutū ē em̄. tercia ibi. Si āt q̄rit̄. Pria i duas. qꝛ pmo volētē accedere ad istō sacrꝫ mgr p suā exhortatōeꝫ reddit cautū. secūdo mouet qōꝫ circa xpi imolatōꝫ vt eundē reddat deuotū. ibi. Post h⁹ q̄rit̄. Et hec i tres. qꝛ pmo iā dictā mouet qōneꝫ. scdo dat mote qōis rn̄sionē. tercio date rn̄sionis subdit pbationē seu 9firmatōꝫ. scda ibi. Ad h̄ breuit̄ dici pt. tercia ibi. Un̄ Aug. Hec ē snīa isti⁹ lectionis i generali. circa quā q̄ro i spāli.

Utrū vtile vel expediēs sit hoī freq̄nt accedere seu sumere istud sacrm. Et videt̄ q nō. Quia nō dꝫ eē maior freq̄ntatio i re significata q̄ꝫ i figura significāte. sꝫ agn⁹ pascal' q̄ fuit figura isti⁹ sacramēti tm̄ modo semel i anno comedebat̄. vt pꝫ Exo. xij. ergo videt̄ q sel' i anno debeam⁹ tm̄mō coicari seu refici illo sacro. Cōtra. qn̄ aliq̄d sic se hꝫ q eius accessu pctā delent̄. ꝛ vtutes augētur. ad hoc freq̄nter accedere ē homi expediens ꝛ vtile. sed p accessū ad istud sacramentū pctā delētur. et virtutes augent̄. vt patebit in ista q̄stione. ergo rc. Hic quattuor sunt vidēda. Primo d istius sacramēti vtilitate exñte in pctōꝝ delenone. Scdo de eiusdē sacramēti vtilitate exñte i virtutū pfectōe. Tercio vtꝝ hō sine pctō ad istud sacrm oī die possit accedere. Quarto vtrū homo sine pctō ab isto sacramēto possit sp abstinere. Qō. iiij.

Quantū ad primū

pono duas 9clusiones. Prima ē q istud

sacr̄m ꝓprie datū ē homi remediū venialiū
pctōꝝ. Et hoc est de intentione. s. Augus. q
vt patet hic in lr̄a sic ait. Iterat̄ quotidie hec
obiatio. licet christus semel passus sit. qꝛ quo
tidie peccamus pctis sine quibꝫ mortal' infir
mitas viuere nō pōt. Talia aūt pctā sunt ve
nialia. ꝫ ⁊c̄. Vn̄ seq̄tur ibidē. Dedit ei nobis
deus hoc sacramētum salutis. vt qꝛ quotidie
peccamus. ⁊ ille iā mori nō pōt. ꝑ hoc sacr̄m
Instantia remissionē pctōꝝ ꝯsequamur. Forte dicet̄
ꝙ ille qui accedit ad recipiēdū istud bn̄dictū
sacr̄m. vel ē cōtritus de suis pctis venialibꝫ.
⁊ tūc pctā venialia non remittūtur ꝑ istud [illegible]
cramentū. qꝛ anteq̄ recipiatur istud sacr̄m de
leta sunt hm̄oi pctā ꝑ pnie sacr̄m. vel accedit
nō ꝯtritus. ⁊ tūc fictus accedit. ac ꝑ ꝯn̄s rece
ptōe istius sacri nō remittetur sibi aliq̄d pec
Solutio catū. nec ꝑ ꝯn̄s pctm̄ veniale. Rn̄deo ꝙ
hō existēs sine mortali pctō. accedēs accenso
ac deuoto desiderio istud sacramētū. dato ꝙ d̄
venialibꝫ pctis nō habeat singularē ꝯtritōez.
adhuc virtute istius sacramēti delētur. nec ta
lis ꝓprie loquēdo debet dici fictus. q̄a fictus
non ē in statu salutis. nō penitēs aūt [illegible] venia
li pctō. sufficiēter tamē cōtritus de mortali ve
Instantia re est ī statu salutis. Forte dices iterꝝ. ꝙ nō
apparet maior ratio quare magis deleat vnū
q̄z aliud. ergo si istud sacramētū delet pctā ve
nialia. igitur si delet vnū delet oia. ⁊ sic eēt ho
mo sine omi pctō. qd̄ est contra illud. i. Ioh.
i. Si dixerimus qꝛ pctm̄ nō habemus. nos
ipsos seducimus. ⁊ veritas in nobis non ē.
Solutio. Rn̄deo ꝙ nō est necesse vno pctō veniali
deleto virtute istius sacramēti ꝙ omia deleā
tur. qꝛ hm̄oi peccatū deletur mediāte motu fa
cto in aīa ex feruore caritatis. hm̄oi aūt mo
tus ratōe sue cause ꝑticularis tenētis se ex ꝑte
opationis humane. pōt habere maiorē diffor
mitatē ad vnū peccatū veniale q̄z ad aliud. ꝓ
pter qd̄ potest q̄nq̄ vnū deleri alio remanēte.
Etiā feruor deuotionis posset esse tātus ꝙ ꝓ
tūc deleret omia venialia pctā. q̄uis hō ratio
ne sue fragilitatis nō diu maneret ī hm̄oi pu
ritate. Nec [illegible] illa verba hoc btūs Iohes intē
dit negare. sed magis videt̄ iā dictā fragilita
tē ⁊ instabilitatē hūane ꝯditionis innuere.
Posset etiā dici ꝙ. b. Iohes loq̄tur q̄tuꝫ
ad nr̄aꝫ innotescētiā. qꝛ nobis ꝯstare de certo
non pt̄ ꝙ sim⁹ sine pctō. et ideo ipo suo verbo
peccaret hō aliq̄li p̄suptōne. si diceret se pctm̄
non hr̄e. Et credo ꝙ ad istū sensū magis va
Scd̄a cō/clusio. dat intētio btī Iohis. Scd̄a ꝯclō ē ꝙ isto
sacro non delet̄ pctm̄ mortale cui⁹ actualē hō
hꝫ memoriā absq̄ pnia. Quia qd̄ augetur hꝫ 1
non deletur. Sed accedens cū actuali memo
ria seu cōscia mortalis pcti peccat nouo mor
tali pctō. ꝫ ⁊c̄. Maior patet. Minor etiā no
ta est ex dictis sup⁹. P̄. ex hoc ꝙ sacraliter 2
q̄s sumit corpus xp̄i ⁊ non spūaliter. non re
mittitur aliq̄d pctm̄. sed magis cumulat̄. sꝫ ac
cedēs in mortali pctō nō sumit spūal'r. Ma
ior ⁊ minor patēt ex his q̄ dicta sunt dist. ix.
arti. i. ⁊. ij. Et ꝯfirmat̄ ista minor ꝑ Aug. qui
ait. Ille spūaliter mādicat qui innocētiā ad
altare portat. Forte dicet̄ ꝙ istud ē contra Instantia
Greg. q̄ in quadā complēda misse ait de isto 1
sacro sic dicens. Presta vt hꝫ tuū sacr̄m sit ab
lutio sceleꝝ. sit fortitudo fragiliū. Sꝫ scelera
sunt mortalia pctā. ergo ⁊c̄. P̄. illd̄ qd̄ dat 2
vitā spūalē. hoc aufert mortē spūalē. ⁊ ꝑ cōse
quens mortale delet peccatū quo moritur ipa
aīa. sed istud sacramētū dat vitā spūalē. iuxta
illud Ioh. vi. Panis eīm verus ē qui d̄ celo de
scēdit. ⁊ dat vitā mūdo. ꝫ ⁊c̄. Ad ꝑmū pōt Solutio.
dici ꝙ Grego. intelligit de sceleribꝫ oblitis. ⁊ Ad. i.
nō de his quoꝝ hō hꝫ actualē memoriā. De
pctis eīm mortalibus quoꝝ memoriā non ha
bemus. ⁊ parati essemus emēdare si coꝝ habere
mus memoriā. iudicandū ē sicut de veniali
bus pctis. et ideo talia delētur isto sacramēto
sicut etiā ipsa venialia. Etiā posset dici ꝙ
istud sacr̄m dicit̄ ablutio sceleꝝ. nō q̄tū ad de
letionē mortal' pcti. qꝛ hoc necesse ē vt deleat̄
vel sacro baptismi vel sacro pnie. sed q̄tū ad
reatū ⁊ penā. qꝛ tanta posset eē deuotio recipi
entis istud sacr̄m. ꝙ deus remitteret omnē pe
nā quā etiā ꝑ suis sceleribus confessis tamē ⁊
ꝯtritis deberet ī purgatorio sustinere. Possꝫ
etiā tercio dici ꝙ hm̄oi ablutio sceleꝝ ē causa
lis. qꝛ istud bn̄dictū sacr̄m p̄uenit ⁊ retundit
cām mortaliū pctōꝝ. q̄ cause sūt tres. s. mūd⁹
caro ⁊ demō. Iuxta illud qd̄ ait venerabil' be
da. Mūdus. caro. demonia: diuersa mouēt
p̄lia Nā sacr̄m eucharistie deuote susceptū ex
tinguit carnis ꝯcupiām. munit ꝯ̄ demōis ne
q̄tiā. ⁊ ꝯfortat ꝯ̄ mūdi tyrānicā seuiciā. Pro
pter hoc dicit̄ q̄nq̄ sacrꝫ vnionis. qꝛ ista tria
tollit cū pctis venialibꝫ. q̄ sepe impediūt inti
mā vnionē aīe rōnal' cū ipso deo. Ad scd̄m Ad. 2.
dōm ꝙ vita spūalis ī hoc mūdo hꝫ tres ḡd⁹
generales. Prim⁹ ē penitētiū. Scd̄s ꝑficiētiū
Terci⁹ ꝑfectoꝝ. Primū ḡdū istud sacrꝫ n̄ dat
sed p̄supponit. Vn̄ sine illo gradu nullus dꝫ
accedere ad istud sacr̄m. Naꝫ sine illo gradu
spūs homis ē mortuus. ⁊ ideo sibi nō ꝯgruit
istud sacramentū. quod ē cibus viui spūs. qꝛ

inutilr mortuo cibo mistrat. Sȝ q̄ntū ad sc̄dȝ ⁊ terciū gradū. istud sacr̄m dat vitā mūdo .i. homib₉ corpalr̄ expn̄tib₉ i m̄do. Nā de⁹ ē vita aie. sicut aia ē vita corpis. s̄m q̄ ait. b. aug. sic q̄ aia morit̄ cū a deo sepat̄. sic reuiuiscit cū p de bitā pniam deo reunit̄. Et hanc vitā p sacr̄m pnie ichoatā pficit sacramētū eucharistie. cū sua virtute de penitēte facit pficientē. et pficiētē pfectū ⁊ excellentē. vt sic aie cū deo pficiat vnionē p pniam p̄mitus inchoatā.

Articulus secundus. **Quantum ad secū**dū articulū ē aduertendū. q̄ licet isti⁹ sacramēti sint multi effect⁹ pter iā dictos in p̄mo articulo. tn̄ pprius effectus istius sacramēti ē augere virtutes. qr ex quo est nutrimētū sp̄uale. ergo ppriū suū est augere illud quo sp̄ualiter crescimus. hoc aūt sunt v̄tutes theologice et morales animā pficiētes. Et ideo ait. b. Dyonisius. q̄ eucharistia habet virtutē pfectiuā

Est etiā hic notandū q̄ iā dictis effectib₉ istius sacramēti cū alijs dicēdis simul positis. possem⁹ dicere q̄ sacr̄m eucharistie habȝ .xij. effectus i nobis. q̄ sunt mirifice vtilitatis. q̄s effectus vt melius memorie cōmēdent̄. q̄busdam versiculis cōphēdendo. sic possum⁹ dicere de isto sacramēto. Extinguit. munit. cōfortat. purgat. ⁊ vnit. Moribus. ⁊ memorē facit. ac reficit. qr fi. ca. spem Firmat. dat flamē. est hostia sacra viamē. In his trib₉ versibus sunt .xij. cōstructōes. xij. effectus eucharistie exprimētes. in quibus cōstructōibus omnibus ly hostia sacra supponit loco eucharistie

i. fruct⁹ eucharistie Dicit̄ ḡ p̄mo q̄ hostia sacra extinguit. supple inordinatā cōcupiscētiā. Et ideo btūs ambrosius i orōne de eucharistia dn̄m ihm̄ xp̄m qui ē sacerdos ⁊ hostia orat sic dicēs. Rex virginū. amator castitatis et integritat̄ deus celesti rore b̄ndictōnis tue extingue in corde meo totū fomitē ardētis libidinis. vt maneat i me tenor totius castitatis aie ⁊ corpis. Et istud figuratū esse videt̄. ij. machab. ca. i. vbi legit̄. q̄ flāma accēsa in lapidib₉ pfusis aqua residua. a lumie q̄d refulsit ab altari cōsumpta ē. Sepe em̄ flāma cōcupiscentie que nascit̄ ex aqua residua. id ē ex tempaliū rez affluentia ⁊ supfluitate. qua lapides .i. homies mūdani pfundunt̄. extinguit̄ a lumine ab altari refulgente .i. a gr̄a sacramēti eucharistie

ij. fruct⁹ eucharistie Sc̄do hostia sacra munit. supple cōtra demonis nequitiā Vn̄ Ambro. vbi. s. orat dicēs dn̄o Muni me brōz angelorū pia acfida custodia. atq̄ fortissima tutela. vt hostes oīm bonoz cōfusi a me discedāt p hoc magnificū et admirabile sacr̄m. Et de hoc patet figura Exo. xij. vbi legit̄. q̄ qn̄ filij Isrl̄ comedebant agnū pascalē. tūc posuerūt de sāguine i superliminari. ⁊ i vtroq̄ poste hostij sui. et sic dom⁹ eoz fuerūt pseruate ab angelo pcussore Etiā habet̄ Ezech. ix. q̄ illi soli pseruati fuerūt ab interfectione quos vir vestitus lineis .s. dn̄s iesus christus signauerat thau in frōtib₉ corum. Thau em̄ est figura crucis. que cū accedimus ad altare. in frōte .i. in pspectu ratōis nostre debet esse depicta.

iij. fructus eucharistie. Tercio cōfortat cōtra mūdi tyrannicā seuiciā. Et quo ad h̄ orat Ambrosius vbi sup dicēs. Dn̄e p hec sācta mysteria mitigent̄ tribulatōes plebiū. pericula populoz. gemitus captiuoz. miserie orphanoz. necessitates pegrinoz. inopie debiliū. despationes languentiū. defectus senū. suspiria iuuenū. respice vota virginū. lamenta viduaz. Figura de h̄ habet̄. iij. Reg. xix. vbi helyas ppheta fugiēs a facie impijssime Jezabel is. obdormiuit sub iunipero i deserto ⁊ excitatus ab angelo comedit de pane subcinericio. ⁊ ambulauit i fortitudine cibi illi⁹. xl diebus ⁊. xl. noctib₉ vsq̄ ad mōtē dei.

iiij. fructus eucharistie. Quarto purgat. supple pctā. Unde Amb. vbi s. Scio dn̄e ⁊ vere scio. et idipm̄ bonitati tue cōfiteor q̄ nō sum dignus accedere ad tantū mysteriū. pter nimia pctā mea et infinitas negligētias meas. sed scio ⁊ veraciter credo. ⁊ ex toto corde meo cōfiteor. qr tu solus potes facere mūdū de imūdo cōceptū semie. q̄ de pctōrib₉ iustos facis ⁊ sāctos. Et infra s̄bdit. Panis sancte. panis viue. panis mūde qui de celo descēdisti. ⁊ das vitā mūdo. veni in cor meum. ⁊ mūda me ab omi inquinamēto carnis ⁊ sp̄us. intra animā meā. ⁊ sana me ⁊ scifica me interi⁹ ⁊ exteri⁹. Et ad istā purgatōem nos hortat̄ apl̄s p figurā pascalis panis q̄ dicit̄ azima dicēs. Expurgate vet⁹ fermētū vt sitis noua cōspsio sic estis azimi

v. fruct⁹ eucharistie Quinto vnit supple sumētē ipi deo. Et q̄ ad h̄ ait Amb. vbi. s. Tu em̄ dixisti dn̄e. panis quē ego dabo caro mea ē p mūdi vita. q̄ mādicat me viuit ppter me. ⁊ ipe manet i me. ⁊ ego i eo. Et istud figuratū ē Exo. xvi. vbi dr̄. q̄ cū incaluisset sol māna liq̄ficbat. ⁊ p cōns p influxū vnitū fuit cū terra. Propter q̄d ipse qui ē cib₉ iste clamauit ad Aug. vt patet in li. cōfess. Cibus sum grandiū. cresce et manducabis me. nec tu me mutabis in te sicut cibū carnis tue sed tu mutaberis in me.

vi. fructus eucharistie. Sexto moribus.

id ē moralib9 virtutib9 supple pficit hoīem.
q̄ sunt prudētia. tpantia. fortitudo ꝛ iusticia.
Et quo ad hᵒ orat Ambro. vbi. s̄. Rogo te
dn̄e p ip̄m sacroscm̄ ꝛ viuificuꝫ corpis ꝛ san
guis tui sacrm̄. da mihi virtutes tuas sc̄tas.
quib9 repletus. bona ɔsciētia ad altare tuū ac
cedā. ita vt hec sacramēta celestia efficiant mi
hi salus ꝛ vita. vt quo ad hoc de sacra eucha
ristia dicat illud Sap. viij. Generositatē illi
us glorificat ɔtuberniū hn̄s dei. Et parū infra
sequit. Labores hmōi magnas habēt v̄tutes
Sobrietatē em̄ ꝛ prudentiā docet. iusticiā ꝛ
virtutē quib9 nihil est in vita vtilius homi/
bus. Hic p sobrietatē intelligit tēpantia. et p
virtutē intelligit fortitudo. Nota fm Hu
guicionē. q ɔtuberniū dicit quasi ɔtaberniū.
ꝛ ē locus vbi qn̄qꝫ hoies ɔueniūt p sociali cō
vij. fructus eucharistie. uictu. Septimo memorē facit supple ho
minē de passiōe dn̄i. Et q̄ ad hoc Ambro.
vbi. s̄. sic ait dn̄o. Ego em̄ memor venerāde
passionis tue accedo licet pctōr. sumā de tuis
donis qd̄ tu ipse instituisti et offerri p̄cepisti.
ꝛ a nobis in tui ɔmemoratōe p salute nostra
sumi voluisti. De hoc ait apl's. i. ad Cor.
xi. dicēs. Dn̄s ih̄s i qua nocte tradebat acce/
pit panē. ꝛ grās agēs fregit et dixit. Accipite
ꝛ mādūcate. hoc ē corpus meū qd̄ p vob tra/
det. hoc facite in meā ɔmemorationē. Unde
dn̄s p Hieremiā Trenor. iij. hortat quemli
bet fidelē ad iā dicte passionis memoriā: di/
cēs. Recordare trāsgressionis ꝛ paupertat̄ mee
absinthij ꝛ fellis. Et rn̄det immediate Hie/
remias i psona illius q̄ interna ɔpassione ad
memoriā fideliter reuocat xp̄i dn̄i sui passio/
nē dicēs. Memoria memor ero: ꝛ tabescet in
viij. fruct9 eucharistie. me aīa mea. Octauo reficit supple animā
ex iā dicte passionis mēoria. ꝛ eiusdē ɔpassio
ne medullitus debilitatā. Et hic ē rectus or/
do. qꝛ sicut ait Salomō. aīa q̄ nouit amari
tudinē ipsa ɔsolabit. Et q̄ ad hoc ait Am
bro. vbi sup̄. Panis dulcissime sana palatuꝫ
cordis mei. vt nullā p̄ter te sentiā dulcedinē.
panis suauissime hn̄s oē delectamētū ꝛ om
nē saporē suauitatis. qui nos semp reficis. et i
te nūqꝫ deficis. comedat te cor meū. ꝛ dulcedi
ne saporis tui repleant viscera aīe mee. Un̄
talis aīa bn̄ pōt dicere cū ps. Scd̄ꝫ multitu
dinē dolor meor ɔsolatōes tue letificauerūt
aīam meā. Cui9 ɔsolatōis si petit rō. ipsa pote
rit rn̄dere. Dn̄s regit me ꝛ nihil mihi deerit. i
loco pascue ibi me collocauit. Sup aquā re/
fectōis educauit me. aīam meā ɔuertit. q̄i di
cat isto mō. a multitudie dolor ɔuertit aīam
meā i latitudinē ɔsolationū. Un̄ ipse xp̄s q̄i
isto sacro est sacerdos ꝛ hostia. ait. Uenite ad
me oēs qui laboratis ꝛ onerati estis. ꝛ ego re/
ficiā vos Matth. xi. In rei em̄ veritate dul/
cissime pōt reficere. qꝛ spūs ei9 sup mel dulcis.
ꝛ hereditas sua sup mel ꝛ fauū. vt patꝫ Eccli
xxiiij. Nono fi. ca. spem. i. fidē. caritatē ꝛ ix. fruct9 eucharistie.
spem supple auget. Nā ppue he v̄tutes the
ologice augent p deuotā susceptionē sacre eu
charistie. Et hoc tāgens Ambro. vbi sup̄
orat dicēs. Sumāt ḡ dn̄e p hec sc̄ta myste
ria i nobis vicia detrimētū. virtutes incremē/
tum. Et istud satis innuit Ezech. xvi. vbi
aīe deuote sacrm̄ eucharistie pcipiēti cū istar
virtutū augmento sic dicit. Similā ꝛ mel et
oleū comedisti ꝛ decora facta es vehemēter ni
mis. ꝛ pfecisti in regnū. ꝛ egressum ē nomē tu
um in gētes ppter speciē tuā. Ubi p simi/
lā ppter sui puritatē intelligere possumus fi/
dei sinceritatē. q̄ acquirit i spūali comestione
istius bn̄dicti sacri. quā sinceritatē ꝛ puritatē
fidei optās Ambro. vt. s̄. ait dn̄o. Fac me q̄/
so dn̄e p gratiā tuā sp illud de tanto mysterio
credere ꝛ intelligere. sentire ꝛ firmiter retinere
dicere ꝛ cogitare. qd̄ tibi placet ꝛ expedit aīe
mee. Per mel ppter sui suauitatē possum9
intelligere digne sumēti istud sacramētū emi
nentē caritatē. cui9 caritatis excessu melliflūo
virtute istius sacramēti sublimi9 agitato. aīa
deuota p̄libādo degustat eterna. ad cui9 gu/
stus suauitatē apiunt oculi interioris homi/
nis ad clare ɔtemplandū. q̄ sub enigmate fi/
dei clausa p̄mitus tenebant. Qd̄ bn̄ figu/
ratū est. i. Regū. xiiij. vbi Jonathas filius re
gis isrl' ait. Illumiati sunt oculi mei eo q gu
stauerim paululū de melle isto. Et infra sub
dit. Gustās gustaui i summitate virge que
erat in manu mea paululū mellis. ꝛ ecce mo/
rior. Et notanter dicit. ecce morior. Quia vt
ait Gregorius. Gustato spū desipit omnis
caro. Cōtingit em̄ quādoqꝫ ex vehemētia ca
ritatis q nō magis in saporē desiderij amātis
homis veniunt ista caduca. tpalia. s. ꝛ carna
lia bona. q̄ꝫ in desideriū mortui hois. Un̄
de hmōi morte ait Grego. sup illud Cātico/
rū. viij. Fortis ē vt mors dilectō. Fortior ē in
q̄t q̄ꝫ mors dilectio. qꝛ mors sepat aīam solū
ab vno corpe. caritas v̄o pfecta sepat ab oī cre
atura. Per oleū ppt sui9 sui sublimitatē possu
mus intelligere btāꝫ spem. Sicut em̄ oleuꝫ ē
virtutis penetratiue. ꝛ ceteris liq̄rib9 supna/
tat. sic spes diligētis aīe oīa creata quasi de/
spiciens penetrat ꝛ transcēdit. et nō obstante

tēpestate istius mūdi tāq̄ꝫ maris magni ⁊ spaciosi. i quo sunt reptilia quoꝝ nō ē numerus. anchorā sue ↄfidētie figit i solo suo creatore. et hoc maxime virtute ꝑcepte eucharistie.

Qḋ bn̄ notat ps̄. loq̄ns i ꝑsona hoīs sic sperātis. cū ait. Emitte lucē tuā ⁊ veritatē tuam: ipsa me deduxerūt ⁊ adduxerūt in montē sanctū tuū. in tabernacula tua. Et ꝙ isti⁹ mōtis ascēsus ad dei tabernacl'a fiat mediāte ipsa sacratissima eucharistia. hoc ostēdit cū immediate subdit. Introibo ad altare dei. ad deuꝫ qui letificat iuuentutē meā. Et ex his concludit spei ꝑfectionē dicēs. Quare tristis es aīa mea ⁊ quare conturbas me. spera i deo. qm̄ adhuc ↄfitebor illi. salutare vultus mei ⁊ de⁹ meus. Et quasi eandē deductionē facit ꝓpheta in ps̄. ꝓximo p̄cedēti. nisi ꝙ sacramētū hic expssū ꝑ altare. ibi exprimit ꝑ sonū epulātis.

Un̄ taliter sperās bn̄ pōt dicere illud Baruch. iiij. Ego spaui in eternū salutē. ⁊ veniet mihi gaudiū. Sic em̄ sperātibꝫ noua lux oriri videt̄. que ē gaudiū et tripudiū omi populo. vt ptꝫ Hester. viij. Et hoc ꝟtute eucharistie. que de seipsa loquēs ait Eccli. xxiiij. Illuminabo oīs sperātes i dn̄o.

x. fruct⁹ eucharistie

Decimo firmat supple i bono ope. Et istud bn̄ sequit̄ ad p̄cedentia immediate. q: ille qui credit aliqḋ magnū bonū. ⁊ diligit illud qḋ credit. ⁊ sperat ꝑ aliquas opationes se posse ↄsequi illud qḋ credit ⁊ diligit. tūc quāto sincer⁹ credit. ⁊ quanto feruētius diligit. ⁊ spe indubitata affectuosius gliscit. tāto magis in hmōi opationibꝫ ↄfirmat̄. ꝓpter qḋ hmōi firmitatem ⁊ ꝓmptitudinē bone actionis Isaias ↄiūgit cū spe. sui li. ca. xl. dicēs. Qui sperāt in dn̄o: mutabūt fortitudinē. assumēt pennas vt aquile. currēt ⁊ nō laborabūt. ambulabūt ⁊ non deficiēt. Et quasi eundē ordinē tenēs ps̄. cū dixisset. Credo videre bona dn̄i in terra viuētiū. addit immediate de spe dicēs. Expecta dn̄m. et subdit de opationis firmitate. Uiriliter age. ↄforte tur cor tuū ⁊ sustine dn̄m. Et ꝙ oīa hec fiant mediante virtute sacre eucharistie. innuit ꝓpheta i p̄ncipio eiusdē ps̄. dicēs. Dn̄s illuminatio mea ⁊ salus mea ⁊c. ⁊ circa mediū eiusdē ps̄. subdit. Circuiui ⁊ imolaui i tabernaculo eius hostiā vociferatōis. quasi dicat. Nō immolabo hostiā thauroꝝ vl' ceteroꝝ iumētoꝝ sicut olim i lege: sed hostiā vociferantis verbi. i qua immolatiōe caro a verbo assūpta verbo sacerdotis loquētis i ꝑsona ꝟbi dei veraciter ↄsecrat̄. iuxta illud qḋ cantat̄ i hymno. Uerbū caro panē veꝝ verbo carnē efficit. fitq̄ꝫ sāguis christi meꝝ. ⁊ si sensus deficit ad firmādū cor sinceꝝ sola fides sufficit.

xi. fruct⁹ eucharistie

Undecimo dat flamē. i. spūm sanctū. Filius. n. dei qui veraciter ↄtinetur ⁊ sumit̄ i isto sacramēto. etiā actiue dat seu mittit ipm̄ spūm sanctū. eo ꝙ vna cū patre ꝓducit spūm sanctū.

Et ideo Ambrosius vt sup̄ orās ad filiū: ait. Doce me indignū famulū tuū ꝑ spm̄ sanctū tuū corp⁹ ⁊ sanguinē tuū ea reuerētia et timore. ea diligētia ⁊ amore sumere quibꝫ opꝫ tet ⁊ decet. Et parū infra subdit. Intret spūs tuus bonus i cor meū. ⁊ sonet ibi sine sono. ⁊ sine strepitu verboꝝ. loquat̄ omnē veritatē tātoꝝ mysterioꝝ. ꝓfunda quippe sunt nimis. ⁊ sacro tecta velamine. Et infra subdit. Aufer a nobis dn̄e iniquitates nostras. ⁊ ignē sancti spūs i nobis clemēter accēde. aufer cor lapideū de carne nostra. ⁊ da nobis cor carneū. qḋ [illegible] timeat. te diligat. in te delectet̄. te sequatur. te ꝑfruatur. Et notāter dicit accēde. quia aīa deuota [illegible] virtutē eucharistie igne spūs sancti succēsa. currū igneū videt̄ ascēdere cū Helya. ⁊ relictis terrenis oībus i celestibꝫ conuersari. dicēs cū aplo. Nostra ↄuersatio i celis ē. Et q: in isto sacro ↄuiuio i quo christus sumit̄ spūs sanctus dat̄ cuꝫ septemplici sua gratia seu dono. ideo istius figurā possumus attēdere Hester. i. vbi dicit̄. ꝙ rex assuerus fecit inuitari omnē populū q̄ inuētus est i susis. ⁊ fecit pare conuiuiū septē diebꝫ. Quibus diebꝫ moraliter poterūt exp̄mi septē dona ipsi⁹ spūs sancti.

xij. fructus eucharistie.

Duodecimo sacra hostia est viamē. i. viaticū omniū tendentiū [illegible] p̄ntis ꝑegrinatōnis exilio ad beatā sup̄ne patrie māsionē. Qḋ pulcre notat Ambro. vt sup̄ alloquēdo filiū dei i hoc sacramēto ↄtētū dicēs. Māducet te angelus pleno ore. māducet [illegible] ꝑegrinus hō ꝓ modulo suo ne deficiat in via tali recreat⁹ viatico. Et infra circa finē sepedictā orōem sic ↄcludit. Repelle vndiq̄ꝫ isidiātes mihi hostes. recedāt ꝓcul a p̄ntia potētie tue ⁊ p̄nie mee. vt forus ⁊ int⁹ munit⁹ te ducēte ad regnū tuū ꝑueniā. vbi iā nō i mysteriis sed facie ad faciē videbimus te cū tradideris regnū deo patri. ⁊ eris deus oīa in oībꝫ. tūc em̄ me de te satiabis suauitate mirifica. ita vt neq̄ꝫ esuriā neq̄ꝫ sitiā in eternū amen. Un̄ cū ꝓpheta istud sacramētū expssisset [illegible] locuꝫ pascue ⁊ ꝑ aquā refectionis. ↄsiderans ꝙ mō iam dicto securissimū esset viaticū. sbdit. Deduxit me sup̄ semitas iusticie ꝓpter nomē suū Nā ⁊ si ambulauero i medio vmbre mortis: non timebo mala qm̄ tu mecū es. Uirga tua

zc. vsq₃ ad finē ps. totū ē ad ꝓpositū. Sic
igit̄ virtute istius viatici aīa cōfortata veniet
cū Helya ad montē dei oreb. qd̄ interp̄tat̄ mē
sa. ⁊ sign̄t futurā gloriā quā₃ deus istud sacr̄m
digne sumētibꝫ felicissime p̄parauit Uirtus
igit̄ eucharistie merito poterit dicere cuilibet
homī fideli ī fine hui⁹ tp̄alis vite ipsā digne
pcipiēti illud Prouer. iiij. Uiā sapiē mōstra
bo tibi. ducā te p semitas eq̄tatis. quas cū in/
gressus fueris. nō artabunt̄ gressus tui. ⁊ cur
rēs nō habebis offendiculū. Cui⁹ rō p̄mittit̄
ca. iij. vbi dicit̄. Uie illius vie pulcre. ⁊ oēs [illegible]
mite ei⁹ pacifice. Propter hos igit̄. xij. effe
ctus fructuosissimos nō īmerito sacra eucha
ristia Apoca. xxij. significat̄ [illegible] lignū vite affe/
rēs fructus. xij. p singulos mēses reddēs fru/
ctū suū. Et ideo lignū vite ē his q̄ apphen
derint eā. ⁊ qui tenuerit eā btūs. vt dr̄ Prou.
iij. Ipsa em̄ ē lignū vite qd̄ posuit dn̄s in me
dio padisi. vt dicit̄ Gen̄. ij. Igit̄ aīa deuota
sub vmbra isti⁹ ligni req̄escēs. et dulcissimos
eius fruct⁹ p̄sentiēs. bn̄ poterit dicere illd̄ Cā
ti. ij. Sub vmbra illi⁹ quē desiderabā sedi. et
fructus eius dulcis gutturi meo.

Articulus tercius.

Quātum ad terciū
articulū distinguo. Quia vel hō ē in mortali
pctō sciēter. vel nō. Primo mō nō pōt recipe
illd̄ sacr̄m nisi ₚmittat mortale pctm̄. Et istd̄
p₃ ex his q̄ dixi supius dist. ix. arti. ij. Si ne/
scit se esse in aliq̄ mortali pctō. tūc vel h₃ ali/
qd̄ legitimū impedimētū: puta q₂ ē [illegible] suū su/
piorē suspēsus. vel excōicatus. vel interdict⁹.
vel nō h₃ aliqd̄ hmōi impedimētū Si h₃
aliqd̄ impedimētoꝝ p̄dictoꝝ. tunc nō d₃ reci
pere istud sacr̄m. q₂ q̄libet p̄dictaꝝ sniaꝝ phi
bet isti⁹ sacri pceptionē.

Instantia. Forte dices q̄ nul
lus pōt excludi a cōione fideliū nisi sit morta
lis pctōr. sed snīa excōicatōis excludit hoīem
a cōione fideliū. g̃ videt̄ implicare ₚdictionē
aliquē eē sine pctō mortali. ⁊ [illegible] eē excoicatū.

Solutio. R̄. q̄ aliquē eē excoicatū pt eē dupl'r. Uno
mō tm̄ in facie ecclie q̄₃ corā deo. Alio mō in fa
cie ecclie sed nō corā deo. Prio modo nullus
pōt excoicari si fuerit sine pctō mortali. sed se/
cūdo modo pt.

Instantia. Iteꝝ forte dicet̄. Si exn̄s
sine pctō mortali non ē excoicat⁹ corā deo. tūc
non ē exclusus ab hac sacra coione.

Solutio. Rn̄. q̄
ista ₚn̄tia nō tenet. q₂ multi nō sunt excoica/
[illegible] nec corā deo nec corā homibꝫ. ⁊ tn̄ excludū
tur a sacra coione. vt declaraui supius dis. ix.
arti. iiij. ₚcl'oe. ij. Etiā dato q̄ aliq̄s sit in/
iuste excoicatus. ⁊ p ₚn̄s non sit ligatus corā
deo sed solū ī facie ecclie. adhuc talis nō d₃ p
cipe sacr̄m eucharistie. nisi sit absolutus. vel
sua innocētia sit sufficiēter declarata. Et ista
videt̄ eē intētio. b. aug. sup ps. cxi. vbi sic ait.
Qui iustus ē ⁊ iniuste maledicit̄. hic ⁊ si non
teneat̄ ligatus apud deū. snīe tn̄ parere d₃. ne
ex supbia liget̄ q̄ prius ex puritate ₚsciē absolu
tus tenebat̄. Et q̄si eandē sniam ponit. b.
Greg. ī suo registro. vbi sic ait. Pastor abso
uere indiscrete timeat vel ligare. Is aūt q̄ sub
manu pastoris ē sp ligari timeat iuste vel iniu
ste. nec pastoris sui iudiciū temere rep̄hēdat.
ne ⁊ si iniuste ligatus ē. ex ipsa tumida rep̄hē
sionis supbia culpa q̄ non erat fiat. Si aūt
talis q̄ ē sine mortali pctō non patit̄ aliqd̄ p/
dictoꝝ impedimētoꝝ. tūc dico q̄ sacrā coiōs/
nē ordinate ⁊ s̄m ecclasticā ₚsuetudinē quo
tidie recipiēdo nō peccat. licet forte non sp p
ficiat. In hoc em̄ si ē homo ordiati ⁊ discreti
iudicij ē suo iudicio relinquēd⁹. Et ista est
intētio Aug. q̄ ait. Dicit quispiā nō q̄tidie su
mēdā eē eucharistiā. alius affirmat q̄tidie su
mendā. Faciat vnusq̄sq₃ qd̄ s̄m fidē suā₃ pie
credit eē faciendū. Et istud ē rōnabile. q₂
sicut ī comestione naturali videm⁹ q̄ vn⁹ hō
naturaliter indiget vt plus comedat. vel se/
pi⁹ comedat q̄₃ alter. s̄m q̄ vnus h₃ fortiorē vir
tutē digestiuā ⁊ velociorē. alter vero debiliorē ⁊
tardiorē. Propter qd̄ nō possumus attēde/
[illegible] virtutē tp̄antie ī oībꝫ homibꝫ s̄m mensurā
eiusdē q̄ntitatis. q₂ illud idē qd̄ est tp̄antia ī
vno hoie. esset intp̄antia ī alio hoie. vt p₃. ij.
ethicoꝝ. Un̄ ibidē dicit̄. Meloni q̄dē loue.
Quia ille melo ita fortē habuit digestiuā. q̄
multo indiguit nutrimēto ꝓpter calorē cōsu
mentē ⁊ depascētē humidū radicale. Sic eti
am ī comestione spūali isti⁹ bn̄dicti sacri illos
sepius ₚgruit sumere istū cibū spūalē q̄ spūa/
liter hn̄t fortiorē virtutē digestiuā. puta in q̄
bus magis viget amor ⁊ estuās desideriū ad
sumendū istud nobilissimū sacr̄m De⁹. n. nr̄
ignis ₚsumēs est. vt p₃ Deut. iiij. Et ideo in
q̄bꝫ calor igneus ab igne spūsscti pcedens ex
frequētatōe istius sacri nō tepescit. sed magis
inualescit. illis ꝓdest quotidie hāc sacrā coio
nē recipe. In quibꝫ aūt ecōuerso fieret. ill'
expedit abstinere donec magis esuriūt. q₂ tūc
sumptio istius cibi ad maiorē ipsis ꝓficit sa/
nitatē. Dixi aūt notāter. calor ab igne spūs
sancti pcedēs. q₂ compti sunt q̄nq₃ hoies sce/
leratissimi. q̄ nec mādata dei. nec pcepta san
cte matris ecclie curauerūt obseruare. putātes

se vivere i libertate spūs. cū tamē eos captivos teneret ipse dyabolus. q̄ quotidie istud sacramentū receperūt vel recipe voluerunt. dicētes se ad hoc moveri maximo desiderio. z interna devotōe. Quoz tamē desideriū non pcedit a spūsancto. sed potius a demonio meridiano. Uñ notū sit omni homī mādata dei et eccl'ie nō observāti. si sumit istud sacramētū q̄cūq̄ cū magno desiderio. q̄ sumēdo mortalit̄ peccat. z p ꝯsequēs hmōi desideriuz non erat verū sed fictū. nec ab igne spūssancti. sed a deceptione dyaboli. qz observātia mādatoꝝ est de necessitate salutis. cuz ipse salvatoꝛ dicat. Si vis ad vitā ingredi serva mandata. Uñ isti miserrimi homies tale desideriū esse fictionem dyabolicā possent si vellent ex seipsis pcipere. q̄a qui vere diligit. ille ipsius dilecti mādata custodit. Sed isti mādata dei nō custodiūt. ḡ non vere sed ficte desiderant z diligūt.

Articulus quartus

Quātum ad quartum articulū dicendū. q̄ christianus habens vsuz rationis z copiā sacerdotis nō pōt semper abstinere ab isto sacramēto sine pctō. Qz temere faciēs ꝯtra mandatū ecclesie mortaliter peccat. sed talis homo qui nūq̄ recipet sacramentū cū tamē posset recipe si vellet. ille temere faceret ꝯtra mandatuz ecclesie. qz extra de pnia z remissione. Omis vtriusq̄ sexus. pcipitur omnibꝫ xp̄ianis qui pvenerūt ad annos discretionis. q̄ ad minus semel i anno recipiāt ꝯmunionē sacraz.

Ad argu. princi.

Ad argumentuz principale dicendū. q̄ maioꝛ nō est vera: vbi maioꝛ vtilitas est in vsu z frequētatione rei significate q̄ figure. sic autē est i pposito. vt patet in scd̄o articulo isti⁹ q̄ōnis. Etiaz istud sacramentū non soluz figurabat̄ in agno paschali qui semel i anno comedebat̄. sed etiā i pane celi q̄ quotidie sumebat̄. d̄ quo i figura istius sacri dicit̄ Sap. xvi. Angeloꝝ esca nutriuisti ppl'm tuū. z patū panem de celo p̄stitisti eis sine laboꝛe. oē delectamentū i se hn̄tē. z ois saporis suauitatē. Subaz em̄ tuā z dulcedinē tuā quā in filios habes ostēdebas. z deseruiēs vniuscuiusq̄ voluntati ad quod quisq̄ volebat ꝯuertebat̄. Propter qd̄ ait Aug. i epistola ad Januariū. Quotidie eucharistiā recipe nec laudo nec vitupero. oībꝫ tn̄ diebus dn̄icis coicandū hortoꝛ. Sed hoc de illo dico quē moꝛtalia pctā non grauāt.

Distinctio decimatercia.

articulū ē aduertendū q̄ iste articulꝰ aliq̄ modo dependet ex dictis i p̄mo articulo. Ibi eī ostēsum ē quō ista bona sunt de necessitate matrimonij. ꝛ quō aliqua eoꝝ sunt de bene eē matrimonij. Et ideo si defecerint bona p̄dicta eo mō quo sunt de necessitate mr̄imonij. tunc planū est q̄ actus carnalis copule semp est mortale pctm̄. qꝛ vt sic semp est fornicarius. eo q̄ inter hmōi psonas nō sit veꝝ matrimoniū. Itē si bonū fidei deficit in executione. tunc iteꝝ planū ē i hmōi actu esse mortale pctm̄. quia esset adulteriū. Nam fides executiue nō soluit nisi p accessum ad thorum alienū. Presupponēdo igitur q̄ iste psone que carnaliter cōmiscent sint legitimi coniuges. tunc oportet istum articuluꝫ intelligi de bono prolis ꝛ fidei inq̄tum deficiunt i intentione. Et sic istū articulū restringēdo dico. q̄ Cōclusio si quis coniugū cōmittendo actū carnalis copule nō intēdit prolis conceptionē vel generationē. si tamē reddit debituꝫ exigenti cōiugi ppter bonum fidei qua sibi tenet. tunc i tali actu nec ē peccatū mortale nec veniale. Si autē nō exigitur ab eo. sed potius ipse exigit. tunc vel hoc facit ratione indigentie. vel hoc facit sine indigentia ppter libidinē satiandā. Primo adhuc excusat a peccato. eo q̄ post lapsum primoꝝ parentū istud sacramentū nō solum sit institutū in officium generationis. verumetiā in remediū fornicatōnis. Si secūdo modo. hoc dupliciter pōt cōtingere. quia vel sua intentio ita absorbet hmōi libidine q̄ nō solum cum sua. verumetiam cuꝫ aliena si copiā eius haberet vellet huiusmodi libidinē explere. Et tunc mortaliter peccat. eo q̄ sua intentio caret coniugali fide. Uel ratione huiusmodi fidei solū cum sua legitima. et cū nulla alia implet ꝛ vult implere hmōi libidinem. Et tunc vt cōmuniter dicit. non peccat mortaliter. q̄uis peccet venialiter. Et istud licet sit cōmune dictū. tamen quādoqꝫ non verū. quia in exquisitione p̄dicte libidinis quādoqꝫ aliqui hoīes notabiliter abbreuiant vitam suā. ꝛ intantū viciant et corrumpunt vires corpales q̄ quādoqꝫ efficiūtur paralitici. quādoqꝫ epilentici. quādoqꝫ leprosi. igitur ratione annexi piculi cui se exponunt ppter suam explendam libidinem. nō possunt excusari a peccato mortali. Etiam in huiusmodi libidine effrenata quādoqꝫ attēptant aliquas innaturales adinuentiones q̄ sunt ita turpes et enormes. q̄ nequaq̄ possūt excusari a mortali peccato.

Ad p̄ncipale argumentum. Ad argumentum principale nego consequentiā. Ad probationē dicēdum q̄ q̄uis verecundia nō sit nisi de turpi. tamē huiusmodi turpe nō semper est culpa. sed etiam quādoqꝫ est pena. Et isto secundo modo est in proposito. quia turpitudo que est i actu coniugali. est quedam pena derelicta ex originali peccato. Si enim

homo mãsisset i statu innocentie. tũc iste act⁹ nec fuisset turpis nec verecundus.

Distinctio tricesimasecunda. ⁊ tricesimatercia.

q

Quod vero si

ne consensu. Postq̃ mgr̃ sn̄ tractauit de trib⁹ bonis mr̃imonij. nũc tractat p se de vno illoꝝ. puta de bono fidei. Et diuidit̃ i duas ptes. Quia p̃mo tractat de bono fidei put dz esse in om̃i matrimonio consũmato vl̃r. Scd̃o put habuit in matrimonio antiquoꝝ patrũ spãliter. distin. xxxiij. ibi. Querit̃ hic de antiq̃s. Pria i duas Nã p̃mo ostẽdit quõ bonũ fidei astringit cõiugẽ ad debitũ reddenduz. Scd̃o ostendit q̄ hm̃oi debitũ aliquib⁹ tpibus nõ est petendũ. ibi. Et licet debitũ. Prima in duas. Quia p̃mo ostẽdit q̄ vnus coniugũ absq̃ licẽtia alterius nõ potest se ad votũ continẽtie obligare. Scd̃o inq̃rit posito q̄ ad faciẽdũ votũ continẽtie se mutuo licẽtiauerint. vtꝝ hm̃oi licẽtiã possint reuocare. ibi. Si vero q̃libet eoꝝ. Sequit̃ illa ps. Et licet. Et diuidit̃ i duas. q᷑ p̃mo oñdit q̄ aliqñ cessãdũ ẽ a carnal̃ copl̃e exactõe. Scd̃o q̄ qñq̃ cessãdũ ẽ a nuptiaꝝ celebratõe. ibi. Nec solũ. Tũc sequit̃ dis. xxxiij. in q̃ mgr̃ ⁊c̃. Et diuidit̃ i duas ptes. Q᷑ primo tractat de fide coniugali patꝝ antiq̃rũ legẽ moysi p̃cedẽtiũ. Scd̃o de fide patꝝ tpe legis existentiũ. ibi. Legis vero tpe. Prima i duas. Q᷑ p̃mo bigamie seu plr̃itatis vxoꝝ patꝝ antiquoꝝ ponit excusationẽ. Scd̃o castitatis ipsoꝝ adiungit cõmẽdationẽ. ibi. Q, vero castitas. Et hec in duas. Q᷑ p̃mo determiat veritatẽ. Scd̃o ꝯ p̃dicta inducit ⁊ soluit q̃ndã dubietatẽ. ibi. Si q̃s opponat. Seq̄t illa ps. Legis vero tpe. Et diuidit̃ i tres ptes. Q᷑ p̃mo oñdit quõ tpe legis moysi q̃tũ ad mr̃imoniũ q̃dã fuerũt p̃cepta. ⁊ q̃dã pp̃ter duriciã aliquoꝝ pmissa. Scd̃o inq̃rit de patrum tpe legis existentiũ bigamia. Et tercio tãgit quedã ad cõmendationẽ virginitatis spectãtia. Scd̃a ibi. sz nũq̃d. Tercia ibi. Melior ẽ aũt. Et h ẽ diuisio. xxxij. ⁊ xxxiij. distictõis atq̃ snĩa i generali. Circa q̃s dis. q̃ro i spãli.

v

Trũ nõ obstãte matrimonio ꝯsũmato vnus coniugũ absq̃ licẽtia alteri⁹ possit iuste vouere continentiã. Videt̃ q̄ sic. Quia sine licẽtia vxoris põt vir crucẽ assumere. ⁊ ire in subsidiũ terre sancte. po test sine licentiã vxoris vouere castitatẽ. Añs pz extra de voto ⁊ voti redẽptione. c. ex multa vbi dicit̃. Ne terre sancte impediat̃ subsidiũ. viri p̃ter vxoꝝ assensum hm̃oi pegrinatiõis ppositũ vouere libere valẽt. et quod vouerũt libere adimplere. Cõsequẽtia pbat̃. q᷑ i hm̃oi subsidio terre sancte potest sp manere. ⁊ p ꝯsequẽs sp p̃t continere a pp̃ria sua vxore. In contrariũ est apl̃s. i. ad Coꝝ. vij. vbi ait. Nolite fraudare inuicẽ nisi forte ex consensu vsq̃ ad tp̃s. In q̃stione ista q̃tuor sũt videnda.

Primo vtꝝ reddere debitũ exigẽti coniugi semp sit nccĩum. Scd̃o circa p̃ncipale q̃stũ. Et hoc q̃tũ ad dist. xxxij. Tercio ẽ videndũ de matrimonio antiquoꝝ patꝝ. Et q̃rto d̾ compatione virginitatꝭ ad mr̃imoniũ.

Quantũ ad primũ

Articulus primus.

articulũ ẽ distinguendũ. Q᷑ ꝯiũx exactus a coniuge. vel põt sine piculo sue psone reddere debitũ. vel non p̃t. puta q᷑ verisil̃r timet. si reddit debitũ ex h̃ sibi iminere aliquã g̃uẽ sui corpis debilitatẽ seu infirmitatez. Et fm h̃ pono duas conclõnes. Prima ẽ ista Si cõiunx sine sue corpalis vite piculo põt reddere debitũ. tunc semp tenet̃ reddere. et maxime exigẽs nullatenus vult ptunc actu illo carere. Cui⁹ rõ ẽ. Quia quilibet tenet̃ alteri reddere vel dimittere vsum rei sup quã habet legitimã potestatẽ om̃i tpe p quo nõ vult carere tali vsu. Sed quilibet cõiũx sup corpe sui cõiugis legitimã habet potestatẽ. vt pz ex dictis supius. g̃ ⁊c̃. P. quilibet coniũx tenetur om̃i tpe ad hoc q̄ nõ sit iniustus. g̃ tenet̃ omni tempe coniugi reddere debitũ si nullaten⁹ vult carere hm̃oi redditõe. ⁊ iste põt reddere absq̃ sui piclitatione. Añcedẽs est notũ. Cõsequentiã pbo. q᷑ om̃is ille est iniustus q̃ nõ reddit alicui debitũ in quo sibi tenet̃ p eo tẽpore quo exigens debitũ non vult carere tali redditione. ⁊ exactus põt reddere absq̃ sui periclitatione. Sed coniũx tenet̃ coniugi reddere debitũ corpalis copule. g̃ ⁊c̃. Sed cõtra istã ꝯclusionẽ. põt argui multiplicit̃ Primo sic. Null⁹ de necessitate salutis tenet̃ ad illud p quod p̃uat̃ sacra ꝯmunione. Sed cõiũx reddẽs debitũ carnis cõiugi excludit̃ a sacra ꝯmunione. Maior pz. q᷑ a sacramẽto salutis null⁹ debet excludi pp̃ter h̃ q̄ ꝯsentit illud i q̃d tenet̃ ꝯsentire de nccĩtate salutꝭ. Minor pz i lr̃a auc̃te. b. Hiero. q̃ ait. Quicũq̃ vxori debitũ reddit vacare nõ põt orationi. nec

Cõclusio prima.

1

2

Instantia

1

carnes agni edere. Ubi [illegible] edere carnes agni in
2 telligit sacrã cõronẽ. ¶ .i ecclia vel i strata
publica corã pplo ꝯiunx non dꝫ reddere debi
tũ ꝯiugi exigẽti. ergo non sp̄ tenet reddere. Añs
pꝫ. qꝛ si redderet in ecclia h̄ eẽt ꝯ loci sctitatẽ.
& etiã ecclia eẽt p epm reconciliãda. vt patꝫ de
conse. di. i. Si redderet i strata. tũc scãdaliza
ret pplm. Cõseqntia etiã ptꝫ. qꝛ saltẽ illo tp̄e
quo est in p̄dictis locis non tenet reddere. er
3 go non tenetur semper reddere. ¶ .tempo
re festiuo non tenet reddere. qꝛuis hoc posset
facere sine piculo sui corpis. ergo nõ sp̄ tenet red
dere debitũ qñ pt sine piculo sui corpis. Añs
pꝫ p Aug. i li. qstionũ veterꝫ & noui testamen
ti. vbi ait. Xpiano cũ vxore sua aliqñ licꝫ con
uenire & aliqñ nõ. ꝓpter ꝓcessionis em̄ dies &
ieiunioꝝ aliqñ cõuenire nõ licet. qꝛ etiã a lici
tis abstinẽdũ est. vt facilius impetrari possit qꝺ
postulat. Etiã Gre. in li. dyalogoꝝ recitat
ꝙ mulier quedã de nocte cognita a viro suo ꝺ
mane veniẽs ad ꝓcessionẽ ecclie arrepta est a
dyabolo. ¶ .tempe menstruoꝝ nõ licet red
4 dere debitũ. ergo non tenet coniũx semp reddere
qñ põt sine piculo sui corpis. Conseqntia pꝫ
Probat añs. qꝛ illud nõ licet ꝓ quo sm legẽ
homo debet occidi. Sed lex p̄cipit ꝙ tãꝫ vir
qꝫ mulier occidãtur si coitu conuenerint tp̄e
menstruoꝝ. vt patet Leuitici. xx. ca. ergo &c.
¶ .istud confirmat. qꝛ hoc nõ licet qꝺ est
5 ꝯtra bonũ ꝓlis. Sed reddere debitũ tp̄e men
struoꝝ est contra bonũ ꝓlis. qꝛ sup illo verbo
Isa. lxiiij. quasi pãnus mẽstruate. dicit Hie
ro. ꝙ tempe menstruoꝝ viri ab vxoribꝫ debent
abstinere. qꝛ tũc concipiũtur mẽbris damna
ti. ceci. claudi. leprosi. vt qꝛ parẽtes nõ erubu
erunt in conclaui ꝯmisceri. eoꝝ pctã pateant
6 cunctis. & apte redarguãtur in puulis. ¶ .
mulier post partũ anteqꝫ trãseat dies purga
tionis nõ tenet reddere debitũ. ergo non tenetur
semp reddere debitũ. Añcedẽs patꝫ. xxxiij. q.
iiij. c. Si cã. vbi dicit. ꝙ in diebꝫ purgatõis
vir nõ debet coire cũ muliere. Idẽ patet. xxxij
7 q. iiij. c. origo. ¶ . si vnus coniugũ postqꝫ
cõmisit adulteriũ petit sibi reddi debitũ. alter
coniũx non tenet sibi reddere. & tamẽ hoc pos
set sine piculo corpis sui. ergo non semp tene
tur reddere debitũ qñ sine piculo corpis sui
põt reddere. Cõsequẽtia ẽ nota. Añcedẽs ha
bet. xxxij. q. i. c. i. vbi dicit. ꝙ adultera donec
peniteat non est tenẽda i consortio ꝯiugij. Et
eadẽ questione. c. ij. dicit. Sicut iniquus est
qui castã dimittit. ita fatuus & iniustus est qui
tenet meretricẽ. Nã patronus est turpitudinis
qui celat crimen vxoris. Ad p̄mũ dicen Solutio.
dũ ꝙ minor vniuersalr accepta non est vera. Ad.1.
Ad ꝓbationẽ dicẽdũ ꝙ sm ꝯmunẽ doctrinã
ac etiã sm magistꝝ hic in lra. dictũ Hierony
mi debet intelligi nõ de quolibet coniuge. sed
solũ de his qui sunt mistri ecclie. sicut in eccle
sia grecoꝝ aliqui sacerdotes habẽt legitimas
vxores. qui ꝓhibetur a celebratõe misse ꝓ illa
die qua suis vxoribꝫ debitũ reddiderũt. Alij
autẽ fideles dũmõ als sint idonei. non debẽt
a sacra ꝯmunione ꝓhiberi ex hoc ꝙ debitũ cõ
iugale suis coniugibꝫ reddiderũt. Sed poti
us in hoc sunt sue deuotiõi & cõsciẽtie relinqn
di. Ad scdm nego ꝯsequẽtiã. ex illo em̄ añ Ad.2.
cedẽte nõ seqtur necessario. nisi ꝙ nõ tenet in
omi loco reddere debitũ. Uñ ẽ ibi fallacia ac
cidẽtis & figure dictionis. Ad ꝓbationeꝫ
dicẽdũ ꝙ illo tempe quo est in p̄dictis locꝫ te
net reddere. licet nõ teneat vt est i p̄dictis lo
cis. Etiã añcedẽs deficit in pte. qꝛ dato ꝙ
nullo modo possent habere aliũ locũ qꝫ locuꝫ
consecratũ. & alter coniũx nullatenus vult care
re de illo actu. tũc reddens debitũ non peccat
dũmodo non reddat sponte sed cũ cordis sui
dolore. Nec etiã ecclia ex hoc necessario erit
reconciliãda si istud factũ fuerit secretũ. sicut
patet p Hosti. et p multos alios doctores iu
ris Ad terciũ nego añcedẽs. Ad ꝓbatõꝫ di Ad.3.
cendũ: ꝙ aliqd nõ esse licitũ põt dupl'r intelli
gi. Uno mõ qꝛ est ꝯ ꝓhibitionẽ. Alio mõ qꝛ
est ꝯtra dissuasionẽ. Et isto scdo modo intel
ligendũ est dictũ Aug. & nõ p̄mo mõ. qꝺ ptꝫ
ex verbo sequẽti cũ subdit. qꝛ etiã a licitis ẽ ab
stinendũ &c. ergo qꝺ p̄mo dixit nõ licere tãqꝫ dis
suasum. postea videt dicere licere inqꝫtuꝫ lici
tũ distinguit ꝯ ꝓhibitũ. Ad dictũ Greg.
dicendũ. ꝙ ex hoc nõ habet ꝙ illud malũ eue
nerit illi mlieri ꝓpter hoc p̄cise qꝛ viro suo red
didit debitũ. qꝛ multis modis potuit se habe
re inordinate. vel circa illũ actuꝫ. vel circa ali
os actus. ex quibꝫ inordinatõibꝫ hmoi vexa
tio sibi poterat euenire Ad quartũ nego cõ Ad.4.
sequentiã. Quia qꝺ pena mortis est puniẽdũ
hoc non potest quis facere sine piculo corpis
sui. sed vt dicit in ꝓbatione añcedẽtis coitus
tempe menstruoꝝ qꝫtum ad vtrũqꝫ coniugeꝫ
puniebat pena mortis Etiã sm ꝯmuniorẽ
opinionẽ negãdũ ẽ añcedẽs. qꝛ si petens debi
[illegible] nullatenus vult carere. tũc reddẽs debituꝫ
non peccat sm ꝙ cõior doctrina tenet. Ad
ꝓbationẽ dicendũ ꝙ tunc p̄cipiebãtur ambo
occidi. qñ ambo sponte consentiebãt in actuꝫ
carnalis copule. ita ꝙ nulla istaꝝ psonaꝝ red

didit quasi inuita ⁊ exacta ab altero coniuge.
Ad.5. Ad quintū quod est confirmatio isti⁹ an̄
cedētis dicēdū. q̄ aliquid esse ꝯ bonū prolis
pōt dupl'r intelligi. Uno modo simpliciter ⁊
absolute. sicut an̄ tempus generatōis ꝓcura
re fetus abortum. vel post generationē prolē
genitā exponere ꝑiculo ⁊ nō nutrire. ⁊ sic ma
ior est vera. sed minor nō vera. Alio mō ſm
quid. sicut ē i ꝓposito. ⁊ sic minor ē vera. q̄uis
maior nō sit vsq̄quaq̄ vera. q2 q̄n̄q̄ non so
lū licet reddere verumetiā exigere actū carna
lis copule. q̄uis ſm quid mō p̄dicto sit ꝯtra
bonū ꝓlis. Coniuges em̄ leprosi pn̄t exigere
actū carnalis copule. dato q̄ ab eis nō genere
tur ꝓles nisi leprosa. vt pꝫ extra de ꝯiugio le
prosoꝝ. c. i. ⁊ ij. Tpe ṽo menstruoꝝ q̄uis
ꝓpter p̄dictū prolis ꝑiculū nō liceat exigere.
tamē coniūx exactus sine pctō pt reddere. q2
⁊ si exigere sit in volūtate ꝯiugis. ⁊ ꝑ ꝯseq̄ns
circa ipm tanq̄ circa actū qui est in potestate
hominis pōt esse pctm̄. tamē reddere ē de neces
sitate iuris. ⁊ ꝑ ꝯsequēs vt sic circa ipm nō est
Instantia pctm̄. Forte dicet. q̄ quicūq̄ consentit ali
cui mortaliter peccāti ille peccat mortaliter. sꝫ
cōiūx exigēs actum carnalis copule tpe quo
mulier patit menstruū peccat mortal'r. ⁊ red
dens debitū cōsentit illi exigenti. ergo reddēs
debituꝫ tempe menstruoꝝ mortaliter peccat.
Maior pꝫ ad Roma. i. vbi ait ap'lus. Qui
talia agūt digni sunt morte. nō solū autē qui
faciunt. sed ⁊ qui ꝯsentiūt faciētibus. Prima
ꝑs minoris patet ex iā dictis. ac etiā ex ꝯmu
ni doctrina. Patet etiā q̄tū ad scd̄am ꝑtē. q2
Solutio. dās alicui quod petit cōsentit petēti. Dicē
dum q̄ secūda ꝑs minoris non est vera. quia
coniūx reddēs debitū ab eo exactū nō sponte.
sed ꝓpter ius p̄cipiens vt debitū reddat exi
genti ⁊ carere nolēti. i hoc nō consentit exigē
ti. sed ꝯsentit iuri p̄cipienti. cōsentit em̄ in pas
sionē ad quā tenet ex p̄cepto iuris. q̄uis non
Instantia consentiat i actionē ipsius exigētis. Forte
adhuc dices. quādocūq̄ aliqua sunt insepa
bilia. tūc nō potest q̄s cōsentire i vnū nisi cō
sentiat i alteꝝ. Sed actio ⁊ passio sunt insepa
bilia. ergo nō potest cōiūx ꝯsentire i passionē
Solutio. nisi etiā ꝯsentiat in actionē Dicēdū q̄ aliq̄
esse insepabilia pt dupl'r itelligi. Uno modo
ſm rē. Alio mō ſm rationē ⁊ voluntatē. Pri
mo mō actio ⁊ passio sunt insepabiles. sed nō
scd̄o mō. q2 sicut dictū est i tercio libro. crucifi
xio actō q̄ se tenuit ex ꝑte crucifigentiū displi
cuit deo patri. ⁊ tn̄ crucifixio passio q̄ se tenu
it ex ꝑte christi placuit. licꝫ illa actio ⁊ ista pas
sio inseꝑabiles fuerint ex parte rei. Sic muli
er exacta potest consentire i passionē. ad quā
sustinēdam de iure tenet. cum nō habeat pote
statē corpis sui. vt dicit. i. ad Corinth. vij. q̄
uis nō consentiat i actionē exigētis Et hoc
patet ad formā argumēti. q2 accipiēdo insepa
bilia p̄mo modo. tūc maior ē falsa. licet mior
sit vera. Sed secūdo modo tūc minor est fal
sa. vt pꝫ ꝑ iā dicta Ad sextū nego an̄cedēs Ad.6.
maxime si vir nō vult pro tūc illo actu carere
⁊ vxor timet q̄ ipse cadat i fornicationē vl' ad
ulteriū. Ad ꝓbationē dōm q̄ verba illoꝝ ca
pituloꝝ nō sunt p̄ceptiua. sed solū ꝑsuasiua.
Etiā dato q̄ vir prohibeat ꝑ hm̄oi verba
ne exigat. tamē si contra ꝓhibitionē exigeret.
mulier ꝑ hm̄oi verba nō intelligeret ꝓhibita
q̄ debitū exactū reddere deberet. Etiā isto
p̄mo potest rn̄deri ad casum p̄cedentē de tem
pore mēstruo. Ad septimuꝫ dicēdū q̄ toto Ad.7.
argumēto ꝯcesso nihil habet ꝯ p̄dictā ꝯclusi
onē. q2 illo casu posito. puta q̄ vxor publice ꝑ
seueret i meretricio. tūc ipso iure maritus est
absolutus a thoro illius mulieris. licet non
sit absolutus a vinculo cōiugali. Sed cōclu
sio posita ē de talibꝫ ꝯiugibꝫ qui nec a vinculo
thori nec a vinculo cōiugali sūt absoluti ipo
iure. Conclo scd̄a ē. si coniūx sine corpalis Cōclusio scd̄a.
sue vite ꝑiculo nō pt reddere debitū exigenti.
tūc nō tenet nec obligat ad reddēdū. Quia i
actibꝫ naturalibꝫ nullus tenet de nccitate nec
obligat ad illud ad cui⁹ oppositū incliat ipsa
natura. Sed actus carnalis copule ē actus
valde naturalis. ⁊ tota natura inclinat vnū
q̄dq̄ indiuiduū humanū ad desiderādū suā
ꝯseruationē i esse. ḡ q̄tum ad actū carnal' co
pule nullus cōiugū tenet reddere debitū cuꝫ
ꝑiculo sue vite qd̄ opponit sue ꝯseruatōi i esse
Forte dicet. si ista ꝯclo eēt vera. tūc si vnus Instantia
cōiugū efficeret leprosus alter q̄ remaneret sa
nus nō teneret sibi reddere debitū. ꝯn̄a pꝫ. q2
cū lep̄ sit morbꝫ ꝯtagiosus. videt q̄ i tali ꝯmi
xtione mūd⁹ ab immūdo inficiat Sꝫ opposi
tū isti⁹ ꝯn̄tis exp̄sse hr̄ extra de coniugio lepro
soꝝ. c. ꝑuenit. ⁊ c. qm̄ nemi. ex q̄ seq̄tur oppo
sitū an̄tis qd̄ ē oppositū ꝯclonis. Dōm q̄ Solutio
ꝯn̄a nō valet. q2 sine ꝑiculo vite pt ꝑsona mū
da reddere debitū carnal' copule ꝑsone lepro
se. Ad ꝓbationē dōm q̄ vt coiter dr̄. ꝑ h̄ q̄ ꝑ
sona mūda tpe cōgruo redderet debitū ꝑsone
immūde nō inficeret. dūmō eoꝝ cohabitatio
non eēt sp̄ continua. ⁊ ideo sicut iura astrigūt
ꝑsonā mūdā ad reddēdū debituꝫ ꝑsone lepro
se. sic eadē iura ꝑmittūt q̄ ꝑsona mūda ꝑ sue

sanitatis conseruatione nō habitet continue cū leprosa. sed habeat habitationē seorsum. i tali tamē ꝓpinquitate. ꝙ ꝑsona leprosa nō defraudet a debito in quo sibi ꝑsona mūda tenetur. Et dato etiā ꝙ ꝑsona reddēs debitū efficeret leprosa. ꝑ hoc tamē nō esset in periculo sue corporalis vite. quia sicut dicit beat⁹ Aug. in quadā omelia sup Lucā. Lepra coloris ē ꝑ vicium est. nō valitudinis vel integritatis sensuū atqꝫ membroꝶ.

Articulus secundus. Cōclusio prima

Quantum ad secūdū articulū pono duas ꝯclones. Prima ē ꝙ matrimonio ꝯsummato ꝑ carnalē copulā. tūc nō licet vni ꝯiugū absqꝫ licētia alteri⁹ taliter vouere continentiā ꝙ nec petat debitū. nec
1 reddat exigenti. Quia sicut iniqua ē elemosyna quā facit quis de [illegible] nō sua. sic inualidū est votū ⁊ inutile sacrificiū quod facit quis de re que non est in sua ptāte. Sed vt patet .i. ad Cor. vij. neuter coniugū h₃ ptātē corꝑis sui. sed quilibet sup corpus alteri⁹ h₃ ptātē q̄tum ad actū carnalis copule. ḡ nullus pt tali voto se astringere quo eximat ab alterius ꝯiugis ptāte q̄tum ad redditionē debiti carnalis copule. nisi ille renūctiet iuri suo vouēdi licentiā
2 concedēdo. P̄. si ꝯsummato matrimonio vnus coniugū intraret religionē sine licentia vel cōsensu alterius ꝑ hm̄oi introitū nō excusaret a redditione carnalis copule. ḡ nec ꝑ votum continētie emissum sine cōsensu alterius coniugis de hm̄oi redditione poterit excusari Cōsequētia pat₃ [illegible] locū a maiori negatiue. q₂ si ꝑ aliqđ votu₃ deberet excusari. hoc maxime videret ꝑ votū religionis. Nā iura q̄tū ꝑ has est semp fauent his que spectāt ad religiones approbatas. Antecedēs ꝓbatū est supius dis.
3 xxvij. articulo. iij. ꝯclusione pma. P̄. istud pt ꝓbari q̄ttuor auctoritatib⁹ Aug. q̄s magister hic adducit in lr̄a

Instantia
1 Forte dicet ꝙ hoc d̄ iure potest aliq̄s vouere a quo nō pōt ꝑ aliu₃ impediri absqꝫ mortali pctō illi⁹ qui impedit. Sed coniūx non potest ꝯiugē impedire a voto continētie nisi ꝑstando impedimentū mortaliter peccet. ergo de iure ⁊ absqꝫ licētia cuiuscūqꝫ cōiunx se potest astringere ad obseruandū votū cōtinētie. Maior p₃. Probat minor. q₂ impedire bonū spūale est pctm̄ mortale. sed votū continētie ē quoddā bonū spūale. ḡ ⁊c.
2 P̄. votū de accipiēda cruce ꝑ subsidio terre sancte potest ꝯmutari i ingressum religiōis Sed vir pt absqꝫ cōsensu mulieris facere votum de accipiēda cruce ꝑ faciendo iā dicto [illegible] sidio. ḡ vir pt igredi religiōē. ⁊ ꝑ cōsequēs vouere continētiā q̄tum ad nō reddere debitū sine licētia vel cōsensu sue vxoris. Maior cōcedit cōmuniter. q₂ nullū votu₃ est adeo magnū vel arduum quin in votū religionis approbate possit cōmutari. Minor ꝓbata est i pmo argumēto quo ꝓposita est ista questio.

Solutio. Ad.1.

Ad pmū nego minorē. Ad ꝓbationē dicendū ad maiorē. ꝙ licet aliquis peccet impediendo bonum spūale quod quis vellet facere absqꝫ impediētis iactura ⁊ ꝑiudicio. tn̄ non peccat impediēdo tale bonū quod si fieret sibi cederet in damnū ⁊ ꝑiudicium. Licite eñ possum impedire aliquē ꝓtunc a dandis elemosynis qn̄ d̄ rebus meis furaret illud quod vellet distribuere ꝑ modum elemosyne. Vn̄ talia impediēdo homo ꝓprie nō impedit bonū sed ꝑuenit ꝓprium damnū. Sed cōiunx nō potest facere votū de nō reddendo debitū sine ꝑiudicio alterius ꝯiugis cui tenet reddere debitū. ideo ⁊c. Etiā potest dici ad minorem istius ꝓbationis. ꝙ q̄uis votū continētie sit quoddā bonum spūale vt ꝓcedit ab illo qui potest vouere sine alterius ꝑiudicio. tamē vt est alteri ꝑiudiciale non ē bonū sed malū. Sicut dare elemosynā de dantis substātia est bonum. sed dare elemosynā de aliena et furtiua substātia nō est bonū sed malū. Sic autē est in ꝓposito. ḡ ⁊c. Ad scđm dōm ꝙ lic₃ maior sit vera de eo qui habet ptāte₃ sup corpus suū. tn̄ nō est vera loquēdo de eo cui⁹ corp⁹ est [illegible] ptāte alterius. ⁊ ideo in ꝓposito illa maior est falsa. q₂ corpus vnius coniugis ē in ptāte alterius cōiugis ⁊ ecōuerso. vt pt₃ ꝑ apl'm .i. ad Cor. vij. Ad.2.

Cōclusio scđa.

Cōclusio scđa ē ꝙ vn⁹ ꝯiugū altero nō requisito pt vouere ꝯtinētiā q̄tum ad hoc ꝙ nō petat debitū sibi reddi. Q₂ q̄uis homo nō possit licite facere votū de seruando oppositū illius ad qđ tenet de necessitate. tn̄ licite potest votū emittere de seruādo oppositū illi⁹ qđ dependet ab eius libera volūtate. S₃ ad reddēdum debitū cōiunx tenet ex necessitate. petere autē sibi reddi debitū est i sua libera voluntate. ḡ q̄uis nō possit vouere continentiā q̄tu₃ ad nō reddere. tamē licite potest continentiā vouere q̄tum ad non petere debitum.

Opīo thome ⁊ mltorū alioꝶ.

Sed cōtra istā conclusionē sunt aliqui magni doctores qui dicunt ꝙ nō solū de nō reddendo debitū. sed etia₃ de non petēdo cōiunx non potest facere votū absqꝫ consensu alterius coniugis. ⁊ si fecerit hm̄oi votū non tenet. ⁊ penitētia sic vouēti debet iniūgi tanqꝫ

de illicito voto. Ratio istorum punctalit stat
1 in hoc. Quia petere debitum est aliquo modo verecundum. et istud onus verecundie quod debet esse duorum commune maneret sup uno solo. si alter emitteret votum de debito non petendo.
2 Propter muliebrem verecundiam uxor quandoque non petit quamuis indigeat. ergo si vir non peteret propter votum quod fecisset de non petendo. tunc uxori propter votum mariti sepe posset periculum fornicationis imminere.

Contra opinionem. Sed ista vt videtur non concludunt. Quia quandocunque aliquid est licitum alicui sine voto. hoc propter votum adiunctum non efficitur illicitum. Sed non petere sibi reddi debitum carnalis copule. hoc licet vtrique coniugi antequam de hoc faciat aliquod votum. ergo dato quod hoc voueat. tunc ex huiusmodi voto non erit illicitum. Maior patet. Quia sicut votum adiunctum ei quod de se est illicitum. non facit ipsum licitum. sed magis auget peccatum. sic votum adiunctum ei quod de se est licitum non facit ipsum illicitum. sed magis auget meritum. Minor patet auctoritate Aug. que ponitur hic in littera istius distinctionis. et accipitur ex li. Aug. sup psalterio. vbi sic ait. Redde debitum. et si non exigis redde. pro sanctificatione perfecta deus tibi computabit si non quod tibi debetur exigis. sed reddis quod debes vxori.

Solutio. Ad 1. Ad primum potest negari maior. quia petere debitum non est verecundum: dummodo debite petatur. scilicet quando debet peti. et eo modo quo debet peti. et a quo iuste petitur. Nec etiam petere ab eo qui promptus debet reddere est onus. Si enim esset ibi aliquid oneris vel ponderis. hoc esset. quia ille a quo petitur non expedite redderet illud quod petitur. et tunc huiusmodi onus magis se teneret ex parte redditionis quam ex parte petitionis.

Ad 2. Ad secundum dicendum dicendum quod si mulieri aliquod periculum immineret ex eo quod non petit quando indiget. hoc non esset imputandum viro. sed ipsi mulieri. Nam vir non potest prophetare de mulieris indigentia. nisi ipsa reuelet aliquo modo. et ideo si ex se vir peteret. tunc ita cito posset petere tali hora quando mulier non indigeret sicut quando indigeret.

Nota. Est tamen circa hoc aduertendum. quod mulier debitum predictum dupliciter potest petere. Uno modo expresse. sicut quando verbis indicat circa predicta suam voluntatem. Alio modo significatiue. sicut quando aliquibus euidentibus signis reuelat illud quod intendit. Et secundum vtramque petitionem vir tenetur satisfacere mulieri. Et ideo per secundum modum petendi sufficienter succurritur verecundie muliebri. etiam posito quod vir votum emiserit de non petendo.

Di. xxxiii. Articulus tercius.

Quantum ad tercium

articulum duo sunt videnda. de quibus magister tractat in dist. xxxiii. s. de pluralitate vxorum respectu eiusdem viri. et de libello repudii. Quoad primum pono duas conclusiones.

Conclusio prima. Prima est quod nunquam licuit vni viro simul habere plures vxores absque diuina dispensatione. Quia quod est contra ius nature. hoc nulli licet sine diuina dispensatione. Sed vnum virum habere plures vxores est contra ius nature. ergo etc. Maior patet. Minorem probo. quia de lege nature est istud preceptum. quod tibi non vis fieri alteri ne feceris. sed vir nollet quod vxor sua alium virum haberet. ergo contra legem nature est quod vir propria auctoritate plures vxores accipiat.

Et confirmatur ista minor sic. Illud quod inditum est homini a principio sue creationis. hoc videtur esse de iure naturali. Sed vnum virum habere vnam vxorem est homini inditum a principio sue creationis. Nam sicut patet Gen. ii. immediate creatis primis hominibus dixit Adam Quamobrem relinquet homo patrem suum et matrem suam. et adherebit vxori sue. et erunt duo in carne vna.

Conclusio secunda. 1 Conclusio secunda est quod ex diuina dispensatione vnus vir licite potest habere plures vxores. Quia conditor legis potest in preceptis legis dispensare. maxime si talia sint quod in eis dispensatio non derogat honori dispensantis. Sed deus est conditor legis nature. et dispensatio sup vxorum pluralitate respectu vnius viri non derogat diuino honori. ergo non obstante quod vnam vxorem esse vnius viri sit de lege nature. tamen cooperante diuina dispensatione vnus vir licite potest plures vxores habere. Maior patet. quia est vulgata propositio in iure tam canonico quam ciuili. Minor etiam patet quantum ad primam suam partem. quia cum deus sit conditor nature. igitur ipse solus est conditor legis nature. Patet etiam quantum ad secundam partem. quia non apparet aliqua derogatio diuini honoris ex eo quod deo dispensante vnius viri essent plures vxores.

Instantia 1. Forte dicetur quod ista secunda conclusio repugnet probationi prime conclusionis. Quia ius naturale non capit dispensationem. Nam vt ait Aug. conditor nature nihil facit contra naturam. Igitur si vnum virum habere plures vxores est contra legem nature. vt dicit minor rationis adducte pro prima conclusione. igitur diuina dispensatione non potest vnus simul plures habere. cuius oppositum asseritur in secunda conclusione.

Praeterea contra eandem minorem arguitur sic. Lex 2 iuris naturalis est eadem apud omnes. Sed de vna vxore habenda ab vno viro non fuit semper eadem lex apud omnes. quia sancti patres veteris testamenti habuerunt plures vxores. vt apparet de Abraham. iacob. dauid. et communiter etiam alii viri illius testamenti plures habuerunt vxores

3 P. ius naturale est quod natura oĩa anĩa/
lia docuit. vt dicit̃ i iure ciuili. Sed vnũ ma
rem esse vnius femelle natura nõ docuit oĩa
animalia. Unus eñ gallus ꝯmiscet̃ multis
gallinis. vnus thaurus multis vaccis. vnus
aper multis porcis. Et sic de pluribꝰ alijs aĩa
libus. g̃ vnũ vir̃ habere vnã solã vxorez non
Solutio. videt̃ esse de iure naturali. Ad p̃mũz nego
Ad.1. maiorẽ loquẽdo de talibus i quibꝰ dispẽsatio
nõ est ꝯtra honorẽ diuinũ. Ad ꝓbationẽ di/
cẽdum ꝙ natura põt dupl'r ꝯsiderari. Uno
modo q̃tum ad cursum cõem seu potẽtiã na
turalẽ. Alio mõ ẽm potentiã obedientialẽ. Et
de isto scd'o modo intelligendũ est dictũ beati
Aug. ⁊ nõ de p̃mo. Quia ꝯtra naturã q̃tum
ad eius potentiã obedientialẽ deus nũq̃ facit
Sed ꝯ naturalẽ cursũ nature deus sepiꝰ facit
Cõseruauit eñ pueros illesos i camino ignis
ꝯtra naturalez cursum nature ignis. Et isto
mõ etiã ipse deus ẽm assumptã naturã geni/
Ad.2. tus fuit de virgine gloriosa. Ad scd'm dicẽ
dum ꝙ ius naturale q̃tũ ad p̃sens spectat cõ
sistit in dictamine recte rõnis. ita ꝙ istud ẽ de
lege nature seu de iure naturali qd' recta ratio
dictat. Et ideo sicut deficit de facto apud mul
tos dictamen recte ratõis. sic etiã de facto mul
ti faciũt ꝯtra legẽ nature. vel ꝯtra ius natura
le. Et ideo licet lex nature sit eadẽ ẽm se apud
omnes. non tñ omẽs op̃antur ẽm legẽ natu/
re. ⁊ hoc q͛ vel lex nature est obfuscata in mẽ
tibꝰ ipsoꝝ ꝑpter pctã vel demerita eoꝝ. vel q͛
sciẽtes ea q̃ legis sunt ex certa malicia faciunt
ꝯtra legẽ. Propter quod multi paganoꝝ ⁊ gẽ
tilium tenẽt plures vxores. q̃uis hoc faciant
ꝯtra legẽ nature. ⁊ in hoc grauiter peccãt. Or
sicut dicit Innocẽtiꝰ extra de diuortijs. c. gau
demus. Nulli vnq̃ licuit simul plures vxo/
res habere. nisi cui fuerit diuina reuelatõe cõ
cessum. Ad formã igit̃ rationis dicẽdũ ad
minorẽ. ꝙ licet de facto ista lex nõ fuerit ab oĩ
bus obseruata. tamẽ sic fuit apud oẽs. ꝙ om
nes ad sui obseruantiã obligabat. exceptꝭ his
cũ quibus conditor legis. s. ipse deus dispẽsa
bat. de quoꝝ numero fuerũt illi sancti patres
de quibꝰ ꝓcedit illius minoris ꝓbatio. Cũ il
lis eñ patribꝰ deus dispẽsauit explicite ꝑ ap/
tam reuelationẽ. ⁊ cũ alijs eiusdẽ gentis qui
ad exemplũ istoꝝ habuerũt pluritatẽ vxoꝝ
ad multiplicandũ populũ qui vnũ verũ deũ
Ad.3. coleret dispensauit implicite. Ad terciũ di/
cendũ ꝙ aliquid dicit̃ de iure naturali dupl'r
Uno modo ẽm naturã generis. ⁊ sic maior ẽ
vera. Alio mõ ẽm naturã speciei determinate
puta ẽm naturã rationalẽ. sicut est in ꝓposito
de vnitate vxoris. Hoc eñ dictat recta ratio
ꝙ in specie humana vna debeat esse vxor vniꝰ
viri. nisi ex aliqua certa causa conditor natu
re in hoc dispenset. Et isto scd'o modo maior
nõ est vera. De libello repudij est aduertẽ/ De libello repudij.
dũ. ꝙ nõ licebat in veteri lege mulierẽ repu/
diare nisi ex aliqua causa euenirẽ post cõtra
ctũ matrimoniũ. nec indifferẽter licebat ꝓpter
quãlibet causã euenientẽ. sed solũ ꝓpter tales
causas quibus bonũ ꝓlis poterat aliquatenꝰ
impediri. Et hoc vel q̃tum ad corpus. puta
si mulier appareret sterilis. vel fuit leprosa. vł
aliq̃ alia notabili feditate maculata. Uel q̃tũ
ad aĩaz. puta si fuit mulier mali moris. Pro
pter continuã eñ cohabitationẽ prolis cum
matre vtplurimũ proles sequit̃ mores mr̃is.
Et quia viri hebrei fuerũt durissimi cordis.
ideo ne ꝑpter mortale odiũ ipsi occasione p̃/
dictoꝝ defectuũ vxores occiderẽt. ꝑmisit moy
ses diuortiũ fieri inter virum ⁊ vxorẽ. declara
tis causis p̃dictis. ⁊ i libello ꝯscriptis. q̃ libellꝰ
repudij dicebat̃.

Quantum ad quar Articulus quartus
tum articulũ essent duo vidẽda. Primo vtr̃
virginitas sit virtus. Scd'o vtr̃ bonũ matri
moniale sit melius virginitate. De p̃mo
ad p̃sens nihil dicã. ne nimis p̃sentẽ questio/
nem teneã. ⁊ etiã quia intendo illã inquisitio
nẽ dño concedẽte quãdoq̃ seriosius ꝑtracta
re. De secũdo est aduertendũz. ꝙ virgini/
tas ⁊ matrimoniũ possunt dupl'r ad inuicez
compari. Uno mõ ẽm tẽpus p̃cedẽs virginẽ
Mariaz. Alio mõ ẽm tẽpus sequẽs. ⁊ maxi
me ẽm tẽpus gratie quo veritas euangelica
fuit diuulgata. Et ẽm hoc pono duas cõ
clusiones. Prima ẽ ꝙ in tempe p̃cedenti. Cõclusio prima.
matrimoniũ fuit laudabilius ꝟginitate. Or
illud quo diuinũ p̃ceptũ implet̃ est laudabi/
lius eo quod nec cadit sub p̃cepto nec sub cõ
silio. Sed in veteri lege ⁊ in tempe p̃cedenti
ortũ virginis Marie matrimonio impleba
tur diuinũ preceptũ. ⁊ toto illo tempe virgi/
nitas nec cadebat sub p̃cepto. nec sub ꝯsilio.
ergo ⁊c. Maior ẽ nota. Minor patet ex di/
ctis supius distinctione. xxvi. articulo. iij.
P. status corpaliter fecũdior illo tempe fu 2
it virtuosior ⁊ cõmendabilior. Sed matrimo/
nium ẽ corpaliter fecũdius virginitate. Ma
ior patet. quia mulieres ⁊ viri carẽtes fecundi
tate corpali illis diebus maledicti putabant̃

Scđa cõ/ clusio. Minor autē de se est nota. Conclusio se/
cunda est. ꝙ ꝑ tempe sequēti et specialiter qñ
lex euangelica fuit diuulgata. tūc virginitas
fuit nobilior et cōmendabilior matrimonio.
1 Quia illud quod in lege euāgelica cōsulitur
tanq̄ ptinēs ad statum summe pfectionis. h
est pfectius ⁊ nobilius eo quod indulget tan
q̄ ptinēs ad statum vite cōmunis. Sed ĩ le
ge euāgelica virginitas consulit tanq̄ ad sta
tum summe pfectionis ptinēs. ⁊ matrimoni
um indulget tanq̄ ptinēs ad statum vite cō
munis. ergo ꝛc. Maior est nota. Minor eti
am patet cuilibet intuēti textū aplī .1. ad Co/
2 rinth. vij. P. illud quod in statu leg̃ euā/
gelice est magis meritoriuz altero. hoc est vir
tuosius ⁊ pfectius eo. Sed virginitas respe/
ctu matrimonij est hmōi. ergo ꝛc. Maior pa
tet. Probat minor. q: qđ in vita futura ma/
ioris est pmij. hoc in vita p̄senti maioris ē me
riti. Sed virginali statui in vita futura dat
premiū correspōdens cētesimo fructu. ⁊ ma/
trimonio datur pmiū correspōdēs tricesimo
fructu. vt patet p glo. sup illo verbo euange/
3 lij. quod autē cecidit in terram bonam. P.
Cyprianus [redacted] virginitate ait sic. Flos est iste
ecclesiastici germis. decus ⁊ ornamentū gra/
tie spūalis. illustrior portio gregis christi. Ex
quo patet ꝙ in statu christiano virginitas ē
Instantia laudabilior matrimonio. Forte ɔtra istud
1 dicet aliquis iudeus. ꝙ sicut se habet terra fe
cunda ad terrā sterilē. sic se habet matrimoni
ale coniugiū ad virginitatē. Sed terra fecū/
2 da est laudabilior sterili. ergo ꝛc. P. illud
est laudabilius quod congruit statui magis
laudabili. Sed status innocētie ē mag̃ lau/
dabilis inter omnes status vie. ⁊ huic statui
congruit matrimoniū. ⁊ nō virginitas. nam
si māsissent homines in statu innocentie nul
la seruata virginitate omnes matrimoniū cō
traxissent P. illud quod a deo est institutū
3 laudabilius est eo quod ab hominibus est ex/
cogitatū sine dictamine recte ratōnis. Sed
matrimoniū est a deo institutū. vt patet ex di
ctis supius. ⁊ virginitas est ab hominibus ex/
cogitata sine dictamine recte rationis. Nā re
cta ratio est indagatrix medij. quia dissuadē
do extrema dictat mediū inter supfluū et di/
minutū esse tenēdum. ⁊ ideo virtus consistit
in medio eo ꝙ sit habitus electiuus put recta
ratio dictat. vt patet. ij. ethicoꝝ. Sz tale me
diū tenet matrimoniū inter passiones vene/
reas ⁊ nō virginitas. tenet eñi virginitas al/
terum extremū simpliciter contra intempan

tiam. quia nec quādo oportet nec vbi oporz
admittit hmōi delectationes sicut ecōtra intē
perātia facit hominē talibus delectatōnibꝫ se
dare quādo nō oportet. ⁊ vbi nō oportet. Et
istoꝝ mediū obseruat ab his qui tenēt matri
moniū ƀm ꝙ a deo ē institutū. igit ꝛc. Ad Solutio.
primū dicendū ꝙ q̄uis maior cōtineat aliq̄d Ad.1.
veritatis loquēdo de corpali fecūditate. est [redacted]
men falsa loquēdo de spūali fecūditate. Naz
q̄tum ad fructū spūalem loquēdo virgitas
ē multo fecūdior matrimonio. eo ꝙ virgo fe/
cundissimū habeat spōsum. s. dñm ihm chri/
stū. iuxta quod ait apłus. Despōdi eñi vos
vni viro virginē castam exhibere xpo. Unde
hmōi spūalem virginitatis fecunditatē ⁊ cor
poralē sterilitatez tangens ille sapiēs Sapie
iij. ait. Felix sterilis ⁊ incoinquinata. que nō
sciuit thorum in delicto: habebit fructū in re
spectiōe animaꝝ sanctarū. Et infra ca. iiij. ait
O q̄ pulcra est casta generatio cū claritate.
Ad secundū dicendū. ꝙ maior nō est om/ Ad.2
nibus modis vera. q: nō oportet ꝙ illud qđ
congruit statui nobiliori esse nobilius ĩ quo
libet statu. al's eñi sequeret ꝙ pnūc in isto sta
tu nō pati ꝓpter deū esset laudabilius q̄ pa/
ti ꝓpter deum. et nō ieiunare ꝓpter deuz esset
laudabilius q̄ ieiunare ꝓpter deū. quia ĩ sta
tu innocētie nullus fuisset passus ꝓpter deū.
nec aliquis ieiunasset ꝓpter deū. Itez lauda/
bilius esset viros ⁊ mulieres pronūc penitus
ire nudos q̄ vestitos. quia in statu innocen
tie oñes iuissent nudi ⁊ absq̄ vestitu. Eti
am minor nō est vsq̄quaq̄ vera. Nam licet
status innocētie fuisset cōmodosior ⁊ securi/
or. tamē status gratie videt esse laudabilior ⁊
finaliter vtilior ⁊ nobilior ꝓpter maius meri
tū quod homo pōt acquirere in statu gratie
quod forte nō habuisset in statu innocētie.
Ad terciū nego secundā ptē minoris. Nā Ad.3
sicut matrimonialis fecūditas pmo homini
fuit a deo naturaliter indita. sic pura virgini
tas Marie virgini fuit a deo supnaturaliter
inspirata. ⁊ cū magno rationis dictamine ab
illa gloriosa virgine ⁊ a ceteris ipsam imitāti
bus obseruata. Ad ꝓbationē dicendū. ꝙ
mediū virtutis cuiꝰ recta ratio ē indagatrix
nō consistit semp in medietate quātitatis illi
us circa quod est virtus. quia tūc magnificē/
tia nō esset virtus. cū ipsa sit circa sumptus ⁊
dona. ⁊ tamē nō inclinat hominē ad facien/
dum mediocres sumptus. sed ad faciendūz
maximos sumptus. quia vt patet. iiij. ethico
rū. nullus maiores sumptꝰ facit q̄ magnificꝰ

Et ideo mediū virtutis in talibus oportet accipere q̄tum ad circūstantias modificantes ip̄m actū ſm dictamē recte rationis. puta ille eſt vere magnificus qui dat maxima dona. quādo oportet ſeu decet. ⁊ cui decet. ⁊ propter quid decet. Ille ꝟo non eſſet magnificus qui eque magna daret q̄n nō deceret. ⁊ cui non deceret. ⁊ ꝑpter talem finē ꝑpter quē nō deceret.

Et eodē modo dicēdū eſt ꝺ virginitate. ꝙ licet q̄tum ad materiā circa quaꝫ ē teneat ſimpliciter extremū. declinādo ⁊ refrenādo ac refutando omnes venereas delectatiōes. tamē vt tenet mediū q̄tuꝫ ad circumſtātias iuxta dictamē recte rationis vere debet dici virtus. puta ſi aliquis ſeruat ꝟginitatē quādo debet. ſcꝫ in tempe gratie. quādo virginitatē autenticādo filius dei naſci voluit ex virgine. ⁊ propter q̄d debet. puta ad laudē dei et ꝑpter amorē dei. Vn̄ extremū deuians ab iſto medio fuiſſet virginaliter cōtinere quādo homies ex p̄cepto diuino in veteri lege ſe debebant matrimonio dare. vel etiā nūc ꝑpter laudeꝫ humanaꝫ. ſicut fatue virgines lampades ſine oleo portātes. vel ꝑpter honoreꝫ idoli continētes. ſicut virgines alique romane deā veſtaꝫ ſolebant honorare. Iuxta quod dixit p̄fectus romanus ad ſanctā Agnetē. Iaꝫ te ꝑparare ad venerandā deā veſtā neceſſe eſt. vt ſi ꝑſeuerātia virginitatis placet. die noctuqꝫ eius ſacrificijs venerādis inſiſtas. Ad argumentū principale nego ꝯſequētiā. Ad ꝓbationē dicendū. ꝙ ſi mulier voluerit tūc poteſt ſequi virū. ⁊ ſic in itinere et vbicūqꝫ morā contraxerit poteſt a viro ſuo exigere debitū. ⁊ ipſe tenetur reddere. ſuppoſita tamē ex parte ſui poſſibilitate. ⁊ exteriori debita honeſtate. puta ꝙ tali loco ⁊ tpe reddat vt ex hm̄oi redditiōe nullus ſcandalizet̄.

Ad argu. princi.

Diſtinctio triceſimaquarta.

h Inc ſuper eſt oñdere. Poſtq̄ꝫ magiſter determinauit de bonis matrimonialibus que ſunt matrimonij cauſa finalis. nūc in iſta. xxxiiij. diſ. incipit tractare de ꝑſonis cōtrahētibus q̄ ſunt matrimonij cauſa materialis. Et diuidit̄ in duas ptes. Quia p̄mo tractat de ꝑſonis aliq̄ mō illegitimis ad matrimoniū ꝑficiendū. Scd̄o ꝺ ꝑſonis oīmino inhabilibꝫ ad m̄rimoniū ꝯtrahendū. diſ. xxxvij. ibi. Sūt igit̄ quidā ordines. Prima i duas. Nā p̄mo tractat de impedimētis ꝯtractū matrimonij p̄cedentibꝫ. Scd̄o de impedimētis ꝯcomitātibus et ſubſequētibus. diſti. xxxv. ibi. Hoc etiā notandū. Prima i duas. Quia p̄mo cōſiderat quedā impedimenta q̄ q̄nqꝫ matrimoniū totaliter dirimūt Scd̄o ꝺ quibuſdā q̄ nūqꝫ m̄rimoniū penitus tollunt ibi. De his etiā. Prima i duas. Quia p̄mo q̄dā impedimēta matrimoniū dirimētia tangit in vlī. Scd̄o aliq̄ p̄dictoꝝ tāgit i ſpeciali. ibi. De his enī. Et hec i tres. Quia p̄mo oſtēdit quō matrimoniuꝫ impedit̄ naturali frigiditate. Scd̄o maleficij prauitate. Tercio furioſa infirmitate. Scd̄a ibi. De maleficijs aūt Tercia ibi. Furioſi quoqꝫ. Circa iſtā diſtinctionē quero.

Vtruꝫ aliq̄d impedimentū diſſoluat matrimoniū iā ꝯtractū. Et videt̄ ꝙ nō. Quia q̄d de ſui natura ē indiſſolubile. hoc nullo impedimēto diſſolui pōt. Sed m̄rimoniū de ſui natura implicat indiſſolubile vinculū. vt patet ex dictis ſupius. ꝗ ⁊c̄. In ꝯtrariū ſunt iura canōica q̄ multa m̄rimonij aſſignāt impedimēta. vt in ꝓceſſu iſtius q̄ōnis patebit. Hic q̄ttuor ſūt vidēda. Primo de impedimētis m̄rimonij i generali. Scd̄o i ſpāli de impotētia coeundi Tercio ꝺ inhabilitate ad ꝯhendū homis furioſi. Et quarto de impedimēto accidēte ex vicio homis inceſtuoſi.

Quantuꝫ ad primū ē aduertendū. ꝙ quedā ſunt īpedimēta ꝑpter que ꝓhibet̄ matrimoniū ꝯtrahēdū. ſed nō dirimit̄ ꝯtractū. Alia ꝑpter q̄ ꝓhibet̄ ꝯtrahendū. ⁊ etiā dirimit̄ q̄d videbat̄ eſſe contractū.

Articulus primus.

Prima impedimēta ſūt i genere duplicia Quia quedā dicunt̄ ꝓhibitiōnes eccl'ie. Alia dicunt̄ ferie. Et iſtud comp̄hēdit̄ hoc verſu. Impediūt ſꝫ nō dirimūt vetitū: ferieqꝫ. Ad intellectū p̄mi impedimēti. ſ. cū dicit̄ vetitū. i. ꝓhibitū. ē aduertendū. ꝙ eccl'ia q̄nqꝫ ꝓhibet p modū ſtatuti irritādo oīme illud q̄d in ꝯtrariū attēptat̄. et ſic nō accipit̄ in ꝓpoſito ꝓhibitio. q2 talis ꝓhibitio nō ſolū impediret matrimoniū ꝯhendū. ſed etiā dirimeret ꝯctū. ſicut q̄n eccl'ia ꝓhibet ne aliq̄s ducat ſuā ꝯſāguineam vel affinē i vxorē. Q̄nqꝫ autē ꝓhibet ꝓhibitōe ſimplici ſine irritatōe ei⁹ q̄d fit in cōtrariū. ſicut extra ꝺ pe. ⁊ re. prohibet̄ ille qui ſacerdotē occidit ne vnq̄ꝫ ꝯtrahat m̄rimoniū oībꝫ diebꝫ vite ſue. Et ſic ē in ꝓpoſito. Q2 dato ꝙ

Uerſus.

ꝯ hm̃oi simplicē ꝓhibitionē homo ꝯhat ma trimoniū. tūc q̃uis sic ꝯtrahēs mortaliter pec cet tanq̃ trāsgressor aplici ꝓcepti. tñ mrīmoni um manet ꝯtū. et nō dirimit̃ i futur̃. Ad intellectū etiā secundi impedimēti. s. de ferijs. est aduertendū. ꝙ dies feriati sunt tribus vici bus i anno. vt patet. xxxiij. q. iiij. c. nō oportz scȝ ab aduentu dn̄i vsq̃ post epiphaniā. et a septuagesima vsq̃ ad octauā pasce. et tribus septimanis ante festū Johannis baptiste. q̄ tres septimane debent incipi tribus diebꝫ an̄ ascensionē dn̄i. ⁊ terminari in octaua penthe costes. vt determinatū est extra de ferijs. c. ca pellanus. Et nota ꝙ ꝑdictis diebus nō ꝓ hibetur cōtractus sponsaliū vel etiam matri monij fieri. sed prohibetur sollēnizatio matri monij [illegible] sacerdotalē bn̄dictionē. ac etiā ꝯsum matio matrimonij p carnalē copulā. sicut pa tet. xxxiij. q. iiij. c. oportet. et duobꝫ capitul' se quētibus. Cōcordāt etiā i hoc doctores iur̃. ac etiā theologie. Et ratio illius ꝓhibitio nis cōmuniter assignat̃. q2 in illis tribꝫ festi uitatibꝫ. s. natiuitat̃ dn̄i. pasce ⁊ pēthecostes homies debent se parare ad recipiēdū sacram ꝯmunionē. ⁊ ideo circa illa tempa debent sibi cauere a talibus mūdanis negocijs. quibus solito modo occupātur hoīes i sollēnitatibꝫ nuptiar̃. Alia impedimenta ꝓpter q̄ diri mit̃ matrimoniū quod videt̃ esse ꝯtractū. xij. esse videnť. ⁊ his versibꝫ comphēdunť. Er ror. cōditio. votū. cognatio. crimē. Cult⁹ dis paritas. vis. ordo. ligamē. honestas. Si sis affinis. si forte coire nequibis. Hec socianda vetant connubia. iūcta retractāt. Ista du odecim impedimēta notauit Hostiensis i ru bricella de matrimonio. c. viij. qualiter impe diatur. Ad pleniorē igit̃ intellectū eorum que in istā dictis versibus cōtinētur. est scien dū. ꝙ error significat errorē ꝑsone. de quo di ctū est supius dist. xxx. Cōditio significat ser uiturē. de qua patet ibidē. Diceť etiā de hoc in fra dist. xxxvi. Uotū nō accipit̃ hic qualiter cūq̃. sed votū continētie sollēne. Uotum eīm continētie ꝑuatū. q̃uis impediat mrīmoniū ꝯhendū. tñ nō dirimit ꝯtū. vt patebit infra dist. xxxviij. Cognatio ē triplex. Una carnal' ⁊ de hac videbit̃ di. xl. Alia spūalis. Et tercia legalis. Et de his duabꝫ patebit dis. xlij. Cri mē. Aliq̄ crimina ꝓhibēt mrīmoniū ꝯhēdū. ⁊ dirimūt ꝯtū. Aliq̄ ṽo nō dirimūt ꝯtū. q̃ uis ꝓhibeāt ꝯhendū. vt patebit dist. xxxvij. Cultus disparitas. puta qñ de duobꝫ conīu gibꝫ infidelibꝫ vn⁹ ꝯuertit̃ [illegible] fidē xp̄ianam. alio ꝑseuerāte in sua infidelitate. tūc fidel' pōt ꝯtrahere mrīmoniū d̄ nouo cū ꝑsona fideli. ⁊ dissoluit̃ ꝑmū mrīmoniū eo mō q̄ dictū ē. s. dis. xxvij. arti. i. i solutōe q̄nte instātie. Et d̄ h̄ etiā patebit. j. dis. xxxix. Uis. i. violētia vl' co actio. de qua dictū ē dis. xxix. arti. i. Ordo nō quilibet sed sacer ordo ꝓhibet ꝯhendū. ⁊ diri mit ꝯtū. vt patebit di. xxxvij. Ligamē puta si h̄ȝ legitimā vxorē viuentē. ⁊ ꝯhit cuȝ alia. tūc ꝓpter ligamē vinculi mrīmonialis q̄ alli gatus ē vxori ꝑme non tenet mrīmoniū q̄ se alligauit vxori scđe. q2 d̄ iure naturali vna dꝫ eē vxor vni⁹. vt dictū ē dist. xxxiij. ꝯclōe ꝑma De isto etiā ipedimēto patebit dis. xxxv. ⁊ xxx vij. circa finē. Honestas. i. publice hōestatis iusticia. de q̄ patebit dis. xli. Affinis. De isto ipedimēto qđ d̄r affinitas sil'r diceť disti. xli. Coire neq̄bis. h̄ significat impotentiā coeun di. de qua diceť immediate i articulo seq̄nti.

Articulus secundus.

Quātum igitur ad hoc est aduertendū ꝙ hm̃oi impotētia tripl'r pōt accidere. Uno mō ex pte viri. Alio mō ex pte mulier̃. Tercio mō ex pte vtriusq̃. Ex [illegible] te viri tripl'r. Uno mō ex frigiditate naturali puta si ex nimia sue complexionis frigiditate nō potest habere tantā erectionē virilis virge ꝙ possit naturali mō ꝯiungi cū aliq̄ muliere.

Scđo mō ex lesiōe accidētali. puta si ex se ctione caret vtroq̃ testiculo. vl' al's sic lesus ē i mēbris genitalibus ꝙ omino est inutilis ad actū carnalis copule. Tercio mō ex praui tate sortilegali. puta si ex dyabolica deceptio ne seu incantatione est maleficiatus. Sȝ ꝑmo mō vl' illa frigiditas est tempalis ⁊ trā sitoria. ⁊ tunc ꝓpter impotentiā ex tali frigi ditate contingentē. nō sunt diuortia mrīmo nij celebrāda. Si autē hm̃oi frigiditas est ꝑ petua. tūc ratiōe eius ꝓhibet̃ mrīmoniū ꝯtra hendū. ⁊ dirimit̃ ꝯtractū. eo ꝙ via nature sic impossibile talē hoīeȝ debitū carnalis copule reddere alicui mulieri. Est tñ valde neces sariū vt eps vel eius vicēgerēs inter aliquas ꝑsonas celebrans diuortiū ꝓpter hm̃oi perpe tuā frigiditatē nature. ⁊ diligēter ꝑcipiat ve ritatē anteq̃ ferat sniaȝ. quia calor naturalis in aliquibus hominibus ex successu tempis vi gorat̃. qñ p corpale crementū debitā staturaȝ corpis adepti sunt. qui ꝑus debilis videbant̃ q̃tū ad officiū ṽtutis generatiue. qñ natura hm̃oi calorē q̄si total'r direxit ad officiū ṽtut̃ nutritiue. p pficiendo corpusq̃ ad mensurā

Uersus.

Istud ē di rectoriū q̃ tuȝ ad oīa impedimē ta mrīmo nij.

debite stature. Et io pcipit in iure extra de frigidis et maleficiatis. c. laudabile. q p trienniu debent simul cohabitare. et sine fraude qntum aptiori modo possunt debet probare vtrum possint carnaliter conuenire. Et si elapso trienio conuenire no poterut. tuc si abinuice volunt separi. oportet eos ambos iurare de predicta impotentia cu septima manu. i. cum septem hominibus ppinquis vel vicinis. qui septe homies iurabut q credut istos coniuges verum dicere de predictis. Et hoc facto epus vel eius vice gerens dabit mulieri licentia vt alteri possit nubere si noluerit cotinere. virum aute phibebit ne de cetero contrahat mrimoniu. Si tame otra hmoi phibitione alibi cotraxerit. et reptu fuerit q possit muliere carnaliter cognoscere. tuc separandus e a scda. et cogedus e q reuertat ad pma. etiaz no obstante q pma vxor fuerit interim altero viro matrimonialiter copulata Nota etia q fm glo. sup pdicto capitulo. si an triennu posset haberi eaudes certitudo p experientia medicoru de ppetuitate pdicte frigiditatis. tunc iam dictu tempus trienny posset p iudice abbreuiari. Si secudo modo. tuc sine dilatione tepore immediate mulier pot licetiari vt otrahat cu alio viro si a pmo petierit separi et noluerit continere. et vir ppetue priuadus est matrimoniali coniugio. quia ex successu tempis no potest esse spes q cares vtroq testiculo vnq fiat aptus ad matrimoniu osummadu.

Si tercio mo. tuc eodemo faciendu e sic pdictu est de frigiditate et p easde distinctoes respondendu. Perpetuu em reputat maleficium et no tempale. quado p trienniu coiuges comorantes probauerut se fideliter quantuz potuerut. et tame nuq actu carnalis copule pficere potuerut. Unde in hoc solo videt esse differetia faciendo diuorciu ppter maleficiu ppetuum et ppter frigiditate ppetuam. q quis frigido negetur licentia cum alia contrahedi. tame in diuortio ppter maleficiu no solu mulier. sed etia vir in hoc relinquit sue volutati. Cui ratio esse videt. qr p maleficiu no efficit qs impotes respectu cuiuscuq mulieris sed respectu hui mulieris cu q deberet si posset mrimoniu osumare. Si em ect ipotes respectu cuiuscuq mulieris. tunc tal impotetia non imputaret maleficio. sz poti frigiditati. Et io elapso pdicto trienio. qmuis no ocedat frigido q cu alia mliere possit ohere. eo q ita inutilis ect scde sicut fuit pme. tn h ocedit maleficiato. eo q possit esse vtilis mulieri scde quis inutilis fuerit pme. Sed o istud sunt due opiones. Quaz vna ponit q maleficiuz nihil sit i rei veritate. sed solu in talium hoim extimatoe qui effect quoz cause qnq sunt occulte maleficijs demonu solet deputare. Sic etia terrores qs homo ex sua timida extimatione sibipsi facit: imputat demoni Sz ista opinio est cotra dicta sanctoz. vt apparet expsse ex his que dixi li. ij. dist. viij. articulo. ij.

ex intētione quorundā cōtra istā conclusionē
1 arguit sic. Matrimoniū pcedens sacrū ordi
nē nō impedit sacri ordinis susceptionē. ergo
sacer ordo precedēs matrimoniū nō impedit
matrimonij contractionē. Añcedēs patet ex
pdictis de illo qui virginez duxit in vxorē. tal
em de cōsensu sue vxoris est capax cuiuslibet
sacri ordinis. ꝛ vniuscuiusqꝫ gradus ecclesi
astice dignitatis. Probat ꝯsequentia. qꝛ vbi
cunqꝫ est aliqua impeditio. ibi ē aliqua oppo
sitio. cū igit oppositio sit relatio equiparātie.
oportet ꝙ quātū vnū extremuz opponit alte
ri. tantū econuerso istud opponit illi. et p con
sequēs cū impeditio innascat ex oppositōne.
oportet ꝙ qtū illud extremū impedit istud
2 ꝙ tm̄ econuerso istud impediat illud. P. si
cut se habet virtꝰ ad virtutē. sic se habet sacra
mentū ad sacramētū. Sed habitio vniꝰ vir
tutis nō impedit imo pmouet receptionē al
terius virtutis. ḡ habitio ordinis nō debet im
pedire ꝯtractū matrimonij cū ambo sint sacra
3 menta. P. vbi nulla est oppositio. ibi vniꝰ
ad alteꝝ nulla est impeditio. Sed inter ordi
nē ꝛ matrimoniuz nulla ē oppositio. Maior
patet. qꝛ impeditio supponit aliquo modo re
pugnantiaz ꝛ oppositionē. Minor pbat. qa
omnis oppositio realis. vel est inter ꝯtraria.
vel relatiua. vel ꝯtradictoria. vel puatiua. ta
ceo de subcōtrarijs. qꝛ eoꝝ oppositio est mere
logicalis. Sed ordo et matrimoniū nō sunt
ꝯria. qꝛ quādoqꝫ puta matrimonio pcedēte
se compatiunt i eodē. ꝯtraria aūt nō pnt simul
eidē couenire. Nec relatiua. qꝛ matrimoniuz
nō dicit ordinis matrimoniū. nec ecōuerso.
Etiā vnū istoꝝ pt esse ꝛ itelligi sine altero.
sed relatiua sunt simul natura ꝛ naturali itel
ligētia. Nec ꝯdictoriā. nec puatiua. qꝛ tā ma
trimoniū qꝫ ordo dicūt entitatē positiuā. in ꝯ
dictorijs autē ꝛ puatiuis semp alteꝝ extremo
ruz caret entitate positiua. P. si ordo sacer 4
impediret matrimoniū. hoc maxime eēt p tā
to. qꝛ de necessitate hrēt annexā ꝯtinētiā. Cō
sequētia pz. Sed falsitas ꝯñtis pbat. qꝛ ne
cessitas istiꝰ annexionis vl' esset ex pcepto leg'
diuine. vel ex aliquo statuto ecclesie. Nō pōt
dici primū. qꝛ in pmitiua ecclesia vbi pcepta
dei strictissime seruabātur. nō legit eos qui in
sacris ordinibus fuerūt vxores suas dimisis
se. Nec scdm. quia nihil debet ecclesia statue
re qđ repugnat rationi humane. Sz homi
nē astringere pcepto ad seruandā continētiaz
repugnat rationi humane. Maior pz apud
oms. Sed minorē sectatores grecoꝝ probāt Nota
sic. Cōtra rōem videt esse ꝙ hō pceptū ad
hoc ꝯpellat ad qđ p viā cōsilij duci dz. Sed
ad continere ab omi muliere debet hō duci p
modū ꝯsilij. qꝛ continētia est opus pfectiōis
ꝛ superogationis. ad quod opus nō extēdit
se pceptum. sed tm̄modo consiliū. ḡ ꝛc. Et Cōfirmat
ꝯfirmat. quia aplus. i. ad Thi. iij. dicit. Dia
cones sint vnius vxoris viri q filijs suis bene
psint ꝛ suis domibus. qui em̄ bn̄ ministrauerit
gradū sibi bonū acquirēt. ꝛ multā fiduciā in
fide que est in christo iesu. Ex quo apparet ꝙ
aplus non solū nō phibuit existētes i sacris
habere vxores. sed etiā laudasse ꝛ cōmendas
se videt. ꝛ ꝯsequēs nō videt ꝙ eccl'ia ratioa
biliter hoc valeat phibere. Ad pmū negā Solutio. Ad. 1.
da est ꝯñtia. qꝛ vadens de mrimonio ad ordi
nē sacꝝ astringēs se de licētia vxoris sue ad p
petuā seruādā ꝯtinētiā. vadit de impfecto ad
pfectū. que via ē licita. sed ecōuerso tūc iret de
statu pfecto ad impfectū. puta de statu pfecti
onis ad statū impfectōis. que via nō ē licita.
Vñ sicut licite pōt homo trāsire de vita secla
ri ad statū pfessionis approbate religionis sz
nō ecōuerso. sic etiā i pposito ꝛc. Ad pbati
onē dōm ꝙ maior ē falsa. qꝛ medij colores ñ
sūt oppositi ppꝛie loquēdo de oppositōe. ꝛ tñ
vnꝰ extris i subiecto pstat impedimētū recipiē
di alteꝝ. Etiā dato ꝙ ista pbatio aliqd cō
cluderet i naturalibꝫ. tñ nihil ꝯcludit i talibꝫ
q̄ ab hūana istitutiōe dependēt. sicut ē i pposi
to. Ad scdm dōm ꝙ maior nō ē vera qtū Ad. 2.
est ad ppositū. qꝛ virtutes sic sūt ꝯnexe ꝙ qui
habet vnā virtutē pfecte illi nulla virtꝰ potest
deesse. vt patet ex his q̄ dixi libro tercio. disti.
xxxvi. articulo. i. Hmōi aūt ꝯnexionē nō ha
bēt sacra. Aliqs em̄ pōt esse pfecte baptizatꝰ.
dato ꝙ omi alio careat sacramēto. Ad. iij. Ad. 3.
nego maiorē. qꝛ dato ꝙ aliq q̄ ñ sūt opposita

sic se habēant q̄ vnū non impediat aliud fm
se. ex hoc tamē nō habet quin possit ipm impe
dire ex mandato ecclesie & humana institu
Ad.4. one. Ad quartuz nego consequentiā. quia
etiā apud grecos sacer ordo impedit mr̄imo/
nium contrahendū & dirimit contractū post
susceptionē sacri ordinis. et tamē apud eos sa
cer ordo nō habet annexaz continētiam. quia
grecus existēs in sacris vtit matrimonio p̄us
contracto q̄z esset ī sacris ordinibus. Etiā
ꝯsequēs nō est falsum saltē in ecclesia occidē
tali. Ad ꝓbationē dicēdū q̄ necessitas illius
cōnexionis est ex statuto seu p̄cepto ecclesie.
Nota Ad cuius intellectū est aduertendū q̄ ī se
xta synodo statutū fuit. q̄ nullus existens in
sacris ordinibus de nouo cōtraheret mr̄imo
nium. tamē in illa synodo nihil de continētia
fuit p̄ceptū. & ideo si quis contraxerat anteq̄z
esset ī sacris ordib⁹. ille nō tenebat ad cōtinē/
[illegible] q̄diu vxor sua vixit. & post mortē vxoris
tenebatur ad continētiam. quia nō licebat ei
secūdario contrahere. tum q2 fecisset ꝯtra sta/
tutum iam dictū. tū quia fuisset bigamus et
irregularis. nec ꝑ consequēs posset ī suo ordi/
ne mistrare. tū etiam quia fecisset cōtra ordi/
nationē apl'i qui dixit. q̄ deberet esse vir vnius
vxoris. vt patz. i. ad Thimo. iij. Et quia gre
ci in om̄ia ordinata in p̄dicta synodo cōsense/
runt. ideo istum modū obseruāt vsq̄z in ho/
diernū diez. Sed postea ꝑ multos annos
in quodā sollēni concilio ꝯsentiētibus omni
bus de eccl'ia occidētali. dissentiētibus tamē
illis de ecclesia orientali. statutū fuit q̄ existēs
in sacris ordinibus nō solū nō posset mr̄imo
nium de nouo cōtrahere. sed etiā q̄ teneret ꝑ/
petue cōtinere. Et ideo om̄s de ecclesia latina
[illegible] occidētali post istud conciliū si fuerint in
sacris. tūc sunt obligati ad continentiā obser
uādam. Ad rationē illius ꝓbationis dicē
dum ad minorē. q̄ hominē astringere ꝑ pre/
ceptū ad continētiaz obseruādū potest dupli
citer intelligi. Uno modo absolute. Alio mō
sub adiecta cōditione. que tamē cōditio est ī
homis volūtate. Primo mō illa minor ē ve/
ra. sed secūdo modo ē falsa. Et sic ē ī ꝓposito.
quia recipe sacros ordies ē in homis potesta
te seu volūtate. Et ꝓbatio illius minoris ꝓce
dit de p̄mo modo & nō d̄ secūdo. quia sicut ad
obedientiā religionis homo debet duci ꝑ mo
dum consilij. tamē supposita hac conditione
q̄ ipse ingrediat religionē. tunc stringitur ad
obediētiam ꝑ modū p̄cepti. Et eodē modo de

paupertate et castitate. que cū obediētia integrāt
ēentialia vota religionis. Sic q̄zuis absolute
homo secularis ad ꝑpetuam seruandā conti
nētiaz nō sit stringēdus p̄cepto. sed ducēdus
consilio. si tn̄ sacros recepit ordines ad hm̄oi
continētiam potest stringi p̄cepto. Ad cō Ad confir
firmationē dicendū q̄ illa verba apl'i nō sunt mationē.
ad ꝓpositū istoꝝ arguentiū. Quia [illegible] multos
annos postea a primo habuit ortū ecclesie ro
mane statutū. p̄cipiens continētiam om̄ibus
in sacris ordinibus existētib⁹. de ꝑte saltē occi
dentali. cuius ꝑtis ꝑlati ī p̄dictū statutū vna
nimiter ꝯsenserūt. Etiā illa verba apl'i nō
sunt p̄ceptiua. sed soluz ꝑmissiua. ideo licuit
ecclesie aliud statuere. Ad cui⁹ statuti edi
tionem isti sācti patres inter alia motiua du
pliciter poterāt moueri Primo. s. vt cū ma
iori puritate altaris ministeriū quod immedi/
ate respicit ipm sanctū sanctoꝝ puta dn̄m Je
sum xp̄m possent ꝑagere. attendētes scriptu/
rā ad hoc inducentē Isa. lij. vbi dicit. Mū
damini qui fertis vasa dn̄i. Secūdo ad p̄
ueniēdum furtū & latrociniū ꝑlatorū. q2 tēpo
re istius statuti ecclesia iā cepat habere tempa
les possessiones. de quib⁹ clerici in suis neces/
sarijs sustētati totū quod ipsis supest tenent
paupibus erogare. vt patet. xvi. q. i. c. vltimo
Nā vt dicit eodē caplo. Quicq̄d habēt cleri
ci pauperꝝ ē. Et ē auctoritas beati Hieronymi
Sed sicut dicit. xij. q. ij. c. gloria epi. Eccles
iam defraudare sacrilegiuz est. accepisse vero
paupibus erogandū & esuriētibus. aptissimi
sceleris est. & oim predonū supat crudelitatē.
Et eadē. q. c. & si illi. ꝯtra tales qui iā dicta bo
na pauperꝝ paupibus nō tribuunt. dicit sic.
Si illi qui nulla ex rebus suis pauperib⁹ xp̄i
distribuūt. eterni iudicis voce damnabūtur
in futuro. quāto magis hi qui auferūt pau/
peribus que nō dederūt. Igit ne clerici in
animaꝝ suarū ꝑiculum reseruarēt ꝓ suis vxo
ribus & liberis. ea que de iure debent paupib⁹.
ideo p̄cepit ecclesia clericis in sacris ordinib⁹
existētib⁹. q̄ nō solum nō ducāt vxores post
sacri ordinis receptionē. sed etiaz si quas p̄us
habuerūt illis deniq̄z nō vtātur.

Quantūm ad secū Articulus secūdus.
dū articulū est aduertendū q̄ aliq̄ crimina ꝓ
hibēt mr̄imoniū ꝯhendū. & dirimūt ꝯtractuz
Aliqua vero sunt crimina q̄ q̄zuis ꝓhibeāt ma
trimoniū ꝯhēdū. tn̄ nō dirimūt ꝯtū. Et fm

hoc sic procedam. Primo ostendaꝫ que et quot sint crimina matrimonium contractuꝫ dissoluētia. Scd̄o que et quot sint crimina mr̄monium solū ɔtrahendū ꝓhibētia Tercio moueto quedā dubia circa illa crimina

Prima ps h⁹ articuli. matrimonium dirimētia Quo ad pmū ē sciendū ꝙ solū tria sunt crimina rōne quoꝝ dirimit mr̄imonium iā ɔtractū.

Primum Primū est. si adulter ꝓcurat mortē vxoris legitime illa intētione vt contrahat matrimonium cū adultera. vel adultera procurat mortē mariti sui vt cōtrahat cū adultero. tūc iste due ꝑsone q̄muis ꝑ verba de p̄senti contrahant. nunq̄ȝ tamē poterūt habere legitimū matrimonium. Istud habetur. xxxi. q. i. Si quis viuēte. Nota tamen ꝙ ista ꝓcuratio debet esse cum effectu. ita ꝙ ex hm̄oi procuratione mors ɔiugis sequaꝛ. Si em̄ adultera ꝓpter hoc ꝙ matrimonium habere posset cū adultero dedisset venenū ɔiugi. ꝛ tn̄ ex illo veneno cōiunx nō fuisset mortuus. tūc si postq̄ȝ mortuus ē coniūx tali morte cui⁹ adultera nō est causa: ɔtraxerit matrimonium cuꝫ adultero. tale matrimonium nō est dirimēdū. vt ɔmuniter dicūt Raymund⁹ et Hostiē. ac ceteri doctores iuris.

Scd̄m. Scd̄m crimē ē si adulter viuēte vxore sua dat fidē adultere d̄ matrimonio cōtrahendo cū ea post mortē vxoris sue. vel post mortē mariti ipsi⁹ adultere. Istd̄ habeꝛ. xxxi. q. i. c. relatū. Et idē intelligēdum est de iuramento vel etiā simplici promissiōe quod nūc dictū est de fide. sicut notauit Hugo. sup iā dicto. c. relatū.

Tercium. Terciū crimen ē. si adulter cū adultera d̄ facto contraxit matrimonium ꝑ verba de p̄senti viuēte vxore ipsi⁹ adulteri. vl' viuēte marito ipsius adultere. Iste due ꝑsone nunq̄ȝ p̄nt habere veꝝ matrimonium etiā post mortē suoꝝ cōiugū. Notāter autē hic dicit adulter cū adultera. q꞉ si nūq̄ȝ polluit eā tempe quo vixit vxor sua. tūc nō obstāte ꝙ sibi dedisset fidē de ɔtrahēdo. sicut tactū ē de scd̄o crimine. vel de facto contraxisset cuꝫ ea legitima vxore viuēte. tamē si post morteꝫ vxoris iteꝝ cū eadē ɔtraxerit matrimonium nō est dirimendū. sicut patet extra de eo q̄ duxit i mr̄imonium quā polluit ꝑ adulteriū. c. vltio. vbi Grego. ix. sic ait. Si quis vxore viuente fide data promisit aliā se ducturꝫ. vel cū ipsa de facto ɔtraxit. si nec an̄ nec post legitima ei⁹ supstite cognouit eandē. q̄uis vtriq̄ȝ ipsorū pro eo ꝙ i hoc grauiter deliquerūt sit pnīa iniungēda. nō est tn̄ matrimonium qd̄ cū ea contraxit post vxoris obitū dirimendū. ceteꝝ tolerari nō dꝫ si p̄us vl' postea dū vixit vxor ipsius: illā adulterio polluisset. Et isti tres casus p̄nt his versiculis mēorie ɔmēdari.

Versus. Nubāt siue fidē dent mechi de copulādo. Siue parent mortē: connubia sūt dirimēda.

Scd̄a ps h⁹ articuli. Sꝫ quo ad scd̄m notandū ꝙ a iuristis septē assignātur crimina que ꝓhibēt matrimonium cōtrahēdū. tn̄ nō dirimūt cōtractū.

Primum Quoꝝ vnū est incestus. De ista ꝓhibitōe habeꝛ. xxxv. q. vij. c. si quis viduā. ꝛ. c. qui dormierit.

Scd̄m. Aliud ē raptus sponse. puta si aliquis rapit violenter mulierē alteri desponsatā. Et de hoc habeꝛ. xxvij. q. ij. c. statutū.

Tercium. Terciū est vxoricidiū. puta qui vxoreꝫ suam occidit ductus zelo vindicte. iracundia vel inuidia. Et de hoc habetur. xxxiij. q. ij. c. admonere te.

Quartū Quartum est susceptio ꝓprie sobolis de fōte baptismi in fraudē matrimonij. Ad cuius intellectū sciēdum ꝙ antiq̄tus raro baptizabātur homīes: siue adulti essent: siue puuli nisi bis in anno. s. ī vigilia pasce ꝛ penthecostes. Et tūc in illa pressura circa fontē baptismi aliqui dolosi homines odiētes vxores suas susceperunt propriaꝫ prolē de fonte baptismi. ne postea tenerētur reddere debitū carnalis copule ꝓpter cognationē sp̄ualem. que cōtrahitur inter illū qui puerum suscipit de baptismo. ꝛ matrē eius. Et hoc ꝑcipiens summus pontifex. prohibuit ne tales denuo contraherent matrimonium. etiam post mortē vxorum quas tali fraude circumuenire nitebaꝛ. Et istud habetur. xxx. q. i. c. de eo.

Quintū. Quintū est occisio p̄sbyteri. Unde extra de penitētijs ꝛ remissionibꝫ. c. qui p̄sbyteꝝ. diciꝛ. ꝙ ille qui occidit p̄sbyterum duodecim annis peniteat ꝛ cingulo militie careat. nec deinde contrahat matrimonium.

Sextū. Sextū crimen ꝓpter qd̄ aliq̄s sustinuit sollennē penitentiā. Postq̄ȝ em̄ alicui pro suo crimine iniuncta ē sollēnis penitētia. ille deinceps nō debet ɔtrahere matrimonium. vt habetur. xxxiij. q. ij. c. de his

Septimū Septimū ē si quis scienter accipit monialem in vxorē. Et de isto habetur. xxvij. q. i. c. Hi qui

Et hos septē casus ꝯphēdit Hostiē. in sua sūma que dicit copiosa his versibus.

Versus. Incestus. raptus sponsate. mors mulieris. Susceptus ꝓprie sobolis. mors p̄sbyteralis. Uel si peniteat sollenniter. aut monialem Accipiat: prohibent hec coniugiū sociandū.

Tercia ps h⁹ articuli. Dubium Forte dicetur. cum vxoricidiū claudaꝛ in primo crimine quo matrimonium cōtractum dirimitur. videꝛ ꝙ non possit poni in numero crimi

nū quibus solum ꝓhibet ↄtrahendū ꝛ nō di rimit contractū. quia de plano sequeret cōtra dictio. s. ꝙ vxoricidium solū ꝓhiberet contra hēdum. ꝛ nō solum prohiberet ↄtrahendu3. Et etiā dirimeret mr̄imoniū cōtractū. ꝛ non dirimeret cōtractū. Rn̄deo ꝙ hic nulla est ↄtradictio. q3 licet ꝑpter vxoricidiū dirimat matrimoniū ↄctum. qñ quis occidit vxorē il la de cā vt mr̄imoniū cōtrahat cu3 adultera. tamē si illa de causa non occidit. sed alio mo tiuo. puta zelo vindicte. quia forte ipsam re perit in adulterio. vel motus ex iracundia vel inuidia occidit ipsam. tunc vxoricidium spe ctat ad crimina tm̄modo ꝓhibentia ↄtrahen dū. ꝛ nō dirimētia ↄctū. Etiā qm̄tum ad se quētes duos casus in quib9 dirimit mr̄imo niū pōt dubitari. posito ꝙ aliqs ī vna ciuita te habeat vxorē legitimā. ꝛ ī alia ciuitate ↄtra hat cū alia que hāc fraudē ignorat ꝑ verba d̄ futuro qm̄tum ad scōm casū. vel ꝑ verba de pn̄ ti qm̄tū ad terciū. vtrū post mortē p̄me possit ve rū hr̄e mr̄imoniū cu3 scd̄a. Dōm ꝙ si scd̄a manet in hm̄oi ignorātia vsq3 ad mortē p̄me ꝛ post mortē prime ista secūda pcipit fraudē viri. tūc fraude hm̄oi pcepta in volūtate isti us secūde mulieris ē cū illo viro tenere matri moniū. vel petere ab eo diuortiū. sicꝫ ptꝫ extra de eo q̄ duxit ī mr̄imoniū quā polluit ꝑ adul teriū. c. ꝓpositū ē nobis. vbi p̄misso isto casu. circa finem istius capituli Alexāder tercius sic cōcludit. nisi mulier diuortiū petat. ad pe titionē viri nō sunt aliqtenus sepandi Uł secūda pcipit istam fraudē adhuc prima vi uente. ꝛ tunc vel immediate recedit a viro. ita ꝙ nunq̄3 permisit se carnaliter cognosci ab eo postq̄3 de certo nouit eum habere aliam vxorē viuentē. tunc nec hoc impedit quin post mor tem prime iste due ꝑsone possint contrahere verum matrimoniū. Si autē post illa3 certi tudinē p̄miserit se cognosci ab illo viro viuen te adhuc p̄ma. tunc nunq̄3 poterit habere ma trimoniū cū eo. etiam mortua prima Ista pa tent extra de scd̄is nuptiis. c. dn̄s.

Rn̄sio

Dubium

Rn̄sio

Dis. xxxvi. q. Articulus tercius.

Quantu3 ad terciū

articulū ē aduertendū. ꝙ votū impediēs ma trimoniū est votū continēne. Et istud ē du plex. Nā vnū ē votū continentie sollēne. Ali ud autē simplex. Quādo autē votū continē tie dicatur esse sollēne. qm̄uis de hoc sint varie opiniones apud aliquos iurisperitos. tn̄ ꝑm ↄmunē doctrinā theologoꝝ. ꝛ ꝑm maiorē ꝑ tem iurisperitoꝝ. solum duobus modis sollē nizatur votū continētie. sc3 ꝑ sacri ordinis su sceptionē. ꝛ per certe regule professionē in ma nu eius qui potest recipere hm̄oi professionē puta in manu prelati ipsius qui profitetur. vel vicē eius gerens. vł si mansit in religione approbata. Si quis autē alio modo vouet continentiam q̄3 his duobus modis. hoc di citur votū simplex. Et istud ponit Bartholo meus brixiēsis in glo. libri decretoꝝ. xvij. q. i. in principio Idē ponit Tācredus ꝛ Ho sti. ꝛ multi alij doctores iuris vna cū docto ribus theologie. Innocentius vero addit quosdā alios modos sollēnizandi votu3 con tinentie. qui vel nō sunt in vsu. vel accide rent ad istos possūt reduci. His p̄missis po no tres cōclusiones. Prima est ꝙ sollenne votū continētie prohibet matrimoniū cōtra hendū ꝛ dirimit ↄtractū. Quia sacer ordo approbati ordinis ꝓfessio ꝓhibet ↄhēdū ma trimoniū et dirimūt ↄctū. Sed sollēne votū continētie vel est annexu3 sacri ordini vel ap probati ordinis ꝓfessioni. g̃ ꝛc. Maior ꝓba tur. Nā ꝙ sacer ordo impediat mr̄imoniū cō trahendū ꝛ dirimat contractū. ptꝫ in p̄mo ar ticulo istius questionis. Q3 aūt ꝓfessio im pediat ꝛ dirimat: habet expsse extra qui clerici vel vouētes. c. meminimus. Sed minor pa tet ex ia3 dictis. P. ista conclusio euidēter habet in decretis disti. xxvij. c. vouētib9. Ite3 habet. xxvij. q. i. quasi ī singulis capitul' illi9 q̄stionis Cōcl'o scd̄a ē ꝙ votū ↄtinētie sim plex ꝓhibet mr̄imoniū ↄhēdū. Q2 si ī aliq̄ ca su votū simplex nō īpediret mr̄imoniū ↄhē dū. h maxie videret qñ post hm̄oi votū aliqs iurasset se ↄctu3 mr̄imoniū cū aliq̄ muliere. S3 hm̄oi iuramēto nō obstāte adhuc impe dit. g̃ in omi alio casu impedit ↄtrahēdū nisi auctoritate supioris sup eo fuerit dispensatū. Maior ptꝫ. Minor ꝓbat auctē Clemētꝫ ter cij. qui extra qui clerici vel vouētes. c. rursus. respondet ad casū ibidē positū de quoda3 qui post simplex votū continētie iurauit quādā ducturū in vxorē. sic dicens. Arbitramur ꝙ cum simplex votū apud deū nō min9 obliget q̄3 sollēne. ꝓ eo q̄d iurauit temere pnīa3 agat. ꝛ votum quod deo fecit studeat obseruare.

Cōclusio prima 1

2

Cōclusio scd̄a.

Tercia ↄcl'o ē ꝙ simplex votū ↄtinētie nō dirimit mr̄imoniū ↄctu3. Quia qñ aliq̄d sic se habet ꝙ ipso nō obstāte verba de pn̄ti con sensū mr̄imonialē exprimētia faciunt verum

Cōclusio tercia. 1

mr̃imoniũ hoc nõ dirimit mr̃imoniũ 9ctuz.
Sz nõ obstãte simplici voto v̾ba de p̃nti ge
nerãt verũ mr̃imoniũ. vt p3 di. xxvij. c. si vir.
2 P. clemẽs i iã dicto. c. rursus. post verba p̃
dicta subdit. q si postq̃ hm̃oi p̃stitit iuramẽ/
tum ad nuptias motu ꝓprio cõuolasset. cũ vo
tuz simplex mr̃imoniũ impediat contrahen/
dum. non tamẽ impediat iaz contractũ. nihil
ambiguitatis questio contineret. Ex qua au
ctoritate clare patet nõ solũ ista tercia conclu/
sio sed etiã secũda. P. iste due cõclusiones
3 etiã habẽtur ex dict; Alexãdri extra qui cleri.
vel vo. c. consuluit. vbi circa finẽ illius capi/
tuli sic ait. Sicut simplex votũ mr̃imoniuz
impedit ɔtrahẽdũ ⁊ nõ dirimit 9ctũ. ita habi
tus sine ꝓfessione susceptꝰ ne ɔtrahat impedit
4 sed contractũ nequaq̃ dissoluit. P. eodẽ ti
tulo. c. memimus. papa Alexãder ait sic Si
quis q̃ qui se religioni deuouit et habitu susce
pto ꝓfessionẽ fecit. postmodũ sibi aliquã co/
pulauerit. ẽ cogẽdus ab [illegible] recedere. ⁊ ad eccle
siam cui se contulit sine cõtradictione redire.
verũ si nec habitũ suscepit. nec ꝓfessionem fe/
cit. sed votũ solummõ. et se ad religionẽ tran
siturũ ꝓmisit. licet matrimoniũ postea 9xerit
nõ est cogẽdus ad religionẽ trãsire. ⁊ mr̃imo
niĳ votũ rescindere. Ex p̃ma pte istius au
ctoritatis plane p3 p̃ma ɔclusio. Sz ex scd̃a
Instantia 1 pte p3 ɔclusio tercia. Forte dicet q ista ter
cia ɔclo videt 9 dicere p̃me et ecõuerso. q2 vo
ta ɔtinẽtie q̃ equaliter obligãt. illa eq̃liter mr̃i
moniũ impediũt. Sed votũ sollẽne ⁊ votuz
simplex equaliter obligãt. teste Clemẽte in. c.
p̃allegato rursus. ergo si sollenne votum diri
mit matrimoniũ contractũ. sicut dicit prima
ɔclusio. etiã simplex dirimet. quod ẽ opposi/
tũ tercie cõclusionis. vel si simplex votũ non
dirimit sicut dicit tercia ɔclusio. sequit q nec
sollẽne votũ dirimat mr̃imoniũ. qd̃ ẽ opposi
2 tũ p̃me ɔclonis P. si simplex votũ ɔtinẽtie
nõ dirimeret mr̃imoniũ 9ctũ post hm̃oi vo/
tũ. tũc de nccitate iuris hõ esset obligatus ad
faciendũ mortale pctm̃. sed ɔñs est incõueni
ens. g̃ ⁊ añcedẽs. Falsitas ɔñtis ẽ nota. Equi
tas em̃ iuris hoc non admittit q aliquis ho/
mo de necessitate iuris mortaliter peccet. Con
sequẽtia probat. q2 qui ꝑpetuaz vouit castita
tem. etiã voto simplici absq̃ adiũctione ꝓfes
sionis ⁊ sacri ordinis: non põt actũ carnalis
copule exercere sine mortali peccato. Sed exi
stẽs in matrimonio de necessitate iuris tenet
ɔiugi reddere actũ carnal' copule. g̃ ⁊c. Ma

ior ꝓbat. q2 quicũq̃ elicit actũ ɔtra votũ suũ
licitũ ⁊ honestũ ille mortaliter peccat. Sed si
aliquis ꝑpetuam vouẽs castitatẽ ⁊ ɔtinẽtiaz
exerceret actũ carnal' copule. tũc eliceret actũ
ɔtra suum votũ licitũ ⁊ honestũ. Minor pa
tet ex dictis supius distinctione. xxxij. articlo
i. Ad p̃mũ dicendũ ad minorẽ. q licet vo Solutio. Ad. 1.
tum simplex ⁊ sollenne equaliter obligent q̃
tum ad genus pcti illoꝝ qui faciunt 9 hm̃oi
vota. quia tam violans votum simplex q̃ vi
olans votũ sollenne quodammodo peccant
eodẽ genere peccati. licet vnus grauius pecc3
altero. eo q peccet cũ maiori scãdalo. tamẽ nõ
equaliter obligãt q̃tum ad p̃ueniendũ alteꝝ
supueniens vinculum. puta ipm̃ matrimo/
niũ. Cuiꝰ ratio est. q2 votũ simplex equipol/
let nude ꝓmissioni. Sed votũ sollẽne inclu
dit ꝓmissionẽ cũ trãslatione dominĳ i alteriꝰ
ptãtẽ. Hm̃oi aũt trãslatio etiã fit i mr̃imonio
⁊ maxime i mr̃imonio ɔsũmato. Nõ sic est
q licet post simplicem ꝓmissionẽ res ꝓmissa
nõ debeat trãsferri in alterius ptãtem q̃ illius
cui ꝓmissio facta ẽ. tamẽ si dominiũ illius rei
de facto trãsfertur in alteꝝ. q̃uis peccet qui sic
a p̃mo ꝓmisso recedit. tamẽ trãslatio iã dicti
dominĳ nõ potest reuocari. Hinc est q si ali/
quis post simplex votũ continẽtie contrahit
matrimoniũ. tunc ꝓpter trãslationẽ dominĳ
sup corpus suũ factũ in coniugis potestatẽ.
iste obligat ad tenendũ mr̃imoniuz. maxime
si fuerit ɔsummatũ. Sed post sollẽne votuz
nõ ligat matrimoniũ. quia p voti sollẽnizati
onem iam translatũ est vouẽtis dominiũ in
dei ⁊ sui vicarĳ potestatẽ. ⁊ ideo nõ potest tali
ter vouens dominiũ sui corpis vlterius trãs/
ferre in coniugis potestatẽ. Naz quod semel
ab aliquo translatũ est. hoc ab eodẽ vlterius
trãsferri nõ põt. Ad secundũ nego ɔñtiaz Ad. 2.
Ad probationẽ dicendũ ad minorẽ. q redde
re actuz carnalis copule non est de necessitate
iuris nisi postq̃ transierũt duo mẽses cõpu
tando a die qua ɔtractũ fuit mr̃imoniuz. vt
ostensũ ẽ supius distinctõe. xxxvij. articlo. iĳ
conclusiõe scd̃a. Et ideo infra illos duos mẽ
ses iste per ingressum religionis potest vitare
mortale peccatũ. Si autem anteq̃ ptranseãt
iam dicti duo menses consentit in actuz car
nalis copule. tunc p prima vice peccat morta
liter. nõ de iuris necessitate. quia adhuc de iu
re non tenebatur coniugi in hoc obedire. Et
ideo huiusmodi peccatuz ꝓcedit a ꝓpria vo/
lũtate. Consũmato v̾o matrimonio p hm̃oi

primaz carnalem copulã. tunc postea redden do debitũ coniugi exigẽti nõ peccat. quia ad hoc tenetur ex debito iusticie. et de iuris neces sitate. igitur virtute 7 fide matrimonij excu satur a peccato. tamen nõ excusatur petendo Tũ qa ius petendi nõ habet. Quarũ eñ i se est tenetur ad continentiã ratione voti pcedẽ tis. Et eadẽ ratione nõ debet transire ad secũ das nuptias si supuixerit mortuo coniuge. Tum etiam quia coniũx de necessitate iuris nõ tenet petere. vt dictũ est distinctiõe. xxxij. articulo. ij. conclusione. ij. Igit hmõi necessi tas nõ excusaret illũ cuius matrimoniũ pre cessisset votum continentie. si ipse peteret de bitum.

Articulus quartus

Quantum ad quartum articulũ patet ex pdictis. q ligamen seu vinculũ precedẽtis coniugij viuẽte coniuge dirimit matrimoniũ sequẽs. hoc dũtaxat ex cepto si vnus coniugũ ingredit religionẽ añ q matrimoniũ cõsummet. vel si a statu infi delitatis recipiẽdo baptismi sacramentũ conuer titur ad fidẽ. altero coniuge manẽte in sua in fidelitate. in quorũ casuum primo morit mũ do. postponẽdo vitã mundanã. in secũdo re generat spũaliter inchoando vitã christianã. Et de his omnibus dictũ est supius. ideo trã seo causa breuitatis. Duo tamẽ dubia cir ca istã materiã sunt declarãda.

Dubium primũ

Primũ est. Dato q vir vxorez vel vxor virum pdiderit longo tempe. vtrum possit contrahere matri moniũz de nouo. Et dato q cõtrahat. quali ter cũ isto secũdo coniuge debeat se habere.

Ad hoc respõdeo sicut respõdet Luci9 pa pa extra de secũdis nuptijs. c. Dñs. vbi sic ait. Null9 ammodo ad secũdas nuptias migra re psumat. donec ei constet q ab hac vita mi grauerit coniũx eius. Si vero aliquis vl' ali qua illud hactenus nõ seruauerit. 7 de morte prioris coniugis adhuc sibi existimat dubi tandũ. psone q sibi nupsit debitũ non dene get postulãti. quod a se tamẽ nouerit nulla tenus exigendũ. Q, si post hoc de prioris cõ iugis vita constiterit. relictis adulterinis am plexibus ad priorẽ coniugẽ reuertat. Ex qua auctoritate patz q non assistente certitudine de morte vnius coniugis. alter coniũx ad se cũdas nuptias nõ debet trãsire. Si tamẽ trã sierit. qdiu pbabiliter dubitat potest debitũ redderez nõ exigere. Sed qcito de certo cõ stiterit de vita prioris cõiugis. tũc debet a secũ do recedere. Ista eadẽ sentẽtia patet. xxx iiij. q. 1. cum p bellicã.

Dubium scdm.

Secundũ dubiũ ẽ. Dato q aliquis de morte suscitetur. vtrum te neatur vxorẽ quã habuit prius q moreretur repetere. et ipsa eum. vel ambo sint absoluti a vinculo prioris coniugij. Circa quod est aduertẽdũ q aliquẽ fuisse mortuũ potest du pliciter intelligi. Uno mõ realiter. Alio mõ apparẽter. Nam sicut referũt aliqui valde [illegible] riti i arte medicine. quedã est infirmitas que tenet hominẽ p tres dies naturales. hoc est p tres completas celi reuolutiones ita sopituz in omnibus sensibus. q cuilibet intuẽti videt esse mortuus. Et inde forte inoleuit q re ges 7 principes aliquarũ terrarum trib9 die bus postq mortui sunt custodiũtur sup ter ram anteq sepeliãtur. ne forte tacti sint iã di cta infirmitate. Et ex hac opinione quidã hereticus nomie Petrus de ebano. qui exp tissimus fuit medicus. accepit occasionẽ deri dendi miracula christi et sanctorũ qtum ad suscitationem mortuorũ. Dixit eñ q tales re suscitati nõ erant vere mortui. sed infirmi p dicta infirmitate. Et si dicebat sibi de La zaro qui erat quadriduanus in monumẽto. pdicta autẽ infirmitas sicut etiam ipse cõces sit. nõ potest tenere hominez vltra tres dies. Ipse respondit q illd dictũ de Lazaro verifi bat p synodochen. ita q pars accipiebat pro toto. Fuerunt eñ vt ipse dixit solũ tres dies naturales. numerabãtur tamẽ quattuor. qa erat ibi pars pme diei. 7 pars quarte diei. que due ptes equipollebãt vni diei naturali. que cum duobus alijs diebus faciebant tres di es naturales. Sed isti mentita est iniqui tas sua. 7 recepit mercedez erroris sui. Nam ego fui psens quãdo i ciuitate paduana ossa sua p his et alijs suis erroribus fuerunt com busta. Supposita igit ad psens dei virtu te que hominẽ etiã redactum in puluerez po test suscitare ad vitã. vt infra patebit circa di stinctionẽ. xliij. 7 supposito etiam veritate de pdicta infirmitate. tunc pono duas cõclusio nes.

Cõclusio prima

Prima est. q si aliquis qui vere fuit mortuus resuscitat. et vxor sua post mortem eius contraxit matrimoniũ cũ alio viro. tũc debet manere cũ secũdo. et nõ debet reuerti ad illum qui a morte ẽ suscitatus. Quia qd legi time ↄtractũ est hoc nõ est dirimendũ. Sed ista mulier legitime contraxit cũ isto scdo vi ro. Maior ẽ nota. Etiã minor p3. qr sicut hr extra de scdis nup. c. sup illa qõe. mortuo viro vxor pt absq ifamia mrimoniũ cũ alio viro

contrahere. etiã infra dies luctus primi viri.

Cõclusio scda. Scda cõclusio est. dato q nõ contraxerit cũ alio. adhuc tñ nõ tenet de necessitate recipere illum virũ a mortuis resuscitatũ. Quia vinculũ matrimonij dissolutũ fuit in morte illius viri. igit post morte vxor non mãsit illi viro matrimonialiter obligata. Cõseqntiã istã innuit apl's. i. ad Cor. vij. vbi ait. Mulier alligata est legi quãto tempe vir eius viuit. q si dormierit vir eius: liberata a lege viri. cui vult nubat tm in dño.

Instantia. Forte dicet q aplus videt oppositũ istius innuere ad Hebre. xi. vbi ait. q acceperũt mulieres de resurrectione mortuos suos.

Solutio. Rñdeo fm glo. isti mortui nõ fuerunt mariti istarũ mulierũ. sed fuerunt filij earum. Dato etiam q fuissent mariti. ex hoc tamẽ nõ habet q ipsos acceperint de necessitate ꝑoris matrimonij. sed potius de ꝯgruitate r honestate ipsos accipiẽdo quodaz nouo cõsensu nouũ matrimoniũ cũ ipsis cõtraxerũt. Et ista etiaz est intẽtio magnorũ doctorũ in iure canonico. sicut patet. xxxij. q. vij c. licite. Sup quo capitulo notauit Hugo. q Lazarus post resurrectionẽ suaz nõ potuit repetere vxorẽ suam. r si voluisset eã vlterius habere in vxorẽ. necesse fuisset eos de nouo cõtrahere matrimoniũ. Et addit q tamẽ ꝑpter hoc Lazarus nõ fuisset bigamus. qr non diuisisset carnẽ suam.

Cõclusio tercia. Tercia ꝯclusio est. q si aliquis ratione supdicte infirmitatis mortuus videret. talis ad se reuersus de necessitate teneret repetere vxorẽ suam. et ecõuerso illa teneret repetere eũ. qr mrimoniale vinculũ fũdatur sup toto coniũcto. r ideo toto nõ dissoluto. nõ dissoluit hmoi vinculũ. Sed qñ ꝗuis i vera morte totum dissoluat qñ ania a corpe sepatur. r p ꝯsequẽs esse humanũ quod ẽ esse totius corrumpit. tamẽ in pdicta infirmitate nõ dissoluit totuz. nec corrumpit esse totius ideo manet hmoi vinculũ. r p ꝯsequens manet verũ matrimoniũ.

Ad argu. princi. Ad argumentũ ꝑncipale nego ꝯsequẽtiã. Ad ꝓbationẽ dicẽdũ. q licet i his q sunt in sacris ordinibꝫ et ꝯtinẽtie voto astricti. hoc remediũ qđ est mrimonium habeat impedimentũ. tamẽ alia remedia que melius r nobilius militãt ꝯtra carnales concupiscẽtias nõ habẽt impedimentũ. puta oratio. corpis castigatio. et diuine gratie cooperatio qua deus succurrit oĩbus qui inuocant illũ in veritate.

Distinctio tricesimanona r quadragesima.

P ost hec de dispari cultu. Postq̃ mgr determinauit de ꝑsonis q sic sunt illegitime q mrimoniũ cũ nulla ꝑsona pñt ꝯhere. nunc tractat đ his q ꝗuis cũ aliqbꝫ ꝑsonis possint ꝯhere. tñ ad ꝯhendũ respectu aliquarũ ꝑsonarũ sũt oĩno illegitime. Hi aũt impediunt vel cult' dispãitate. vel cognatõe carnali. vl' affinitate. vel cognatõe legali seu spũali. Ut igit i duabꝫ lectõibꝫ ista residua materia de matrimonio termiet. diuidit iste text' i duas ptes. Qr pmo mgr tractat đ dispari cultu r cognatiõe carnali. Scđo de affinitate r cognatõne spũali ac etiã legali. di. xli. r. xlij. Pria q ẽ pñtis lectõis diuidit i duas. Qr pmo tractat de cult' dispitate. Scđo de carnali cogñõe seu đ ꝯsãguitate. dis. xl. ibi. Nũc supest de cogñõe. Pria i duas. Qr pmo oñdit q fidelis cũ infideli nõ pt ꝯhere verũ mrimoniũ. Scđo oñdit q inter duos infideles pt eẽ legitimũ ꝗuis ñ ratũ ꝯiugiũ. ibi. Sũt tñ nõnulli. Pria i tres. Qr pmo fidelẽ cũ infideli ꝯhere mrimoniuz oñdit esse ꝓhibitũ. Scđo innuit si vn' cõiugũ ad fidẽ cõuertit. q de iure pt relinquere alterũ nõ ꝯuersũ. Tercio inqrit vtrũ fidelis derelinquẽs infidelẽ possit de nouo ꝯhere mrimoniũ. Scda ibi. Põt tñ licite. Tercia ibi. hic querit. Prima i tres. Qr pmo pmittit pdicte ꝙitatis determinatõz. Scđo adducit r tollit ꝯriã obiectionẽ. Et tercio ex pdictis infert vnã spãlẽ ꝯclõz. Scda ibi. Huic aũt videt. Tercia ibi. Ex his monstrat. Sequit distinctio. xl. In qua mgr rẽ. Et diuidit i duas ptes. Nã pmo mgr ostẽdit vsq ad quẽ cõsanguinitatis gradũ antiqt' fuit ꝓhibitũ ꝯhere mrimoniũ. Scđo obijcit in ꝯriũz. ibi. His aũt occurrit. Prima i tres. Quia pmo tangit pdictã inhibitionẽ. Scđo oñdit gradũ ꝯsanguinitatis diuersã apud diuersos fuisse ꝯputationẽ. Tercio hui' cõputatõis reddit rõez. Scda ibi. Quõ aũt grad'. Tercia ibi. Quare ꝯo. Circa hãc distinctiõez quero.

V trũ inter duas ꝑsonas infideles infra gradũ ꝯsãguitatis xpiano ꝓhibitũ possit eẽ verũ mrimoniũ. Videt q ñ. Qr duo impedimẽta sil' iũcta non min' impediũt mrimoniũ q̃ vtrũq p se sũptũ. Sz taz ꝯsanguitas p se sũpta q̃ etiã infidelitas ipediunt mrimoniũ. g etiã ipediũt sil' iũcta. Maior ẽ p se nota. Minor q̃tũ ad pmã sui ptem patz. s. q cõsanguitas impediat. quia omnia

cognatio ppriẽ dicta impedit mrimoniũ. sed ɔsãguĩtas ẽ cognatio ppe dicta. Pz etiã qñtũ ad scdaz ptẽ. qr rõe infidelitat' fidel' cũ infideli nõ põt ɔhere mrimoniũ. Cõtra. abrahã habuit vez mrimoniũ cũ sara. ğ ɔsanguĩtas nõ impedit vez mrimoniũ extra fidẽ xpianã. Añs pz. qr al's Jsaac quẽ Abrahã habuit de sara nõ fuisset legitimus heres. cui⁹ oppositũ testat̃ scptura Geñ. xxi. Patet etiã ɔsequẽtia. quia Sara fuit filia patris ipsius abrahe ex alia matre. vt patet Geñ. xx. In ista questione pmo videndũ est. quõ infideles se habeãt ad matrimoniũ manẽte eoz infidelitate.

Secũdo quõ se habeant ad matrimoniũ cessante infidelitate. Et hoc qñtuz ad distin. xxxix. Tercio videndũ est quid sit consanguinitas. & de diuersitate suoz graduũ Et quarto vsqz ad quotũ gradũ impediat matrimoniũ tam fideliũ qz etiaz infideliũ. Et hoc qñtũ ad dist. xl.

Articulus primus. Conclusio prima

Quantuz ad primũ pono duas ɔclusiones. Prima est qȝ infidelis cũ infideli potest vez ɔtrahere mrimoniũ
1 Quia illi apud quos põt esse lex seu ius nature. tales pñt matrimoniũ verum ɔtrahere. Sed lex nature pt esse apud infideles. ğ mrimoniũ pt eẽ inter eos. Maior pz. qr sicut [illegible] pi supius. mrimoniũ est aliquo mõ ð lege nature. cui⁹ etiã signũ est. qr homines contraxerũt matrimoniũ añ omnẽ legẽ scriptã. Patz etiã minor. Quia ad Roma. i. dicit̃ de infidelibus gentilibus. qȝ legẽ dei habuerũt scriptã in cordibus suis. Hoc autẽ nõ potest intelligi nisi inqñtum habuerũt legẽ nature. que includit legem dei qñtum ad decez precepta decalogi
2 P. quibus nihil eoz repugnat que ad verum matrimoniũ requirũtur. illis vere potest competere matrimoniũ. Sz duabus infidelibus psonis possunt cõuenire oĩa que ad vez matrimoniũ sunt necessario requisita Maior patet. Minorẽ pbo. qr oĩa que in diffinitõe matrimonij ponũtur pñt infidelibus conuenire Sed necessario requisita pro matrimonio debẽt tãgi in ei⁹ diffinitõe. Maior patet. hec ẽ eñ diffinitio matrimonij ḃm Hugonẽ de sancto victore. Matrimoniuz ẽ maris & femine coniũctio indiuiduaz vite retinẽs consuetudinẽ. Sed oĩa in ista diffinitõe posita conueniũt etiã infidelibus vtroqz manẽte infideli. Minor etiaz patet. quia cum accidẽs nõ solũ ■ essentialia. verum etiã p additamẽta diffiniat̃. vt patz. vij. metaph. videt̃ qȝ in sua diffinitione completa nihil debeat omitti de his que ad ipsum sunt necessario requisita. Sed contrariũ istius tenet quedã opinio p qua potest argui sic. Nullũ sacramentũ ecclesie potest alicui cõuenire nisi sit baptizatus. Sed matrimoniũ ẽ sacramẽtum ecclesie. & infideles puta iudei & gentiles nõ sunt baptizati. ergo &c. Maior patet. qa baptismus est ianua intrãdi ad alia sacramẽta. & est fundamentũ omniũ alioz sacramẽtorum. Minor de se patet. Instantia 1
P. vbicunqz deficit signatũ ibi signũ nõ est verum sed falsum Sed matrimoniũ sicut & quodlibet aliud sacramentũ est quoddã signũ. cuius signatuz deficit in statu infideliũ. ergo &c. Maior patet. qr signũ & signatũ dicũtur relatiue. Sed pempto vno relatiuoz pimitur & alterũ. igit̃ vbi deficit signatũ ibi nõ potest esse verum signũ. Probat̃ minor. qr matrimoniuz signat coniũctionẽ christi cũ ecclesia. de qua coniũctione infideles nihil tenẽt. 2
P. beatus Augus. dicit qȝ nõ est ratum coniugiũ quod sine deo ẽ. Et habet̃ hec auctoritas. xxviij. q. i. Sz coniugiũ infideliũ sine deo est. Naz sine fide impossibile est placere deo. vt dicit̃ ad Hebreos. xi. 3
P. si inter infideles verũ esset matrimoniũ. tũc actus carnalis copule taliũ infideliũ q̃ hñt mrimoniũ nõ eẽt pctm̃. Cõsequñtia pz. qr vez matrimoniũ excusat hmõi actũ a pctõ. vt dictũ ẽ. s. dist. xxxi. articlo. ij. Sed falsitas ɔñtis pbat̃. qr ad Ro. xiiij. dr. Oĩe quod nõ est ex fide peccatũ est. Et ibidẽ dicitur in glo. Ois vita infideliũ peccatũ ẽ. Sed carnalis copula infideliũ nõ ẽ ex fide. & pcedit a vita infideliũ. ğ &c. 4
Sz ista nõ concludũt. quia extra de diuortijs. c. gaudem⁹. ex dictis apli euidẽter ostẽditur. qȝ inter personas infideles vez potest eẽ matrimoniũ. Contra. 1
P dato qȝ duo infideles coniuges ad fidez christi sil' ɔuertant̃. ad hoc qȝ vez sit eorũ mrimoniũ nõ oportet qȝ de nouo ɔtrahãt. ğ supponitur pus cõtractũ. et p ɔñs anteqz eẽnt conuersi vez habuerũt mrimoniũ 2
Ad. i. igit̃ dõz qȝ sacrm eccl'ie cũ sit signũ quoddã dupl'r põt accipi. Uno mõ ḃm suã significationẽ cõpletã & actualẽ. Alio mõ ḃm suã significationez aptitudinalẽ Põo mõ licz maior sit aliq̃ mõ vera. tñ scdo mõ nõ ẽ vera. qr sacrm eccl'ie qd ẽ mrimoniũ qñtũ ad suã aptitudinalẽ significationẽ põt conuenire ei q̃ non ẽ baptizatus. Solutio. Ad. i.

Ad pbationē doc3 q licet ex baptismi carētia bn̄ arguat q sacramentū ecclesie nō cōueniat nō baptizato ƀm actualē z pfectā significatio nē. ex h̄ tn̄ nō habet q̄n possit ei conuenire ƀm aptitudinalē suā significationē. qd̄ pat3. q2 si duo coniuges infideles ad fidē christi cōuer si baptizētur. tūc sine aliquo nouo mr̄imoni ali cōtractu idē matrimoniū quod habebant an̄ baptismū significabit actualr post baptis mū illud qd̄ significat mr̄imoniū fideliū. s. cō iūctionē xp̄i cū eccl'ia

Ad.2. Ad scdm̄ dōm q mi nor nō ē vera. Ad pbatōz dōm. q vt p3 ex di ctis supius. ve2 mr̄imoniū nō solū significat cōiūctionē xp̄i cū eccl'a. z dato q eā significz. tn̄ non sp significat eā actualr sed aptitudia liter. Si eī hm̄oi actualis significatō ƀm q actualr signū ɔcernit signatū i actu pfecto po sitū. eēt de rōne mr̄imonij. tūc pmi parētes et ceteri antiq̄ testamēti pr̄es nō habuissent ve2 mr̄imoniū qd̄ nullo mō ē dicēdū.

Ad.3. Ad. iij. ē dōm. q̄uis rō pbet mr̄imoniū infideliū nō esse ratū. tamē ex hoc nō seq̄tur q eo2 mr̄imo niū non sit ve2 z legitimū. Quia sicut habe tur. xxviij. q. i. c. itē illd̄. matrimoniū q̄nq3 est ratū sed nō legitimū. sicut matrimoniū inter psonas fideles z legitimas absq3 debita sollē nitate clādestine contractū. Quādoq3 legiti mū sed nō ratū. vt matrimoniū inter psonas legitimas sed infideles contractū. Istud eī matrimoniū nō est ratū. eo q dissolubile effi ciatur p conuersionē vnius cōiugis ad fidē christianā. Vinculu3 eī christiane fidei est maius vinculū vinculo pcedētis matrimonij Igitr in casu i quo pcedēs matrimoniū dero gat huic dignissimo vinculo sbsequēti. tunc vinculū pcedētis matrimonij ipso iure mere tur dissolui Et istud euidēter habet ex dictis Innocētij tercij extra de diuortijs. c. quāto te

Ad.4. Ad quartū dicendū q ɔsequēs nō est fal sum. Ad auctoritatē apl'i qua falsitas conse quētis probat dicendū. q sicut ibidē dicit in glo. apl'us nō accipit ibi fidē p virtute. sed p conscīētia. z ideo ē sensus. q om̄e factu3 cōtra facientis consciam peccatū est. q2 qui facit cō tra conscientiā edificat ad gehēnā. Ad glo sam dicendū q hoc nō est intelligendū p cau sam. sed p quandā concomitātiā. quia vita in fideliū nunq3 est sine peccato. z hoc vel origi nali tm̄. sicut in puulis ipso2 infideliū. vl' ori ginali et actuali simul. sicut in adultis. q2 si ne gratia z caritate que veram fidem p̄suppo nūt nō delētur peccata. Vel potest dici q il lud dictū debet intelligi cu3 reduplicatiōe. vt sit sensus. Omnis vita infideliū. id ē om̄e il lud cui9 infideles sunt causa ƀm q infideles sunt. hoc est peccatū. et hoc est necessariū. q2 hoc pcedit ab infidelitate. illud autē necessa rio est peccatu3 quod sic procedit ab infideli q infidelitas eius ē causa.

Cōclusio secū da est. q fidelis cū infideli nō potest cōtrahe re verū matrimoniū. z hoc maxime pp̄ter sta tutum ecclesie quo hm̄oi sacramentū phibe tur contrahendū et dirimit contractū. vt pt3 xxij. q. i. vbi dicit. Nō nisi eiusdē religionis z fidei maneāt copulata coniugia. Et idē pa tet. xxviij. q. i. i pluribus capitulis illi9 questi onis. Hinc etiā ait Ambro. in libro [illegible] patri archis. Caue christiane gentili vel iudeo fili am tuā dare. Cōclusio scd̄a. 1

P. hec videt esse intētio apo sto. ij. ad Corinth. vi. vbi ait. Nolite iugu3 ducere cū infidelibus. que eī pticipatio lu cis ad tenebras. aut que ps fidelis cum infi deli 2

P. exemplū istius habet in veteri testa mento. i. Hesdre. ix. et. x. ca. vbi Hesdras dis soluit coniugia contracta a iudeis cū mulieri bus alienigenis. Et Deutero. vij. vbi dn̄s p̄ cipit filijs israhel ne matrimoniū contrahāt cū chanan eis dicēs. Nō inibis cū eis fedus. nec misereberis eo2. neq3 sociabis cū eis con iugia. filiā tuam nō dabis filio eius. nec fili am eius accipies filio tuo. q2 seducet filium tuū ne sequat me. z vt magis seruiat dijs ali enis. Et hic tāgitur ratio sup qua funda tur predictū statutū ecclesie. pcipiens ne fide lis matrimoniū contrahat cū infideli 3

Instantia 1

S3 contra istud forte dicet q ista conclusio repu gnat pme. Quia si infidelitas impedit matri moniū. tunc maior infidelitas magis h3 im pedire. Sed ambobus coniugib9 existentib9 infidelibus maior videt esse infidelitas. q̄3 si vnus est fidelis et alter infidelis. ergo si vni us infidelitas nō patit verum matrimoniū. sicut ista conclusio p̄tendit. multo magis am bo2ū infidelitas nō admittet ve2 mr̄imoniū. cui9 oppositū habet ex pma ɔclōe.

P. eccl'a nō debet statuere oppositū illi9 qd̄ apl's videt consulere. Sed apl's videt consulere mr̄imo niū habendū inter fidelē z infidele3. i. ad Co rinth. vij. dicens. Sanctificat vir infidelis p mulierē fidelem. z ecōuerso. ergo zc. 2

P. exemplū istius habetur in multis locis vete ris testamenti. Nam Joseph contraxit cum muliere egyptiaca. vt patet Genes. xli. Mo yses cum ethiopissa. vt patet Numeri. xij. 3

Hester q̄ fuit fidelis iudea ꝯtraxit cū rege as
suero q̄ fuit gentilis. vt patet Hester. ij. c. Et
salomon cū filia pharaonis. ⁊ cū alijs multis
mulierib⁹ gentilib⁹. vt patet. iij. Reg. ⁊. ij. pa
Solutio ralipo. Ad primū dicendū q̄ hic nulla est
Ad. i. ꝯtradictio. Ad ꝓbationē dicendū q̄ infideli
tas ꝑ se nō impedit mrīmoniū. sꝫ ꝓ tanto im
pedit ꝓ quāto derogat alteri⁹ ꝯiugis fidelita
ti. Hoc aūt nō ꝯtingit ambob⁹ cōiugib⁹ exi
Ad. 2. stentib⁹ infidelib⁹. sꝫ altero tm̄. Ad scdm
dicēdū q̄ apls nō loquit ibi de fideli muliere
q̄ erat fidelis priusq̄ ꝯtraheret. sꝫ loquit de ea q̄
infidelis existēs cū viro infideli ꝯtraxit. ⁊ po
stea ꝯuersa est ad fidē. igit ex iā dicta autori
tate nihil arguit ꝯtra ꝑsens ꝓpositū. Etiā
eccl'ia posset rōnabiliter aliqd statuere ꝓ nūc
qd̄ obuiaret ꝯsilio dato ab apl'o ꝓ tūc. suppo
sito q̄ obseruatio illi⁹ ꝯsilij ꝓ tūc fuerit expedi
Ad. 3. ens. ⁊ ꝓ nūc nō esset expediēs. Ad tercium
dicēdū q̄ antiq̄ patres q̄ fuerūt ante legē moi
si potuerūt ꝯtrahere matrimoniū cū infideli
bus. eo q̄ ꝓ tūc hmōi ꝯtract⁹ nulla lege fuit ꝓ
hibit⁹. Sꝫ tpe legis ꝓhibiti fuerūt ne cōtra
herēt cū chananeis mulierib⁹ ipis manētib⁹
i ritu chananeoꝝ. Si tn̄ mlier mutabat ritū
suū. ⁊ trāsferebat se ad ritū hebreoꝝ. tunc lice
bat cōtrahere cū ea. Sicut appꝫ de raab. q̄
capta fuit in hiericho. cū qua ꝯtraxit naason
ꝑnceps militie trib⁹ iude. ⁊ de ea genuit booz
vt patet Matth. i. De alijs tn̄ infidelib⁹
mulierib⁹ exceptis chananeis nō fuerūt filij
israel ꝓhibiti quin possent ipis mrīmonialit
copulari. dūmodo hmōi mulieres viros nō
allicerēt ad infidelitatē Quecūq̄ em̄ tales ne
pharias allectōes fecissent. ille ꝑm legē imedi
ate debebāt lapidari. vt appꝫ Deutero. xiij.
Sꝫ tpe legis euāgelice null⁹ fidelis xp̄ia
nus debet ꝯtrahere cū aliq̄ infideli muliere. si
ue sit iudea. siue pagana: vel gentilis.

Articulus secund⁹.

Quantū ad secūdū

articulū est sciendū q̄ infidelitas ꝯiugū du
pliciter pt cessare. Uno mō pariter i ambob⁹.
Alio mō i vno tm̄ Et ꝑm h̄ pono duas ꝯclu
Cōclusio prima. siones. Prima est hec. Qn̄ ambo legitimi
ꝯiuges de infidelitate ꝯuertunt ad fidē xp̄ia
nā. tūc mrīmoniū pri⁹ ꝯtractū nō est dissol
1 uendū. Qꝛ ex rit⁹ ⁊ fidei mutatōne nō dissol
uit matrimoniū nisi interueniēte cult⁹ dispa
ritate. Sꝫ qn̄ ambo ꝯiuges ad fidē xp̄ianam
ꝯuertunt ex hoc nō oꝛit inter eos cult⁹ dispa
2 ritas. ergo ⁊c. P. fides xp̄i nō infirmat: sed
magis ratificat qd̄libet legitimū matrimoni
um. maxime si fides suscipit in vtroq̄ ꝯtra
hentiū. Sꝫ isti ꝯiuges ante sui cōuersionē
supponunt ex ꝑdictis legitimū habuisse ma
trimoniū. ⁊ in ambob⁹ pariter fides suscipit.
ergo ⁊c. P. ista ꝯclusio expsse habet extra d̄ 3
diuortijs. c. gaudem⁹. vbi de talib⁹ cōiugib⁹
[illegible]t papa innocenti⁹ terci⁹. q̄ libere possunt ⁊ li
cite manere ꝯiūcti. cū ꝑ sacrm baptismi nō sol
uant cōiugia. sꝫ crimina dimittant. Forte Instantia 1
dicet q̄ qn̄q̄ vir cōuersus habet duas vl' plu
legitimas vxores ꝑm priorē ritū suū. q̄ vxores
oms siml' ꝯuertunt cū eo ad fidē xp̄ianā. Cū
igit nephas sit i fide xp̄iana eundē virū siml'
habere plures vxores. igit nō obstante q̄ am
bo cōiuges ad fidē cōuertant. videt q̄ neces
sario taliū cōiugū matrimoniū dissoluatur.
P. fides xp̄iana ꝑm eccl'iastica statuta di 2
rimit matrimoniū ꝯtractū infra quartū gra
dū cōsanguinitatis. Sꝫ ifideles ꝯsueto mo
do cōtrahūt infra quartū gradū. ergo nō ob
stante q̄ tales ambo cōuertant ad fidē matri
moniū eoꝝ dissoluet. Ad primū dicendū. Solutio Ad. i.
q̄ illo casu posito tūc debet retinere primā solā
⁊ alias dimittere. nec ex hmōi dimissione dis
soluit aliqd̄ matrimoniū. qꝛ cū sola prima ha
buit verū matrimoniū. Forte dices q̄ nul Instantia
[illegible] istaꝝ est prior alia. qꝛ siml' ꝯtraxit cū amba
bus dicēs. Accipio vos duas [illegible] vxores me
as. ⁊ ille ambe cōsentiētes equanimiter i mrī
moniū. responderūt. ⁊ nos accipim⁹ te in ma
ritū nostꝝ. cū igit iste nō possit habere ambas
ꝑm xp̄ianū ritū. necesse est q̄ dissoluat istud
matrimoniū. Respōdeo q̄ isto casu posito Solutio
cū nulla istaꝝ talis vir cōtrahit matrimoniū
sicut expsse dicit Hostiens' li. iiij. rubrica. iiij.
de spōsalib⁹ duaꝝ. Et idē ponit gansre. Et iō
ex dimissione istaꝝ nō dissoluit aliqd̄ veruꝫ
matrimoniū. qꝛ nunq̄ fuit matrimoniū int
illū virū ⁊ huiusmodi mulieres. Et ideo da
[illegible] q̄ post cōuersionē ad fidē iste vir vnā istaꝝ
mulieꝝ voluerit retinere. optet q̄ de nouo cū
ea cōtrahat matrimoniū. Ad secūdū patē Ad. 2.
bit inferi⁹ in quarto articulo. Cōclusio se Secunda ꝯclusio
cunda est q̄ vno infideliū cōiugū ad fidē cō
uerso. altero in infidelitate manente. tūc fide
lis licite potest recedere a cōiuge infideli. Qꝛ
null⁹ tenet cohabitare alicui cuꝫ periculo sue
salutis. Sꝫ fidelis de nouo cōuersus cū peri
culo sue salutis cohabitaret cōiugi infideli.
Maior patet de se. Minor ꝓbat ex hoc. qꝛ
manēs in infidelitate vel esset vir vel mulier.
Si vir. tūc forte [illegible] vum timorem vxori fideli

incuteret talē. q a bono incepto desisteret. et ad pristinā infidelitatē rediret. Si mulier: tunc suis blandicijs et allectōnibus niteret seducere virū. qr vinū et mulieres apostatare faciūt sapientes. sicut dicit Eccli. xix. Qd bene tangēs
Versus. quidā poeta sic ait. Adam samsonē regē dauid et salomonē. Mulier decepit: quis modo tutus erit. Et alter poeta ait. Nōne vides q parua fides est i muliere. Crede mihi si credis
Instantia ei decipiere. Forte dicet q oppositū istius
1 habet ex dictis apli. i. ad Chor. vij. vbi ait. Ceteris ego dico nō dns. Si qs frater vxorē habet infidelē. et hec cōsentiat habitare cū illo. nō dimittat illā. Et si qua mulier virū habet infidelē. et hic cōsentit habitare cū illa. nō dimittat vir. Sanctificat em vir etc. Ex quo patet q ista cōclusio apte repugnat cōsilio ip
2 sius apli. P. xps in euāgelio phibet dimitti vxorē nisi causa fornicatōis. Sz possibile ē mulierē infidelē nō esse fornicatricē. igit talez
3 nō potest licite vir fidelis dimittere. P. dato q vir fidelis possit vxorē infidelē dimittere. tamē nō videt q possit aliā ducere. cū vinculū mrimonij sit indissolubile.
Solutio Ad. I. Ad pmū dicendū q obseruatio illi⁹ cōsilij tpe apli expediebat fidelibus. p nūc autē nō expedit. et iō ecclesia oppositū illi⁹ cōsilij aliq modo videt pcipere. xxviij. q. i. dicēs. Nō pt infidelis i ei⁹ cōiunctione manere que iā in fidē christianā trāslata est. Ad cui⁹ intellectū est aduertendū. q ƀm triplicē statū ecclie triplex fuit iudiciū de dimittēdo cōiugē infidelē. Nā in principio nec iudei nec gentiles fuerūt obstinati. qn imo qsi qtidie multi [redacted] gētiles q iudei cōuertebant ad christū ppt aplox pdicationē et miraculox operationē. Et ideo p tūc cōsuluit apostol⁹ tā iudeis q gentilibus. vt fidelis nō discederet ab infideli. pp spem cōuersionis ipius infidelis ab ipo fideli. In successu vero tpis iudei fuerūt obstinati in sua malicia et nō gentiles. et ideo cōsiliū fuit circa tpa cōstantini impatoris. vt in casu pdicto cōiunx fidelis maneret cū infideli de natōne gentiū. nō autē de natōe iudeox. Nūc autē in istis tpibus nō solū iudei vex etiā gentiles vt plurimū sunt obstinati. et hoc quantū ad saracenos ppter peruersas leges ipi⁹ machmeti. et ideo p nunc expedit vt fidelis ab infideli siue sit gētilis si
Ad. 2. ue iude⁹ citi⁹ sepetur. Ad secundū dicēdū q licet infidelitas nō sit fornicatio corpalis. tamē est fornicatio spūalis. qr in vera fide desponsant deo anime humane. Iuxta q dixit beata agnes. Anulo fidei sue subarrauit me dominus me⁹ ihesus christ⁹. Propter q omnis anima infidelis quasi fornicādo recedit a vero suo sponso dño ihesu christo. et per cōseqns a fideli cōiuge qui fide et amore vnit christo infidelis merito sepatur. Et hinc est q plures pphetax animā infidelē describūt p modum meretricis adultere q rcessit a legitimo suo viro. Ad terciū dicendū q in tribus casibus potest aliā ducere. Quox prim⁹ est: si infidelis Ad. 3.
bitur⁹ erat si viueret vsqz ad etatē triginta an
norū nullo vicio corpis impedit⁹. Vñ ergo il
la substātia que adeo parua fuit mortua: i re/
surrectōne tā magna erit nisi sui in se mltipli
catione. Tercio pbando hoc idē exēplo sb
dit imediate post verba pdicta dicēs. Vñ ap
paret φ etiā si viueret: nō aliūde sz i se augmē
taret illa substātia. sicut costa de qua facta est
4 mulier. ⁊ sicut panes euāgelici. Istā opini
onē etiā quidā alij pbant sic. Si aliqd ab ex
trinseco superueniēs posset cōuerti in veritatē
humane nature. tūc quilibet homo essz incor
ruptibilis. Falsitas cōsequētis per quotidia/
nā experientiā manifeste apparet. ac p philo/
sophiā. nec nō sacrā scripturā. Cōsequētia
pbat. qz per talē cōtinuā cōuersionē semp de/
perditū posset restaurari. ⁊ sic nunqz cōsume/
retur illud qd est de veritate humane nature.
⁊ per cōsequēs ipe homo nunqz moreretur.
Cōtra opi nionē ma/ gistri. Sz salua mgri reuerētia. ista opinio non
videt esse vera. qz si absqz omi additōe extrin
1 seca solū ex diuisione ⁊ subdiuisione illi⁹ qd
pgeniti a primis parētib ab ipsis acceperūt.
fieret humanorū corporū ppagatio ⁊ augmen
tatio. tunc iā diu cessasset hominū generatio
Nā si illa portio substātie accepta a pmis pa
rentib fuisset maior quocūqz monte. iā cō/
tinuā subdiuisionē diu fuisset ↄsumpta Pr. 2
quādo ipsi dicūt φ istud acceptū a substātia
primorū parentū multiplicat in se. vel ipsi in/
telligunt φ hmōi multiplicatio fiat naturali
ter. vel miraculose. Primū nō possunt dare.
qz natura nō potest facere de minori mai⁹ ni/
hil addēdo nisi rarefaciēdo. sz qd sola rarefa/
ctione dilatat. hō pprie nō augmentat. vt pa/
tet. i. de generatōne. ples autē genita pprie au
gmentat. vt patet ibidē. igit isti nō possunt hō
modo dicēdo saluare augmentū pprie dictū
qd naturaliter fit in hominib. Etiā corpus
auctū puta corp⁹ hominis adulti nō est rari
us qz erat quādo idē homo fuit paruul⁹. imo
est solidi⁹ ⁊ densi⁹. vt experimētaliter videm⁹
ergo nō pcedit corpus humanum de minore
ad maius per aliquā rarefactionē. Etiā si pro
cessisset huiusmodi rarefactio a primis parē/
tib vsqz modo. tūc illud qd d veritate huma
ne nature esset p nūc in quocūqz homine. mi
lies milies ⁊ quasi sine pportōne esset rari⁹ ig
ne. qd ridiculū est dicere. Si intelligūt se
cundo modo. tūc nulli⁹ hominis generatio
vel geniti augmētatio esset naturalis. sed solū
miraculosa. quia generatio vel augmētatio q
fit per miraculū est miraculosa. sicut illa que
fit per actū nature est naturalis. qd nullus di
ceret nisi ille qui ordinē ⁊ cursum nature puer
tere nō curaret. Ad primū motiuū magi/ Solutio
stri dicendū φ saluator illa verba nō inten Ad. 1.
dit dicere φ nihil de alimēto cōuertat in cor/
pus humanū. alias deus frustra dedisset ho/
mini virtutē vegetatiuā. Sz vult dicere φ ali/
mentū corporaliter nō ingredit animā. sz cor
poralē ventrē. ⁊ oē qd superfluitatis est ibi ⁊
corpalis imundicie hoc emittit per secessum.
hoc autē qd est purū cōuertit in corpus hu/
manū. Etiā illa distributio cū dicit omne.
nō est in isto pposito ita simpliciter accipien
da. qz experimēto discimus φ aliqd de cibo
manet apud dentes vel quādoqz rejicit d ore.
⁊ per cōsequens patet aliquid intrare os qd nō
vadit ad ventrē litteraliter accipiendo. sicut
videt magister istud verbū accipere Ad se Ad. 2.
cundū dicendū φ corpus pueri in resurrectio
ne nō deueniet ad tantā quantitatē p sui in se
naturalē mltiplicationē. sz p diuine virtutis
supnaturalē opatōez. ⁊ iō nihil ē ad ppositū i

quo loquimur de augmento rebus naturalibus naturaliter competente. Et per hoc patet ad tercium. quia exempla que adducit de costa et de panibus paucis quibus secundum euangelium saciati fuerunt multa milia hominum. non sunt ad propositum quia multiplicatio facta fuit in eis supernaturaliter et valde miraculose. quod non contingit in augmento rerum naturalium. quia sine miraculo supposita communi dei influentia res naturales generantur et augmentantur. Iuxta quod ait beatus augustinus. quod sic deus cuncta sua maiestate gubernat vt tamen secundas causas proprios suos cursus agere sinat. Ad quartum nego consequentiam. Ad probationem dicendum quod licet deperditum restauretur per alimentum ordinate digestum. tamen quia restauratum non est eque purum sicut fuit deperditum. ideo propter continuam intensionem huiusmodi impuritatis continget vltimate humidum radicale deficere. et vnumquodque animal naturaliter tandem corrumpi. vt patet primo et secundo de generatione.

Exemplum patet ad propositum de aqua vino infusa. que primo vincitur et in naturam vini mutatur. que infusio si continuatur vinum primo debilitatur. et tandem natura vini corrumpitur. Sic in proposito etc. Opinio secunda predictis contraria est. que ponit quod aliquid extrinsecus adueniens conuertitur in veritatem humane nature. puta illud humidum quod in parentibus fit ex superfluo alimenti ex quo generatur proles. quia illud quod erat humidum nutrimentale in parentibus fit humidum radicale in prole. Solum autem humidum radicale secundum istos est de veritate humane nature. Et istud humidum radicale manet idem in tota vi[illegible] hominis. et nihil in ipsum conuertitur per actum virtutis nutritiue. sed solum talis conuersio fit in carnem et in alias partes corporis pro complenda hominis quantitate. Sed nec istud valet. Quia humidum radicale secundum phisicos calore naturali depascitur. igitur necesse est vt aliquid de alimento per actum virtutis nutritiue in ipsum conuertatur. Si non. tunc cito consumeretur. et per consequens non maneret idem. sicut ista opinio ponit. Probatur. quelibet pars aucti est aucta. vt dicitur primo de generatione. Sed humidum radicale est principalis pars corporis humani. vt etiam isti concedunt. ergo aucto corpore humano necesse est humidum radicale augeri. et per consequens aliquid conuertetur in ipsum de extrinseco alimento et per actum virtutis nutritiue per quam fit augmentum in humano corpore. Conclusio secunda est. quod de talibus partibus que ad veritatem nature spectabant in tota vita hominis tot resurgent in homine quot sufficiunt ad integrandum perfectam staturam et figuram hominis. ad quam apta nata est natura humana pertingere circa tricesimum annum. semoto omni errore et impedimento. Quia vbi solus deus operatur ibi effectus non minus ad perfectum deducitur quam sit aptus natus deduci mediante quacunque virtute naturali remoto seu deposito omni errore et impedimento. Sed vt patet ex precedenti questione formationem corporum in mortuorum resurrectione solus deus operatur. et virtus naturalis producit corpus humanum ad perfectam staturam et figuram infra triginta annos. supposito quod non erret. sicut accidit circa fetus monstruosos. nec impediatur. sicut contingit in hominibus qui infirmantur: vulnerantur: membris truncantur: vel moriuntur priusquam secundum staturam corporis perficiantur. ergo etc. Maior patet. quia dei perfecta sunt opera. vt dicitur Deutero. xxxii. Patet etiam minor quantum ad omnes suas partes.

Probatur. ista videtur esse intentio apostoli ad Ephe. iiii. vbi ait. Donec occurramus omnes in virum perfectum in mensuram etatis plenitudinis christi. 2

Forte dicetur contra istam conclusionem quod multi resurgent in iudicio qui nunquam in tota vita sua habuerunt tot partes corporis spectantes ad veritatem humane nature que sufficiant ad integrandam perfectam hominis staturam. sicut apparet in his qui paruuli moriuntur. ergo saltem talium corpora in resurrectione non erunt perfecte stature.

Probatur. sicut multe referunt historie. et sicut etiam patet [illegible] textum philosophi. vii. ethicorum. multi quandoque fuerunt homines bestiales. qui consueto modo comederunt carnes humanas. Cum ergo tales carnes non possint in vtroque resurgere in comedente scilicet et comesto. sequitur quod alter istorum in resurrectione mortuorum non habebit corpus perfecte stature. Probatur. multa sunt membra corporis humani que non resurgent. ergo corpus resurgentis non habebit eque perfectam figuram sicut nunc habet. Consequentia patet. quia membrorum dispositio includitur in istius corporis figura cuius dicuntur esse membra. Antecedens probatur quia multa pro nunc sunt membra homini necessaria et vtilia. que pro tunc essent frustra et inutilia. sicut apparet de membris genitalibus. de dentibus et intestinis. Sed deus et natura nihil faciunt frustra. vt dicitur de ce. et mun. ergo etc. Ad primum dicendum quod in quibuscunque materia prehabita non sufficit in illorum resurrectione deus illam modicam materiam prehabitam in seipsa miraculose multiplicat. donec sufficiat ad talem perfectam staturam et figuram ad quam ille homo venisset per naturam. si absque errore nature et sine omni impedimento triginta annis vixisset.

Marginalia (left): Ad. 3. | Ad. 4. | Opinio secunda. | Contra ea. 1 | 2 | Conclusio secunda.

Marginalia (right): 1 | 2 | Instantia 1 | 2 | 3 | Solutio Ad. 1.

Ad.2. Ad secundū dicendū q illud qd comestū est. vel erat de veritate nature i vno. ꝛ sup̄fluū i altero. ꝛ tūc resurget i illo de cui⁹ veritate nature dicit fuisse. vel erat de veritate nature in vtroqꝫ. ꝛ hoc dupliciter. q2 vel erat eque d̄ veritate nature in vtroqꝫ. vel in vno magis q̄ꝫ in alio. Ad cui⁹ intellectū est aduertendū q

De hūido radicali ab sumpto.

humidū radicale. puta illud qd p̄les ꝯsequit a parētib9 p actū virtutis generatiue. est magis de veritate nature q̄ꝫ illud quo postea augetur qd ꝯsequit p actū virtut̄ nutritiue. Modo ponat casus q paruul⁹ hodie nat⁹ comedat a viro ꝛ mliere. ꝛ illud qd fuit humidū radicale in illo puulo cōuertat in sanguinē menstruū in muliere. ꝛ i viro in semē virile. Quo facto cognoscat vir iste illā mulierē. ꝛ ꝯcipiat tūc illud idē qd pri⁹ fuit materia humidi radicalis i p̄le comesta. hoc erit postea etiā materia humidi radicalis in p̄le cōcepta. Quo casu posito tūc resurget in p̄le comesta. quia aīa illi⁹ pri⁹ habuit habitudinē ad illā corporalem portionē q̄ꝫ aīa p̄lis sequētis. Si aūt in vno est magis d̄ veritate humane nature. tūc in illo resurget. ꝛ si alteri n̄ sufficit residua materia p pfecta statura ꝛ figura sui corporis. tūc de⁹ per suā potentiā multiplicabit hmōi materiā donec sufficiat

Ad.3. Ad terciū nego antecedēs. Ad p̄bationē dicendū q q̄uis talia mēbra in statu illo nō d̄seruiūt ad eundē vsū ad quē i statu isto deseruiūt. tamē nō erūt frustra. q2 ipis cōplebit pfecta hūani corporis figura. Sicut em̄ ocul⁹ i homie picto quāuis nō eliciat actū vidēdi. tamē nō est frustra. q2 deseruit ad cōplendū figurā hois iuxta intentionē artificis. Sic in p̄posito ꝛc̄.

Articulus secund⁹.

Quantū ad secūdū

articulū breuiter dico q loc⁹ reproboꝝ seu dānatoꝝ est infernalis ignis. ad quē locū etiā cū suis corpib9 detrudent sententiā extremi iudicij dicēte christo Math. xxv. Ite maledicti in ignē eternū. Sꝫ qualis sit iste ignis. ꝛ vbi sit. patebit circa distinctionē p̄xime sequentē. in qua tractat de habitaculis animarū post p̄sentē vitā.

Articulus tercius. Cōclusio prima.

Quātū ad tercium

articulū pono duas cōclusiones. Prima
1 est q corpora damnatoꝝ patient penā maximam ab igne ifernali. Quia sicut corpora beatorum se habebūt ad gloriā. sic se habebunt corpora damnatorū ad penā. Sed corpa beatorum glorificabunt celesti gloria que est sūma gloria corporalis. ergo corpa damnatoꝝ punient infernali pena que est maxima inter oēs penas quib9 corpus potest affligi. vt testant oēs doctores sancti

2 P. sicut anime beatorū meruerūt mediātib9 suis corpib9. sic anime reproꝫoꝝ peccauerūt ꝛ demeruerūt mediantib9 corporib9 suis. ergo sicut corpa beatorū resuscitabunt ad pcipiendū maximū premiū. sic corpora reproboꝝ resuscitabūtur ad pcipiēdū maximā penā que cōmuniter pena ignis solet appellari.

Instantia 1. Forte dicet cōtra istā cōclusionē. q in essentialiter ordinatis cessante primo ꝛ supiori. necesse ē oīe inferi⁹ ꝛ posteri⁹ a sua opatōne cessare. Sꝫ mot⁹ celi est ordine essentiali prior oīb9 motib9 istorum inferioꝝ. qui quidē motus celi cessabit i die extremi iudicij. igit post illū diē ignis nō poterit agere in corpa reproboꝝ. Maior patet. q2 si posteri⁹ posset suā operationē exercere sine priori. tunc nō dependeret ab eo. nec ꝯsequēs esset ordine essentiali posteri⁹ eo Minor quantū ad primā partē cōcedit ꝛ cōmuniter ponit tam a theologis q̄ꝫ a philosophis. Sꝫ quantū ad secundā partē a theolog̃ cōmuniter est cōcessa. ꝛ trahit a sacra scriptura. Apocal. x. vbi iurauit angel⁹ p viuentē in secula seculoꝝ. quia temp⁹ ampli⁹ nō erit. nec cōsequēs erit mot⁹. cū oīs mot⁹ fact⁹ a creatura tēpore mensuret

2 P. ignis inferni nō est corpalis. ergo nō est actiu⁹ in corpa reproboꝝ. Cōsequētia patet. q2 actiuū ꝛ passiuū debent cōmunicare in materia. sed qd nō est corporale nō cōmunicat i materia cū corpe. Antecedēs habet autoritate augu. qui sup Gen̄. ait. Substātiā inferioꝝ spirituale esse arbitror nō corpalē. Et idē augustin⁹ in li. de spiritu ꝛ anima ait. Nō sunt corpalia sꝫ corpib9 similia quib9 anime defunctoꝝ exute afficiuntur. Sed eodē igne afficiunt anime exute et corporib9 cōiuncte. Idē patet p Damas. qui i lib. q̄rto ait. Tradet dyabol⁹ ꝛ angeli ei⁹ in ignē eternū. nō materialē qualis est apud nos. sed qualē vtiqꝫ deus nouit. Itē gregorius in lib. dyalogoꝝ ait. Ignis iste cū sit incorpore⁹ in semetipo reptos cruciabit

Solutio Ad.1. Ad primū dicendū q licet maior sit vera manēte hoc ordine reꝝ ꝛ cursu naturali. tamē mutato isto ordine tūc nō est v̄a. Ad p̄batōeꝫ dicēdū q i punitōe reproboꝝ ignis infernal absolut p diuinā potētiā ab isto ordine ꝛ ab hmōi dependētia qua in sua operatōne a motu celi dependet. non enim quo ad hoc agit ipse ignis

Ad.2. in virtute celi. sʒ in virtute dei. Ad secūdū nego antecedēs. Ad pbationē dicendū q ignis infernalis vel infern⁹ potest dupliciter cōsiderari. Uno modo ƀm se ꝛ ■ ppria sua substantia. ꝛ sic vere est corpalis. Alio modo quātū ad passionē quā infligit his qui ex ordine diuine iusticie sue actōi subijciunt. ꝛ sic dicit spūalis. qꝛ vt cōmuniter dicit hmōi passionē nō infert actione reali. sʒ intētio naturali. Et p hoc patet ad autoritates augu. ꝛ grego. qꝛ ipi nō loquunt de isto igne ƀm q habet esse in se. sʒ ƀm q habet esse in ipō patiēte. ꝛ hoc esse est intētionale ꝛ p cōsequēs spūale. Ad dictū dam. dicendū q ipe nō negat simpliciter illū ignē esse materialē. sʒ solū negat eo modo quo iste ignis est materialis qui est apd nos. qꝛ ignis inferni habʒ materiā stabilē ita q nō indiget quotidie nouo cibo seu fomēto sicut ignis qui est apud nos.

Cōclusio secūda. Cōclusio secūda est q corpora reprobor post diē iudicij nūq̄ corrumpent licet maxime affligant.
1 Quia pena eor erit eterna. ergo ipa nō erūt vnq̄ corrupta. Consequētia patet. qꝛ cū pena sit accidens patiētis. ipa nō potest pperuari nisi ipo patiēte perpetuo manēte. Antecedēs habetur Matth. xxv. vbi de reprobis dicit. Ibūt hi in suppliciū eternū. Et Isa. vltimo. c. dicit. Ignis eor nō extinguet.
2 P. illud qd sic affligit q nō cōsumit hoc ex sua afflictōne non corrumpet. corpora reprobor post diē iudicij sic affligent q nō ɔsument. Maior patʒ. Et minor pbat. quia iob. x. vbi satis plixe describitur pena hois reprobati inter alia dicit sic.
3 Luet oīa que fecit nec tamē cōsumet P. incorruptibilitas quā. i. ad Chor. xv. aplus pdicat per mortuor resurrectionē esse venturā. nō solū verificat quantū ad animā. qꝛ etiā ante resurrectionē anima homis fuit incorruptibilis. sed verificat quantū ad totū cōiunctum. Sʒ totū cōiunctū nō posset esse icorruptibile si ipm corp⁹ homis quādoq corrūperetur.

Instantia 1 Forte dicet q prima ɔclusio huic cōclusioni cōtradicat. qꝛ oē corp⁹ qd a corpali igne est vere ꝛ intēse passibile. hoc est ab eo vere corruptibile. Sʒ corp⁹ cuiuslibet reprobati est intēsissime passibile ī inferno a corpali igne. vt dicit prima cōclusio. ergo erit ab eo corruptibile. cui⁹ oppositū ponit ista ɔclusio Maior patet. qꝛ esse impassibile videt eē cōsequēs necessariū ad esse incorruptibile. Unde bene sequit. corp⁹ glorificatū est incorruptibile. ergo est impassibile. ita q necessaria ɔseqntia cōuincit habere dotē impassibilitatis. Etiā corp⁹ celeste est incorruptibile. ergo necessario est impassibile. Uñ quāuis spera ignis attingat corp⁹ lune. tamē corp⁹ lune nihil patit ab igne. eo q sit incorruptibile. ergo arguēdo ab opposito ɔsequētis sequit. illud est passibile. ergo est corruptibile P. oē cōpositū ex 2
ɔtrarijs ƀm sui naturā est corruptibile. ꝛ p cōsequēs tandē corrumpet nisi dos impassibilitatis supnaturaliter sibi ɔferat. Sʒ corpa reprobor sūt cōposita ex ɔtrarijs. ꝛ ipis ñ ɔfert dos impassibilitatis. qꝛ talis dos tantūmodo inuenit in corpe glificato. g̃ ꝛc. P. oīs pas 3
sio igne facta abijcit a sbstātia. Sʒ corpa dānator ɔtinue sustinēt passionē illatā ab igne g̃ ppter ɔtinuā abiectionē sue substātie tandē penit⁹ ɔsument. P. agēs pdominās pa 4
tiēti assimulat sibi passū. ꝛ tandē ɔuertit ipm ī ppriā suā naturā. Sʒ ignis inferni pdominat illis corpibꝫ ꝛ agit ī ea. ergo videt q talia corpa ɔuertant in ipm ignē. ꝛ p cōsequēs ī suis naturis pprijs corrumpent. P. intēsus 5
dolor est via ꝛ quasi dispositio ad mortē Sʒ dolor inferni est intēsissimus dolor. ergo ꝛc.
P. si corp⁹ damnati homis semp duraret 6
tūc esset infinite virtutis. Cōsequēs est falsuʒ. vt de se patet. Probatio ɔsequētie. Positis ei duabꝫ rebꝫ quar vna potest durare p vnū annum ꝛ nō ampli⁹. alia vero potest durare vel habet vigorē durādi p duos annos. tūc planū est q secūda est maioris virtutis q̄ prima. qꝛ vigor quo durare potest p vnū annū adequat totū vigorē prime. ꝛ p ɔsequens toto illo vigore quo durare potest secūda p aliū annum excedit vigorē prime. Et eadē ratōne si ponit tercia q̄ durare potest p tres annos illa excedit secundā. Et sic deinceps in infinitū Ergo si aliqua res durare poterit in infinitū illa habebit virtutē infiniti vigoris. q̄ nō pōt cōpetere alicui creature P. nihil impedit p 7
petue ne tendat in illud ad qd naturaliter inclinat. Sʒ oē corpus humanū naturaliter tendit ad corruptiōnē ergo nō impediet perpetue a corruptōe. ꝛ ■ cōsequēs quādoq corrumpet. Maior patet. qꝛ quādocūq aliqua res impedit ne ptingat ad illud in qd naturaliter tēdit. tūc violēter impedit. Sʒ nullū violentū potest esse ppetuū. vt dicit pmo celi Probatō minoris. qꝛ qñcūq aliq res suo naturali cursui ꝛ suis naturalibꝫ pncipijs derelicta tēdit ī aliqd. tūc naturalit dicit tēdere ī illud. Sʒ qdlibet corp⁹ hūanū suo natali cursui derelictū tēdit ī corruptōeʒ. g̃ ꝛc. P. oē corp⁹ habēs materiā cū annexa sibi puatōe

est ꝓprie corruptibile. Sed corp⁹ cuiuslibet
dānati habet materiā cū priuatōe annexa. ergo
⁊c. Maior patet. i. phisi. ⁊ in mltis aliis locis
phie. Minor ꝓbat. qꝛ si materia dānati cor/
poris nō haberet annexā priuatōez. tūc nō pos/
set alterari. ꝓpter hoc eñ corpus celeste dicit
alterās inalterabile. qꝛ dato ꝙ habeat materi
am. tñ hmōi materia nō habet priuatōez an/
9 nexā. P. ex h aliqđ corp⁹ dicit incorrupti/
bile. qꝛ sua forma ita satiat ei⁹ materiā ꝙ non
potest appetere aliā formā. Sed materia cor/
poris dānati nō videt magis esse satiata for/
ma ꝙ̄ fuerat hic ī via. qđ patet ex hoc. qꝛ non
10. est min⁹ passibilis ꝙ̄ fuerat hic ī via. P. q̄/
cunqꝫ diuino iudicio ē iudicat⁹ ad maximā
penā. ille pena mortis nō debet esse imunis.
Sꝫ quilibet damnat⁹ est diuino iudicio de/
terminat⁹ ad sustinendū maximā penā. ergo ⁊c.
Minor ē nota cuilibet fideli. Maiorē ꝓbo.
qꝛ pena mortis est sūma omniū penaꝝ. Pro/
pter h eñ dicit. iii. ethico. ꝙ omniū terribiliū
11. termin⁹ mors est. P. ista videt esse intētio
beati augustini in lib. de natura boni. vbi ait.
ꝙ reprobi qꝛ volētes corrupti sūt in pctis. in
Cōtra ista uiti corrūpent in penis. Sꝫ ꝙ̄uis ista ab
aliquibꝫ hereticis ꝓ erroris sui velamine pos
sint adduci. tñ nō ꝯcludūt. Qꝛ ꝙ reprobi post
1 mortē resurgāt patet ex p̄cedenti q̄stione. Q
aūt post hmōi resurrectōez in suis penis ꝑpe
tue remaneāt. patet apoc. ix. vbi de damnatis
hominibꝫ dicit. In diebꝫ illis querēt hoīes
mortē ⁊ nō inuenient illā. ⁊ desiderabūt mori ⁊
2 fugiet mors ab eis. Possibilitatē etiā istiꝰ
.s. ꝙ corpa reproboꝝ nunꝙ̄ cōsumenī quāuis
ꝑpetuo igne crement. ꝯclarat beat⁹ augustin⁹
in lib. de ciui. dei. mltiplici exēplo ex his q̄ vi/
dem⁹ etiā in rebꝫ naturalibꝫ. Nā salamādra
viuit ī igne ⁊ nō cōsumit ab igne. Itē aurū
rutilat in igne. ⁊ nō ꝯsumit ab igne. Item
ponit exemplū đ montibꝫ sicilie. q̄ vt ait aug.
ab antiq̄ssimis tēporibꝫ arserūt. ⁊ tñ nōdum
cōsumpti sunt. Et si de illis montibꝫ mira
bat augustin⁹. mlto magis nos mirari possu/
mus. qꝛ nec hodierna die apparet ꝯsumptio
illoꝝ montiū. quāuis eoꝝ cōtinua inflāma/
3 tio videat. P. in legēda sancti nicolai legit
ꝙ in partibꝫ orientis quidā ignis inuenit qui
manū sibi appositā vehemēter affligit. ⁊ tñ đ
hmōi manu sibi apposita nihil cōsumit. Ex
quibꝫ omībꝫ apparet satis esse possibile. ꝙ cor
pora reproboꝝ igne perpetuo cruciant. ꝙ̄uis
quo ad eoꝝ substantiā minime corrumpant
Solutio ad 1. Ad primū dicendū. ꝙ posito ꝙ maior esset

vera supposito naturali cursu reꝝ quē ꝑ nūc
cōmuniter videm⁹. tamē isto cursu mutato nō
est vera. qꝛ nulla causa secūda agit nisi ꝓut re
cipit influentiā cause p̄me. vt patꝫ autorē đ
causis. hmōi autē influētia ꝓcedit a p̄ma cau
sa que est ipē de⁹ libere ⁊ nō ex necessitate natu
re. vt patet ex his que dixi lib. ii. dist. i. q. ii. ar
ti. iii. igit de⁹ potest per liberā suā influentiā ig
ne coopari tali modo vt corpi humano infe/
rat passionē maxime afflictiuā ꝙ tamē ex hoc
nō coopabit ei vt inferat corruptionē. Et si/
militer poterit īfluere humano corpi ad hoc
vt recipiat ignis vel cuiuscūqꝫ alteri⁹ corpis
actionē ꝓut est afflictiua. nō influendo eidez
corpori ad recipiendū hmōi actionez ꝓut est
corruptiua. Quāuis eñ s̄m cursū nature cō/
munē si quis gladio ꝑforaret cor alicui⁹ ho/
minis. iste suā actōne ita inferret tali homini
lesionē ꝙ etiā necessario inferret corruptionē.
tamē si de⁹ influeret illi cordi ad recipiendūz
hmōi ꝑforationē ꝓut est lesiua seu afflictiua.
⁊ non ꝓut est corruptōnis inductiua. tunc si
omī die cor illi⁹ hominis centies penetraret.
quāuis multū ex hoc affligeret. tamē nunꝙ̄
ꝓpter hmōi lesiuas penetratōnes moreretur.
Sic in ꝓposito ⁊c. Ad ꝓbationē dicendū
ꝙ esse impassibile nō est necessariū cōsequens
ad esse incorruptibile. supposito ꝙ diuina in
fluentia assistat rei ad recipiendū actionē agē
tis ꝓut est passionis illatiua. ⁊ nō ꝓut est cor
ruptiua. hoc eñ posito tūc res est incorrupti
bilis. quāuis sit vere passibilis. Ad secun Ad. 2.
dū dicendū ꝙ maior nō est vera cessante mo/
tu celi ⁊ mutato ordine reꝝ modo predicto.
Ad terciū dicendū ꝙ maior nō est v̄a sup Ad. 3.
posito ꝙ deus influat ad hoc ꝙ fiat passio. ⁊
nō influat ad hoc ꝙ substantie fiat abiectio.
Ad quartum dicendum ꝙ quāuis agens Ad. 4.
ex hoc dicat p̄dominari patienti ꝙ imprimit
ei suā similitudinē. tamē nō cōuertit ipm ī na
turā suā ex hoc ꝙ imprimit ei suā similitudi/
nē quantū ad formas accidētales. nisi etiā ta
lis imp̄ssio fiat quantū ad formā substātialē.
Cū igit de⁹ s̄m fidē nostrā nō cooperet infer/
nali igni ad hoc ꝙ suā formā substātialez in/
ducat in corpa damnatoꝝ. sꝫ solū cooperet ei
ad hoc. vt in hmōi corpora inducat suas for
mas accidentales. ⁊ hoc vel realiter. vt dicit
vna opinio. vel intentōnaliter vt ponit alia
opinio. igit quāuis ille ignis hmōi corpa af/
fligat inducendo q̄litates valde lesiuas. ipa
tñ nō ꝯuertit ī naturā ignis. nec ꝑ ꝯñs hmōi
corpa ꝑ corruptōez recedēt a ꝓpiis suis natis

Ad.5. Ad quintū dō. ꝙ maiorī est vniūsalit̄ fa
qꝛ qñqꜫ mediāte intenso dolore aliq̄s curat̄ a
mortali dispositōe. Dato etiā ꝙ illa maior
esset vera ₰m ordinē nature. tñ nō esset vera
₰m ordinē diuīe iusticie. Cū ğ corpa reprobo
rū ab igne inferni grauissime patiant̄ nō ₰m
ordinē nature. ſꜫ ₰m ordinē diuie iusticie. iō
Ad.6. ꝛc. Ad sextū nego ꝯsequentiā. Ad ꝓbatio
nē dicendū ꝙ ex maiori duratōe nō pt argui
maior virt⁹ in vigore. qꝛ sepi⁹ videm⁹ ꝙ res q̄
est minoris virtut̄ ꝛ vigoris diuti⁹ durat. qꜫ
illa q̄ est maioris virtut̄ ꝛ vigoris. citi⁹ ei cor
rumpit̄ hō viu⁹. qꜫ vilis lapis in q̄ est hō pi
ctus vel sculpt⁹. Et qñ dicit̄ ꝙ vigor quo res
duoꝝ annoꝝ durauit ꝑ vnū annū adequat
ꝛc. dico ꝙ ex hoc nō habet̄ adequatio virtut̄.
quāuis habeat̄ cōmensuratō duratōis. nec ex
ħ ꝙ durat annū sequentē excedit in virtute
qꜫuis excedat in duratōe vel in virtutis cōti
nuatōe. qꝛ nihil ꝓhibet rem minoris virtut̄
qñqꜫ longiori tp̄e durare. ꝛ ħ vel qꝛ mag̃ elō
gata est a suo ꝯtrario. vel qꝛ mag̃ ꝯseruat̄ ab
extrinseco. Ex hoc etiā iste mod⁹ arguendi
patet esse falsus. qꝛ ꝑ istū modū ꝓbaret̄ ꝙ nul
la substātia creata esset incorruptibilis. cū nl
la talis substātia sit infinite virtut̄ in vigore
qđ tñ falsū est nō solū apud theologos: verū
etiā apud ph̄os q̄ ponūt celū esse incorrupti
bile. ꝛ aīam intellectiuā ꝛ quālibet intelligen
tiā. Etiā dato ꝙ istud esset alicui⁹ apparē
tie agentib⁹ ꝛ patientib⁹ derelictis suis cursi
bus naturalib⁹. tñ istis reductis ad diuinā
potentiā. tūc ista deductio nulli⁹ est apparen
tie. qꝛ de⁹ rem minime virtutis posset semꝑ in
esse cōseruare. Et dato ꝙ ex sua natura eēt cor
ruptibilis. tñ de⁹ posset semꝑ suspendere actio
nē corrūpentis inq̄tū hmōi actio esset corru
Ad.7. ptiua. Ad septimū nego minorē. qꝛ postq̄
cessabit mot⁹ celi q̄ est principiū generatōis
ꝛ corruptōis in reb⁹ inferiorib⁹ tūc corp⁹ hu
manū nō tendet naturaliter in corruptionē.
qꝛ ₰m ordinē quē ꝑ tūc de⁹ instituet hmōi cor
pus erit incorruptibile. Oportet eñ corrupti
bile hoc induere incorruptionem ꝛc. sicut ait
apl's. i. ad Chor. xv. Ad ꝓbationē patet. qꝛ
nō arguit nisi đ naturali cursu reꝝ quē ꝑ nūc
videm⁹. ꝛ nō de illo cursu quē post hāc vitā
Ad.8. expectam⁹. Ad octauū nego minorē. qꝛ pri
uatio nō dicit solā carentiā alicui⁹ forme. sed
dicit carentiā cū aptitudine ad eā. vt patet. i.
phisi. Sꜫ materia illoꝝ corpoꝝ post mortuo
rū resurrectionē qꜫuis multis formis substā
tialib⁹ careat. tñ ad nullā habet aptitudinem
naturalē. cui⁹ ratio est. qꝛ omī aptitudini na
turali se tenēti ex pte potētie passiue respōdet
natura aliq̄ potētia actiua qua hmōi aptitu
do est ad actū reducibilis. Sꜫ cessante motu
celi. tūc in tota natura creata nō apparet aliq̄
potētia actiua qua possit aliq̄ alia forma sub
stantialis induci in materiā illoꝝ corpoꝝ. er
go ꝑ tūc nō erit in illis corporib⁹ aptitudo na
turalis ad formas substātiales quib⁹ carent.
Forte dicet̄ ꝙ virtute diuīa possūt alie for Instantia
me substātiales induci ī materiā illoꝝ corpo
rū. ğ hmōi corpa saltē in ordie ad diuinā po
tentiā habēt aptitudinē ad recipiendū alias
formas substātiales. ğ ꝛc. Rñdeo ꝙ talis Solutio
aptitudo ñ est naturalis. ſꜫ solū obedientialis.
ꝛ hec aptitudo nō ponit̄ in descriptōe priuati
onis. alias ꝑuatio esset āņexa materie celi. qꝛ
etiā in materia celi est obedientialis aptitudo
ad recipiendū omnē formā quā de⁹ voluerit
inducere in ipam. Ad ꝓbationē minoris
cū dicit̄. si nō haberet priuationē annexā. tūc
nō posset alterari. dicēdū ꝙ loquēdo de priua
tione forme substātialis. tūc falsa est ꝯseq̄ntia
qꝛ dato ꝙ aliq̄ corpalis substātia non habeat
naturalē aptitudinē ad aliā formā substātia
lē. tñ ex ħ nō sequit̄ ꝙ nō possit alterari. qꝛ al
teratio nō est mutatio ₰m formā substātialē
ſꜫ solū ₰m accidentalē. Corpa igit̄ damnato
rū vere alterant̄ qꜫuis nō corrūpant̄. qꝛ nō so
lū calore veꝝ etiā frigore patiunt̄. iuxta illud
Iob. xxiiij. de aq̄s niuiū vadunt ad calorē ni
miū. tñ nō corrūpunt̄. qꝛ talis alteratio nō di
sponit ad corruptionē. vt patet ex solutōe pri
mi argumēti. Ad nonū dicendū ad maio Ad.9.
rē ꝙ nō solū corp⁹ pt esse incorruptibile ꝑpter
satietatē sue materie. ſꜫ etiā ꝑpter mutationē
ordinis virtutū actiuaꝝ potentiū corrūpe ta
le corp⁹. ꝛ ꝑpter ħ ꝙ de⁹ pt suspēdere actionē
cuiuslibet agētis respectu talis corpis inq̄tū
hmōi actio pt esse corruptiua. dato ꝙ nō su
spendat eā. ſꜫ poti⁹ ꝑ omipotētie sue influētiā
coagat ei inq̄tū est afflictiua seu alteratiua.
Etiā minor nō est vera. qꝛ appellādo ma
teriā satiatā q̄ nō habet naturalē aptitudinē
ad aliā formā substātialē. tūc materia corpis
dānati erit satiata. qꜫuis in via nō fuerit satia
ta. qꝛ ꝑpter causas ꝑdictas tūc nō habebit na
turalē aptitudinē ad aliā formā. qꜫuis in via
habeat hmōi aptitudinē. Qꜫ autē manet
passibilis passione afflictiua. ħ nō est ex natu
rali reꝝ ordine. ſꜫ ex diuina volūtate. ꝛ ex or
dine diuine iusticie. Ad decimū dicendū Ad.10.
ꝙ qꜫuis dānati non corrūpant̄ q̄tū ad sbam

suā. tñ nõ sunt immunes a pena mortis. semper eñ dānati sustinēt talē penā q̄ mlto maiorē videt q̄ sit pena hoīs morientis. Propter qđ pena dānatoꝝ dicit mors ꝑpetua. qꝛ ꝛ si ñ formaliter. tñ equivalēter includit penā cuiuslibet mortis tpaliter trāseuntis. Ad.11. Ad vndecimū dicendū q̄ beat⁹ augustin⁹ nõ loquit ibi de corruptõe substātie. sꝫ [redacted] corruptõe seu priuatione oīm accidentiū ad quietē ꝛ felicitatē spectantiū. qꝛ sicut in p̄senti vita ipi repbi voluntarie sunt corrupti q̄tū ad bonū virtutis et meriti. sic i futura vita inuiti corrūpent ꝛ spoliabunt q̄tū ad bonū felicitatis ꝛ p̄mij.

Articulus quart⁹.

Quātū ad quartuꝫ

articulū necesse est quilibet fidelē xp̄ianū fateri aīaꝫ hoīs dānati etiā q̄n est a corpe separata pati ab igne infernali. alias nõ possem⁹ saluare euangelicā veritatē. Qꝛ vt pꝫ Lu. xvi. aīa diuitis cruciabat infernalib⁹ flāmis. ergo ꝛc. Istud etiā patet autoritate beati augustini in lib. de ciui. dei. vbi ait. Adherebūt spirit⁹ incorporei corporeis ignib⁹ cruciādi. accipientes ab ignib⁹ penā. nõ dantes ignib⁹ vitā. Sꝫ vt mod⁹ appareat q̄ ignis agit i spiritū. ideo arguā ꝯtra istā ꝯclusionē. ꝛ argumentis r̄ndendo tangā illū modū. Ex intentõe igit hereticoꝝ infernalē penā negantiū pt arguī sic.
Instantia 1 Si ignis agit in spūm. aut h̄ facit virtute corpali: aut spūali. Si corpali. tūc nulla erit ꝓportio inter ignē agentē ꝛ aīam patientē qđ est incōueniēs. qꝛ ad h̄ q̄ agēs agat ꝛ patiens patiat. optet esse ꝓportionē inter ea. Si spūali. tūc accidēs esset nobili⁹ suo subiecto. qꝛ spūale est nobili⁹ corpali.
2 P̄. oēme agens corporeū agit p ꝯtactū. Ista patet p̄mo d̄ generatõe. Sꝫ inter ignē corporeū ꝛ spūm ñ pt esse ꝯtact⁹. ğ ꝛc.
3 P̄. solū illa q̄ cõicant i materia agūt ꝛ patiunt ad inuicē. Ista patet per aresto. in multis locis phie. Patet etiā [redacted] boetiū in lib. d̄ duab⁹ naturis. Sꝫ aīa separata vl spūs nõ habet materiā cōmunē cū igne
4 P̄. oēme agēs p̄stanti⁹ ꝛ nobili⁹ est passo. Ista patet p augustinū. ij. sup gen. ꝛ. vi. musice sue. Patet etiā p aresto. iij. de aīa. Sꝫ ignis nõ est nobilior spū. igit ignis nõ pt agere in spūm. His ꝛ alijs silib⁹ sophismatib⁹ poterāt aliq̄ phi ac etiā falsi xp̄iani moueri q̄ dicebāt nullā sbāꝫ separatā a materia posse pati aliq̄ pena.
Cōtra hereticā opinionē. 1 Sꝫ istud nõ valet. Qꝛ opposita apta nata sunt fieri circa idem. cū igit sba separata sit capax delectationis. igit etiā est capax pene. ꝛ p ꝯsequēs nõ est impossibile sbam a materia sepatā pati aliquā penā. Nec valet si daret instātia de deo q̄ sūme delectat. vt patꝫ. xij. metha. ꝛ tñ nl la pena pt caderei ipo deo sm q̄ de⁹ est. qꝛ delectatio dei idē est qđ essentia dei. ꝛ iō hmōi delectatõi nihil est ꝯtrū. nulli⁹ autē creature delectatõ est idē qđ essentia sua. ꝛ ideo tali delectationi pena pt esse ꝯtra.
P̄. oēme qđ cōtingit amare illud q̄ pt p̄uari. ꝛ qđ ꝯtingit odire illud qđ ꝯ volūtatē suā sibi pt ꝯiūgi. h̄ pt penā pati. Sꝫ ꝟtute diuia spūs a materia sepatus pt p̄uari aliq̄ qđ amat. ꝛ pt ꝯ suā volūtatē cōiungi ei qđ odit. ğ nõ ē impossibile talē spūm pati. Maior patet. qꝛ q̄to res magis amat: tāto ei⁹ priuatõe amās mag⁹ affligit. ꝛ quāto aliq̄d mag⁹ odit tāto odiēs mag⁹ torquet si ꝯ volūtatē suā sibi ꝯiungit. Minor etiā patet. qꝛ si daꝛ oppositū. tūc de⁹ nõ esset omīpotens nec ei⁹ virt⁹ esset infinita. 2
Et ex h̄ etiā patꝫ q̄uo [redacted] facto aīa a corpe separata vl etiā ipe demon patiunt. ꝛ q̄tū ad penā dāni ꝛ q̄tuꝫ ad penā sensus. Mod⁹ q̄ patiūt spiritus dānatoꝝ. Patiūt eñ penā dāni ex eo q̄ se ꝑpetue p̄uatos cognoscūt eterne felicitatis quiete. ꝛ sūmi boni seu vltimi finis delectabilissima fruitione. quā naturalr oīs creatura intellectualis affectat. Et patiunt penā sensus. ex eo q̄ ꝯ eoꝝ volūtatē flāmis infernalib⁹ cōiungūt. q̄s quidē flāmas ꝯtinue app̄hendūt p modū sūme odibilis ꝛ maxie nociui Ista tñ ꝯiūctõ flāmaꝝ infernaliū aliter se habꝫ ad aīas ꝛ demones q̄ p nūc sūt i inferno. ꝛ aliter ad demones q̄ sunt i isto aere p nr̄o exercitio. Nā hi q̄ sūt in inferno ꝯiūcti sunt talib⁹ flāmis localit ꝛ mētaliter. Sꝫ hi q̄ h̄ sunt nobiscū hmōi flāmis ꝯiungunt ñ localit. qꝛ alias hmōi flāme cōburerēt hūana corpa vexata p demonia. etiā incenderēt aerē circa nos quē inhabitāt hmōi demones. Sꝫ ꝯiungunt mentaliter. Qꝛ sicut boni angeli q̄ mittunt ad nos p nr̄a custodia q̄n sunt apud nos nõ sunt in celo localiter. tñ sunt i celo mētaliter. n̄ carēt celoꝝ gloria ꝛ felicitate eterna. sic mali angeli q̄n sunt apud nos sunt in flāmis infernalib⁹ mētaliter. qꝛ diuīo iudicio app̄hensio illaruꝫ flāmaꝝ ꝯtinue ipis imprimit. q̄ impssione ipsi affligunt sine intermissione nõ min⁹ si de⁹ voluerit q̄ si hmōi flāmis localiter iūgerent. Agit eñ hmōi ignis in spūm damnatū sicut diuie volūtatis instrumentū. ideo nõ minus pt agere in spūm localit absentē. q̄ in p̄sentē. qꝛ virt⁹ diuia nõ est alligata p̄sentie locali. iō nõ min⁹ in absentē q̄ in p̄sentē demonē pt de⁹ mediantib⁹ hmōi flāmis imprimere penam

Solutio infernalē. Et ħ modo pt intelligi illud vulga tū ꝓuerbiū quo dicit̄ ꝙ demon portat ignē in fernalē secū quocūq; vadit. Ad primā in-

Ad.1. stantiā dicendū ꝙ illa diuisio est insufficiens qr dabit̄ terciū mēbꝝ. s. ꝙ simul agat ꝟtute cor porali ꝛ virtute spūali. qr q̄uis ille ignis agat in spūm virtute corpali. ħ tñ non facit nisi vt innitit̄ virtuti spūali. puta vt tanq̄ instrumē tū diuine iusticie in hmōi actōne dirigit̄ sin- gulariter ꝛ mouet̄ a diuia volūtate Ad pri mā partē minoris dicendū ꝙ licz virt⁹ corpa lis ipi⁹ ignis nō sit ꝓportionata ad ħ vt agat in spūm. tñ vt innitit̄ volūtati diuie tanq̄ in strumentū suo principali motori. sic sufficiē- tē habet ꝓportionē ad agendū in spūm. Ad ꝓbationē secūde ptis negāda est ꝯsequētia. qr illa virt⁹ spūalis nō est accidēs ignis. nec est subiectiue i ipo igne. cū sit realiter ipa volūtas

Ad.2. diuina. Ad secundū nego minorē. qr licet ignis nō possit tangere spūm vt innitit̄ virtu ti ꝓprie. tñ hoc poterit vt est instrumentū vir tutis diuine Etiā dato ꝙ nō tangat spūm tactu naturali ꝛ materiali. tñ tangit eū tactu imateriali vt apphēdit̄ a spiritu dānato tā- q̄ instrumētū executiuū diuie iusticie ipi spi ritui dānato sūme displicibile. Ad terciū

Ad.3. dicendū ꝙ quāuis maior sit vera loquēdo de agentibꝫ naturalibꝫ vt suis ꝓprijs virtutibꝫ innitunt̄. tñ nō est vera vt a virtute diuina in strumētaliter dirigunt̄. Ad quartū dicen

Ad.4. dū ꝙ q̄uis maior sit aliquo modo ꝟa d̄ agē- te principali. tñ nō est vera loquēdo de agēte instrumētali. nō eñ oportet instrumētū eē sim- pliciter nobili⁹ eo in qd̄ agit. sz sufficit ꝙ illd̄ sit nobili⁹ virtute cui⁹ ipm instrumentū diri git̄ ꝛ mouet̄ in hmōi actōne. Etiā minorē negāt quidā doctores dicētes ꝙ ratōne pecca ti spūs efficit̄ inferior ꝛ ignobilior igne Sz ista solutio patit̄ calūniā ex dictis beati augu stini q. ij. de libero arbitrio ait. ꝙ substātia spi ritualis q̄tumcūq; peccet nobilior est nobilis simo corpe. igit̄ prima solutio videt̄ mihi esse melior. ꝛ magis ad ꝓpositū. Ad argumē-

Ad princi pale argu. tū pncipale dicēdū ꝙ postq̄ cessauerit motus celi. tūc q̄uis corp⁹ dānatū iudicio diuie iu- sticie maneat passibile. nūq̄ tñ corrumpet̄. vt patet ex dictis i tercio articulo isti⁹ q̄stionis i solutōe pme instātie.

Distinctio quadragesimaq̄nta.

Reterea sciē dū. Postq̄ mgr̄ tractauit [illegible] aīaꝝ humanaꝝ ad sua corpa reunione. nūc i ista q̄dragesima q̄nta distinctōe insinuat qualē statū habent hūane aīe q̄n sunt a suis corpibꝫ sepate Et di uit in duas ptes. Qr pmo tractat d̄ statu aīa rū existentiū in purgatorio. Secūdo de statu aīaꝝ existētiū in inferno. dist. xlvi. ibi. Sz q̄ rit̄. Et qr existētes i purgatorio iuuari poterūt eccl'ie suffragio. ideo duo facit. Nā pmo mgr̄ tractat de suffragijs eccl'ie militātis. Secūdo de suffragijs eccl'ie triūphātis. ibi. Sz iteruz q̄rit̄. Prima i duas. Qr pmo ondit qualiter aīas sepatas q̄tū ad eoꝝ statū ꝛ receptacula ꝯtingit variari. Scd̄o innuit in q̄ statu ex- stētes poterūt suffragijs adiuuari. ibi. Neq; negandū est. Et hec diuidit̄ in tres ptes. Qr pmo ondit q̄ sint ille aīe q̄ suffragijs adiuuāt̄ Scd̄o innuit p q̄ adiuuant̄. Tercio ostendit q̄tū adiuuāt̄. Scd̄a ibi. De pōpis ꝟo. Ter cia ibi. Solet moueri Sequit̄ illa ps. Sz iteꝝ q̄rit̄. Et diuidit̄ i duas partes. Nā pmo ondit q̄ūo suffragia eccl'ie triūphantis psunt aliquibꝫ defunctis. Scd̄o q̄ūo solēt ꝓdesse etiā in ħ mūdo viuis. Scd̄a ibi. Sed forte q̄ris

Hec est diuisio ꝛ snia isti⁹ distinctōis i ge nerali. circa quā q̄ro in speciali.

v Trū suffragia viuoꝝ psint aīabꝫ de- functoꝝ Videt̄ ꝙ n̄. Qr sic se hñt mala ad obesse. sic bona [illegible] ꝓdesse. sz mala viuoꝝ nō possūt nocere vl' obesse defun- ctis. g̃ nec bona viuoꝝ possūt ꝓdesse defunctis.

Cōtra. suffragia viuoꝝ valēt pro absolu- tione pctōꝝ ipoꝝ defunctoꝝ. g̃ suffragia viuo rū psunt aīabꝫ defunctoꝝ. Cōseq̄ntia patet. Sz antecedēs d̄ plano habet̄. ij. Mach. xij. vbi dicit̄. Sācta g̃ ꝛ salubris est cogitatio p defunctis exorare vt a peccatis soluant̄. Hic primo videndū est vtꝝ aīabꝫ defunctoꝝ cōue niāt aliq̄ corpalia habitacula. Scd̄o q̄lia sint ista habitacula. ꝛ in quibꝫ mūdi partibꝫ sint situata. Tercio vtꝝ defunctis ꝓdesse valeāt viuoꝝ suffragia. Et q̄rto vtꝝ sancti cognoscāt nr̄as pces seu rogamina.

Quantū ad primū Articulus primus

negare nō possum⁹ aīas defunctoꝝ ad aliq̄ lo ca corpalia destinari. Nam Luc. xvi. dicit̄. ꝙ mortu⁹ est diues ꝛ sepult⁹ est in inferno. Et ibidē dicit̄. ꝙ lazar⁹ mortu⁹ duct⁹ est ab ange lis in sinū abrae. Pro sufficiētia aūt hmōi Nota. locoꝝ est aduertendū. ꝙ post mortē hoim aīe eoꝝ imediate destinant̄. vel ad locū glorie. vl'

ad locũ pene. Si ad locũ glorie. sic loc⁹ aiaꝝ
dicitˀ celũ empireũ. Et iste loc⁹ subdiuiditˀ in
nouē portiōnes ẜm nouē angeloꝝ ordines. in
quibꝫ collocātˀ aīe beatoꝝ iuxta varietatē gra
duũ suoꝝ meritoꝝ. vt apparet ex his q̄ dixi li
bro. ij. dist. ix. arti. ij. Si autē ad locũ pene. h̄
cōtingit dupliciter. qꝛ vl' in hmōi locis est pe
na sensus ⁊ pena dāni siml'. vel pena dāni tm̄.
Et q̄libet istaꝝ ptiũ adhuc subdiuiditˀ p tpa/
le ⁊ eternũ. Et ẜm hoc quattuor possũt distin
Infernus
gui loca penaꝝ ipsaꝝ aiarũ. Quoꝝ prim⁹
est infernus ꝓprie dictus. qui est locus perpe/
tue damnatorum. qui tam pena sensus ꝙ pe/
na damni ꝑpetue punientˀ. Et ad hũc locuꝫ
null⁹ descēdit nisi q̄ cũ mortali peccato in hac
vita ꝑsonaliter ꝑpetrato sine vera pñia ab hac
Purgato/
rium.
vita decedit. Ali⁹ loc⁹ penaꝝ est loc⁹ purga
tori⁹. in quo siml' est pena sensus ⁊ dāni. vtra
ꝙ tamē tpalis. Et ad hũc locũ descendũt ani
me illoꝝ qui in peccato veniali ab hac vita de
cedũt. vel qui de suis peccatis etiā mortalibꝫ
vere cōtriti nō tamē satisfecerũt. Terci⁹ lo
Limbꝫ p/
uloꝝ.
cus est limbꝫ paruuloꝝ in solo originali pec
cato decedentiũ. quibꝫ nulla pena sensus debe
tur. eo ꝙ nullũ cōmiserũt peccatũ actuale. de/
betˀ tamē eis ꝑpetua pena dāni. q̄ est carentia
diuine visionis ⁊ beate fruitōnis. eo [illegible] ꝑpetue
peccato originali maneāt maculati Quar
Limbꝫ pa
trum.
tus loc⁹ dicitˀ limbꝫ patrũ. Ad quē locũ sācti
patres descenderũt anteꝙ xp̄s virtute sue pas
sionis ianuā regni celestis aperuit. In q̄ loco
erat pena dāni tantũ. ⁊ eadē tpalis. qꝛ ad hũc
locũ xp̄s post passionē suā descēdit. ⁊ sanctos
patres cũ ceterꝭ fidelibꝫ ibidē existentibꝫ inde
liberauit. Hic loc⁹ alio noīe dicitˀ sinus
abrae. qꝛ abraaꝫ dicitˀ pater fidei. eo ꝙ ip̄e pri
mus vnũ verũ deũ adorauit. ⁊ ip̄m adorādũ
signaculo circũcisionis assumpto oībꝫ suis
posteris insinuauerit. Et qꝛ ad hũc locũ solũ
fideles ⁊ p̄destinati colligebātˀ. ideo hmōi lo/
cus sin⁹ abrae est appellat⁹ Sꝫ postꝙ xp̄s
ianuas celi apꝑuit. tũc sin⁹ abrae dicitˀ loc⁹ glie
scilicet ip̄m celũ empireũ. in q̄ oēs purgati
fideles quasi in loco quietis ⁊ trāquillitatꝭ se
curissime stationis ꝑpetue letabuntˀ. Et dicitˀ
sin⁹ trāssumptiue a maris tranquillitate. Qꝛ
ẜm papiā. sin⁹ multipliciter dicitˀ Et vno mo
do significat portũ maris in q̄ naues trāquil
la securitate locantˀ. Et isto modo accipiē/
do sinũ abrae oram⁹ in exequijs defunctorũ.
vt aīe eoꝝ p man⁹ sanctoꝝ angeloꝝ in sinum
abrae deducantˀ. Et ex his patet ꝙ qñꝙ fu
erũt q̄ttuor loca penarũ ipaꝝ aiaꝝ post hanc
vitā. s. infern⁹: loc⁹ purgatori⁹: limbꝫ pueroꝝ:
⁊ sin⁹ abrae. put accipiebatˀ p limbo patꝝ. In q̄
rũ primo fuit pena ꝑpetua tā sensus ꝙ dāni.
In secũdo pena tpalis tā sensus ꝙ dāni. In
tercio pena dāni ꝑpetua. Et in q̄rto pena dā/
ni tpalis. Et qꝛ hunc quartũ locũ xp̄s de/
struxit quādo ad inferna descēdit. ⁊ suos fide
les liberauit. ideo adhuc restāt tria. s. infern⁹
loc⁹ purgatori⁹: ⁊ paruuloꝝ limbꝫ. Post ex/
tremũ vero iudiciũ nō erit vlteri⁹ loc⁹ purga
tori⁹. qꝛ p tũc cessabit oīs pena tpalis. Ideo
vltimate solũ manebit infern⁹ ꝓprie dict⁹. et
paruuloꝝ limbꝫ. In q̄ quidē limbo dicitˀ esse
pena mitissima. qꝛ illoꝝ paruuloꝝ pena est si
ne afflictōe. eo ꝙ sit sine remorsu cōsciētie. Ui
dent eñ ꝙ nunꝙ fuerũt habiles ad cōsequē/
dā gloriā diuine visionis ⁊ eterne fruitōnis.
⁊ ideo sicut prudēs homo nō dolet nec habet
in se remorsũ cōsciētie de hoc ꝙ nō p̄t volare.
qꝛ videt ꝙ ad hoc nō est habilis: nec vnꝙ fu
it habilis. Sic in ꝓposito ⁊c. Totalitˀ aũt
p oppositũ est de dānatis in inferno. qꝛ ip̄i cō
siderāt ꝙ potuerũt cōsequi illā eternā iocũdi/
tatē si voluissent. Uidēt etiā ꝙ ꝓpter peccata
ab ip̄is voluntarie ⁊ ꝑsonaliter ꝑpetrata. ip̄si
priuati sunt tali beatitudine. ideo pena dāni
est in eis maxime afflictiua. qꝛ maximũ facit
remorsũ ꝯsciētie. Et ideo hmōi pena dāni q̄
ad eos appellatˀ vermis ꝯscientie. de q̄ verme
dicitˀ Isa. vlti. Uermis eoꝝ nō moritˀ For/ Instantia
te dicetˀ ꝙ post hanc vitā animā a corpe sepa/ 1
tam recipi in loco corpali sit cōtra intentōeꝫ
beati augustini. qui. xij. sup Gen̄. ait. Ad cor
poralia loca animā nō ferri nisi cũ aliquo cor
pore. P. oē qd̄ habet locũ corporalē hoc 2
magis cōuenit cũ illo loco qui sibi ratōnabi
liter deputatˀ: ꝙ cũ alio loco. sꝫ sp̄us nō habet
maiorē cōuenientiā cũ vno loco ꝙ cũ alio. er
go ⁊c. Ad primũ dicendũ ꝙ quāuis ferri
ad locũ circũscriptiue nō cōueniat aīe sepate Solutio.
nec alicui spiritui. tamē ferri ad locũ ⁊ esse ī lo Ad. 1.
co diffinitiue h̄ ꝯuenit cuilibet creato spiritui
⁊ p ꝯsequēs etiā cōuenit ip̄i aīe sepate. vt pro
baui libro p̄mo. dist. xxxvij. arti. ij. Ad se/ Ad. 2.
cundũ dicendũ ꝙ sp̄us dupliciter p̄t ꝯsidera
ri. Uno mō ẜm substantiā suā: Alio mō ẜm
statũ ⁊ opatōeꝫ quā exercet vl' q̄ circa ip̄m ex
ercetˀ. Modo licet minor sit ꝟa ꝯsiderādo spi
ritũ ẜm sbam suā. tñ ꝙtũ ad statũ ⁊ opatione
nō est ꝟa. qꝛ ꝯgruit sp̄m bonũ ꝙtũ ad statũ
suũ diffiniri ⁊ determinari ad locũ gloriosuꝫ.
⁊ ecōtra sp̄ũꝫ malũ ꝯgruit esse ī loco vilissimo
vt ex h̄ mai⁹ suppliciũ patiatˀ.

Articulus secund⁹.

Quantū ad secūdū

articulū de situ ꝛ q̄litate celi empirei qd̄ est lo/
cus gl'ie nihil dicā ad p̄sens. q2 d̄ his dixi lib.
ij. dist. ij. q. ij. arti. i. Restat igit᷑ solū dicen
dū d̄ situ ꝛ q̄litate locoꝝ ipi⁹ pene. Circa q̄

Cōclusio prima.

est sciēdū q̄ sm cōmuniorē opinionē infern⁹
1 habet esse i medio ipi⁹ terre. Q2 rōnabile esse
videt᷑ q̄ imūdis ꝛ vilibꝫ pctōribꝫ p carcere ꝑ/
petuo correspōdeat loc⁹ vilissim⁹. talis aūt est
i medio terre vbi tanq̄ ad sentinā feces toti⁹
2 mūdi conant᷑ descēdere. P. sic videm⁹ in re
b⁹ corpalibꝫ. q̄ leuia tendūt sursū ꝛ grauia deor
sū. nisi ipediant᷑. sic eodē mō i spūalibꝫ. Sꝫ le
uitas spūalis maxie ꝯsistit i feruida charita/
te. ꝛ ecōtra grauitas i mortal' pcti malignitate.
ḡ sic decedētes i feruida charitate tendunt ad
locū summū. ad celū. s. empireū. sic decedētes
i mortalis pcti deformitate tendūt ad locū in
fimū. q̄ est ipi⁹ terre mediū. Dixi aūt notā/
ter i maiori nisi impediant᷑. q2 ante xp̄i passio/
nē pciū redēptōis hūane nōdū fuit solutū. iō
sctōꝝ patꝝ aīe q̄uis essent informate feruida
charitate. tn̄ ab hmōi ascēsu impediebant᷑. ꝛ i
sinu abrae detinebant᷑ mō q̄ dictū est i articu/
lo pcedēti. Etiā hi quoꝝ charitas nō ē ita
feruida q̄ i hac vita expurget aīaꝫ ab oīni eti
am veniali culpa ꝛ satisfaciat de emēda p cul
pis oībꝫ faciēda. hi inquā retardant᷑ i pur/
3 gatorio donec eoꝝ aīe pfecti⁹ expurgent᷑ P.
p ista ꝯclusione videt᷑ esse glosa ione. ij. c. sup
illo v̄bo. piecisti me in corde maris. ibi eīn di
cit glosa sic. Sic cor est i medio aīalis. sic infer
nus i medio terre esse phibet᷑. Dicit etiā bea
tus gregori⁹ in lib. dyal. Quid obstet nō vi/
deo vt infern⁹ s̄b terra esse credat᷑. Itē Isa.
xiiij. dicit᷑. Infern⁹ subt⁹ te est. Et ibi dic̄ glo
sa. q̄ infernus est s̄b terra. Precellēs q̄litas
isti⁹ loci est calor feruētissim⁹. nō pcedens ab
igne simulato ꝛ imaginario. sic qdā dixerūt.
sꝫ pcedēs ab igne v̄o ꝛ corpali. Q2 sic ait au/
gustin⁹. gehēna ista q̄ stagnū ignis ꝛ sulphu
ris dicta est. corpore⁹ ē ignis. Et greg. in lib.
dyal. ait. Ignē gehēne corporeū esse n̄ ambi/
go. Iste tn̄ flāme nō lucent. q2 totaliter fu/
mo sulphureo sunt obtenebrate ꝛ denigrate.
Propt̄ qd̄ sm Isid. in lib. ethi. infernus dicit᷑
q̄si int⁹ furn⁹. i. niger. nā furn⁹ idē ē qd̄ niger.
Alias mltas q̄litates valde lesiuas habet
iste loc⁹. q̄ꝝ recitatōeꝫ causa breuitat' omitto

Instantia 1

Sꝫ forte dicet᷑ q̄ dicta i ista ꝯclone simul
stare nō possunt. q2 dicta de q̄litate inferni vi/
dent᷑ repugnare his q̄ dicta sūt d̄ situ ei⁹. Qd̄
pbat᷑ sic. Perpetua q̄litas cuiuslibet loci debet
esse ꝯnatural' ipi loco. Sꝫ calor excessiu⁹ non
pt̄ esse ꝯnatural' medio ipi⁹ terre. ḡ vl' loc⁹ ifer
ni nō erit i medio terre. vl' pcellēs q̄litas isti⁹
loci nō erit calor feruētissim⁹. Maior patet.
Minor pbat᷑. q2 q̄litas cuiuslibet elemēti ma
xime viget i medio ipi⁹ elemēti. Sꝫ q̄litates
ipi⁹ terre sunt siccitas ꝛ frigiditas. igit᷑ in me/
dio terre ē siccitas ꝛ frigiditas ꝛ p ꝯsequēs in
medio terre nō pt̄ esse calor excessiu⁹ q̄ sit me/
dio ipi⁹ terre cōnaturalis. P. infern⁹ debet 2
durare ppetue. ḡ vel loc⁹ inferni n̄ erit mediū
terre. vl' in tali loco nō erit calor excessiu⁹. An
tecedēs patꝫ ex fide. Cōsequentia pbo. q2 nul
lū violentū est ppetuū. Sed excessiue calidū
cū sit ignis vl' nō sine igne violēter detinet᷑ in
loco inferiori toti⁹ mūdi. cuiusmodi ē mediū
terre. ḡ excessiue calidū nō pt̄ ppetue in medio
terre manere. ꝛ p ꝯseq̄ns vel i illo medio non
erit infern⁹. vel infern⁹ nō erit excessiue calid⁹
P. ignis inferni ē ignis corpore⁹. vt patuit 3
iā ex dictis aug. ꝛ grego. Sꝫ null⁹ ignis cor/
pore⁹ pt̄ esse ppetue i medio terre. igit᷑ infern⁹
cū sit ppetu⁹ nō poterit eē i medio terre. Ma
ior patet autoritatibꝫ iā dictis. Minor pba
tur. q2 ignis cū sit maxie actiu⁹. si eēt i medio
terre. tūc in successu tpis cōbureret totā terrā.
Etiā q2 natural'r tendit sursū. ppetue n̄ ma
neret i illo infimo loco. Ad primū pt̄ dici.

Solutio Ad.1.

q̄ licet maior sit v̄a sm ordinē nature quē pro
nūc videm⁹ in rebꝫ naturalibꝫ. tn̄ nō est vera
sm ordinē diuine iusticie exercēde circa ipos
peccatores quibꝫ suis demeritis exigentibꝫ lo
cus vilissim⁹ debet᷑ in entibꝫ corpalibꝫ. ꝛ cū h̄
maxime afflictiu⁹. ꝛ ideo talis loc⁹ debet ꝯtine
ri infra sperā terre rōne vilitatis. ꝛ debet eē ple
nus igne rōne afflictōis ꝛ acerbitat'. Etiā
pt̄ dici ad minorē. q̄ licet excessiu⁹ calor n̄ pos
sit esse ꝯnaturalis terre tanq̄ ppria qualitas
terre. est tn̄ ꝯnaturalis igni existēti i ipa terra

Ad.2.

sic i fornace ipm ignē ꝯtinēte. Ad scōm ne
go ꝯseq̄ntiā Ad pbationē nego minorē. q2 ig
nis inferni tenet᷑ i medio terre ex diuia ordia/
tione seu sm ordinē diuie iusticie. igit᷑ n̄ tenet᷑
ibi violēter. q2 sm auerroim sup li. celi ꝛ mū.
Quicq̄d ꝯuenit rei p causaꝫ superiorē. h̄ non
ꝯuenit ei violēter. Et inde ꝯcludit ibideꝫ cō/
mētator. q̄ spera ignis mouet᷑ circularit᷑ nō ex
pncipijs intrinsecis sue nature. q2 vt sic ignis
est apt⁹ nat⁹ moueri sursū. ꝛ tn̄ ille mot⁹ circu
lans nō ꝯuenit ei violēter. q2 ꝯuenit ei p cām
superiorē. puta [redacted] celū vel p itelligētiā mouētē

Ad 3. orbē celestē. Ad terciū nego minorē. Ad pbationē primā dicendū. q quāuis ille ignis sit maxime actuus. tñ ex diuia ordinatōe sic erit q licet terrā calefaciat. ipam tñ nūq corrūpet Ad secundā pbationē dicēdū. q licet igni naturaliter puenjat ferri sursū. tñ sine aliq violētia p causaz superiorē pt in terra ppetue detineri.

Conclusio secunda. Sequēdo etiā cōmuniorē opinionē de igne purgatorio est dicēdū. q talis ignis est pars pdicti ignis īfernalis. Et istud videt eē intētio beati grego. in lib. dyal. vbi ait. q idez ignis est inferni z purgatorij. Qr sicut sb eodē igne aurz rutilat z palea fumat. sic sb eodē igne peccator cremat. z elect9 purgat. Hec z alia plura de purgatorio declarata sunt supius distinctōe. xxi. arti. iij. Est tñ aduertēdū q quāuis istud sit verz de lege cōmuni. tñ de diuina dispensatōe speciali qnq ptingit oppositū. iuxta qd ait idē grego. in eodē lib. q german9 eps capuan9 in quibusdā balneis inuenit pascasiū cardinalē. i quibz balneis aīa pascasij suū purgatoriū patiebat. Etiā in floribz sanctoz legit. q quidā piscatores tpe maximi caloris inuenerūt in aqs in quibz piscabant vnā magnā massā frigidissime glaciei. quā ipi piscatores psentauerūt sancto thibaldo epo. Quā glaciē cū eps aliquibz diebz reseruasset. audiuit quandā animā clamantē d illa glacie. que epo reuelauit q suū purgatorium in hmōi glacie pateret. Quā animā ad pces sancti thibaldi dñs liberauit. Quo facto glacies illa mox est dissoluta. Ex q patz q extra cōmune purgatoriū aliq aīe qnq purgant. z hoc de9 permittit. vel ppter nostrā informationē. vel ppter ipaz animaz liberationē citi9 pcurandā viuoz oratōne.

Instantia. Sz adhuc ptra pdictā pclusionē occurrit instantia satis apparēs. Qr pene q cōtingūt eodē igne vident esse eiusdē generis. Sz pena purgatorij z pena inferni nō sunt eiusdē generis. ergo nō habēt esse eodē igne. Maior patet. Probat minor. qr tpale z eternū nō sunt eiusdem generis, sed pena purgatorij est tpalis. z pena inferni est eterna. ergo zc.

Solutio. Respōdeo q maior nō est vera. Nā pene nō distinguunt distinctione instrumentoz quibz infligunt. sed distinctōne culpaz p quibz infligunt. Eodē eñ instrumēto puta eodē gladio potest vnus peccator decollari. et alter decoriari. quāuis iste due pene distinguant genere.

Ad.8. Ad octauū dicendū quod illud verbum beati iacobi est intelligendū de mia liberatiua. et nō de mia mitigatiua. tales enim impij patiuntur iudiciū absque miscdia totaliter liberāte. sed nō absque misericordia aliqualiter mitigāte.
Secunda conclusio. Cōclusio secūda est quod iusticia et miscdia proprie dicta nō cōcurrūt vniuersaliter et absolute in omni opere dei. Quia nō concurrūt in opere creationis. ergo nō in omni opere. Cōsequentia patet de se. Antecedēs probo. quia iusticia aliquo modo presupponit merita. misericordia etiā presupponit eū cui miseretur. Sed actus vel opus creationis nihil presupponit. vt declaraui lib. ij. dist. i. q. i.
Ad principale argu. Ad argumētū principale nego cōsequentiā. Ad probationē dicēdū ad maiorē. quod licet potētia que ex se est determinata nō indigeat virtute a se realiter differente. tamen ipsa est virtus ita quod virtus sua est idē quod essentia sua. Unde in deo propter suā omnimodā simplicitatē potētia est idē realiter cū essentia. et virtus idē quod potētia. et per consequēs virtus potētia et essētia sunt vna res simplicissima et nullo modo cōposita.

Distinctio quadragesimaseptima.

Solet autem quaeri. Postquam magister tractauit de mortuorum resurrectione et de aiarum separatarū ante resurrectionē statu et cōdicione. nūc in ista quadragesimaseptima distinctione incipit tractare de resurgentiū extrema examinatione. Et diuiditur in duas partes. Quia primo tractat de extremi iudicij discussione. Secundo de iudicatoris remuneratione. dist. xlix. ibi. Post resurrectionē &c. Prima in duas. Quia primo determinat de his que ptinēt ad iudiciariū ordinē. Secundo de ptinētibus ad ipm iudicē. dist. xlviij. ibi. Solet etiā quaeri. Prima in tres. Quia primo ptractat ordinē extremi iudicij quātū ad ea que fiūt ex parte iudicantiū. Secundo quātū ad ea que ptingūt ex parte iudicādorum. Et tercio quātū ad ea que fiūt ex parte ministrorū. Secunda ibi. Erūt autem quattuor ordines. Tercia ibi. Cū autem in euāgelio. Et hec in duas. Quia primo agit de ministris in iudicio. Secundo

ministris post iudiciū in inferno. Scd̄a ibi. Et solet q̄ri. Circa istā distinctōez q̄ro

v Trū sol⁹ xp̄s iudicatur⁹ sit in extremo iudicio. Videt̄ q̄ sic. Q2 i iudicio omniū peccatoꝝ iudex debet eē īmunis ab oī peccato. Sz sol⁹ xp̄s est imunis ab oī peccato. ḡ in illo vniūsali iudicio oīm peccatoꝝ sol⁹ xp̄s d̄bet iudicare. Maioꝛ patet exēplo naturali. q2 vt patet. ij. de aīa. pupilla est absq3 coloꝛe vt de omnibꝫ coloꝛibꝫ possit iudicare. Patet etiā autoꝛitate morali. q2 cassiodoꝛ⁹ in suis ep̄lis. lib. xix. ep̄la. ij. exhortādo seipm̄ ⁊ alios in h̄ mundo iudices. sic ait. Sit in nobis frons libera. vt possim⁹ alioꝛū emēdare delicta. equat em̄ crimē oēs q̄s inq̄nat. ideo diffīcilis ab accusato debet esse q̄ iudicat. Patet etiā minoꝛ. q2 xp̄s peccatū nō fecit nec inuent⁹ est dol⁹ in oꝛe ei⁹. vt ait beat⁹ petr⁹ p̄ma sua canonica ep̄la. c. ij. Oēs aūt alij peccauerūt: ⁊ egēt grā dei. vt dicit̄ ad Roma. iij. Ideo sol⁹ xp̄s inuent⁹ est inter moꝛtuos liber vt patz in ps̄. ⁊ p̄ cōsequēs sol⁹ xp̄s p̄pria sua virtute imunis fuit ab oī peccato. In cōtrariū est. q2 xp̄s p̄misit ap̄lis Matth. xix. dicens. Sedebitis sup̄ sedes duodecim. iudicantes duodecim tribꝫ isr̄l. Hic q̄ttuoꝛ sūt vidēda. Primo em̄ vidēdū est q̄ i extremo iudicio se habeāt actiue. Scd̄o q̄ passiue.

Tercio q̄liter angeli se habeāt in p̄dicto iudicio discussiue. Quarto q̄uo respectu mūdi ignis se habeat purgatiue.

Articulus primus

Quantū ad primū est aduertendū q̄ i magno ⁊ generali iudicio q̄uis iudex p̄ncipalis sit tm̄ vn⁹. tn̄ iudices assessores ɔtingit esse plꝛes. Et s̄m h̄ circa p̄dictū iudiciū qd̄ ē maxie generale possum⁹ quo ad istū articulū ponere duas ɔclōnes

Conclusio prima

Prima est. q̄ i extremo iudicio null⁹ pur⁹ homo s3 sol⁹ xp̄s p̄t iudicare p̄pria autoꝛitate ⁊ tāq̄ iudex p̄ncipalis. Q2 sol⁹ de⁹ ibi p̄t iudicare vt iudex p̄ncipalis ⁊ p̄pria autoꝛitate. ḡ nullus pur⁹ homo. s3 sol⁹ xp̄s inter oēs filios hoīz h̄ poterit. Cōsequētia patet. q2 null⁹ pur⁹ hō est de⁹. Sol⁹ aūt xp̄s inter hoīes est ver⁹ de⁹. igit̄ ab eo qd̄ soli deo cōuenit excludit̄ oīs hō excepto solo xp̄o. Patz etiā antecedens. q2 iudex principalis iudicās p̄pria autoꝛitate debet habere ex se oꝛdinariā potestatē sup̄ illos q̄s iudicat. Sz sol⁹ de⁹ habet ex se oꝛdinariā potestatē sup̄ oēs iudicādos in extremo iudicio. Q2 etiā dn̄s ih̄s xp̄s vt hō est n̄ habet hāc potestatē p̄ modū iudicis oꝛdinarij. sed magis p̄ modū iudicꝫ delegati. q̄ delegatio satis exprimit̄ Joh. v. vbi dicit̄. q̄ pater omne iudiciū d̄dit filio. Et actuū. x. vbi dicit̄ d̄ xp̄o Jp̄e est q̄ ɔstitut⁹ est a deo iudex viuoꝝ ⁊ moꝛtuoꝝ. Foꝛte dicet̄. quicūq3 faciūt iudiciū illi tanq̄ p̄ncipales iudices videnẗ iudicare. Sz oēs sancti faciūt istud iudiciū. iuxta qd̄ dicit̄ ps̄. cxlix. Vt faciāt in eis iudiciū cōscriptū. glīa hec est oībꝫ sanctꝭ eius. Rn̄deo negādo maioꝛē. q2 ɔsules ⁊ assessores ac s̄bdelegati iudices. ⁊ mlt̄i alij q̄ actiue se habēt i iudicio qd̄āmodo faciūt iudiciū. quoꝝ tn̄ nullus habet iudicare tanq̄ iudex p̄ncipalis fretus p̄pria ⁊ oꝛdinaria p̄tāte Cōclusio scd̄a est. q̄ appellādo iudices ip̄i⁹ iudicis assessores cū iudice iudicātes ɔsultiue ⁊ assessoꝛie tūc ap̄l'i ⁊ oēs etiā alij p̄fecti imitatoꝛes xp̄i in extremo iudicio tanq̄ veri iudices iudicabūt. Q2 Matth. xix. sup̄ illo v̄bo. vos q̄ reliq̄stis oīa: dicit glosa. Qui reliquerūt oīa ⁊ secuti sunt dn̄m: hi iudices erūt. Et loquit̄ de iudicibꝫ q̄tū ad extremū iudiciū. q2 de illo loquit̄ xp̄s ibidē in textu. P. de iustis hoībꝫ dicit̄ Sap. iij. q̄ iudicabūt natōes ⁊ dn̄abūt pp̄lis. Et loquit̄ ibi scriptura de extremo iudicio. sicut patet ex v̄bis p̄cedentibꝫ ⁊ seq̄ntibus. Sz ap̄li ⁊ alij p̄fecti imitatoꝛes xp̄i sunt vere iusti. ergo q̄libet hō p̄fect⁹ in extremo iudicio vere iudicabit saltē p̄ modū assessoꝛis.

Instantia

Solutio.

Cōclusio scd̄a.

1

2

Instantia 1

Foꝛte dicet̄ q̄ solus ille debet iudicare q̄ nouit causā iudicandā ⁊ circūstantias ei⁹. quia vnusq̄sq3 est bon⁹ iudex eoꝝ q̄ cognouit. vt patet. i. ethi. Etiā i re dubia nō est ferēda certa sentētia. sicut clamāt mlt̄a iura tā ciuilia q̄z canonica. Sz null⁹ hō q̄ūscūq3 p̄fect⁹ habz noticiā oīm peccatoꝝ ⁊ oīm circūstantiaꝝ eoꝝū. cū mlt̄a sint peccata i coꝛde hūano abscōdita. q̄ nll'o signo exterioꝛi apparēt. ḡ null⁹ purus hō p̄t taliū secretoꝝ esse bon⁹ iudex P. 2 i nullo iudicio bene oꝛdinato accusatoꝛ debet esse iudex. Sz viri p̄fecti in extremo iudicio erūt accusatoꝛes peccatoꝝ. ḡ nō erūt iudices eoꝝ. Maioꝛ patet de iure cōmuni. Mioꝛ autē habet̄ Sap. v. vbi dicit̄. Stabunt iusti in magna cōstantia aduersus eos q̄ se angustiauerūt. ⁊ q̄ abstulerūt laboꝛes eoꝝ. P. q̄n iu- 3 dex est p̄ se sufficiētis sciētie ⁊ autoꝛitatis siue potētie. tūc nō debet assessoꝛē h̄re. Sz xp̄s i illo iudicio est sufficiētis autoꝛitatꝭ siue potētie vt patet ex p̄ma ɔclusione. ⁊ est infinite sciētie q2 oīa nuda ⁊ apta sunt ocul' ei⁹ ad quē nobis sermo. sicut ait ap̄ls ad Heb. iiij. loquēs

de xpo. Ipe em̄ ē ars om̄ipotētis dei plena ra/ tionibꝫ oim viuētiū. vt ait aug. vi. de tri. Et sa piētie eiꝰ n̄ ē numerꝰ. vt dicit̄ i ps. ergo ꝛc.

Solutio. Ad.1. Ad pmū nego minorē. qꝛ oēs pfecti q̄ i examie ex tremi iudicij erūt assessores xpi. habebūt plenā noticiā oim pctōꝝ tūc iudicādoꝝ. nec latebit eos aliq̄ circūstātia iudicāda. Nā q̄uis talia n̄ possint cognoscere naturali cognitōe. tn̄ ꝑ tūc hmōi oia cognoscent diuia reuelatōe. Qd̄ tā/ gēs apl's. i. ad Chor. iiij. ait. Nolite an̄ tps iudicare. q̄adusqꝫ veniat dn̄s. q̄ et illūinabit abscōdita tenebraꝝ. ꝛ māifestabit ꝯsilia cor/ diū. Sup q̄ ṽbo dicit glosa. ꝙ gesta ꝛ cogita/ ta bona ꝛ mala tūc nota erūt oibꝫ. ergo mlto ma

Ad.2. gis nota erūt pfectis. xpi. s. assessoribꝫ. Ad scdm dcm. ꝙ maior n̄ ē ṽa. qn̄ pctm̄ d̄ q̄ agit̄ i iudicio est euidēs ꝛ māifestū. tūc em̄ iudex n̄ idiget alio accusatore. sꝫ p seipm̄ pt reo pctm̄ suū iproperare. ꝛ ipm̄ iuxta sua demerita iudi care. Propt̄ qd̄ dr̄ i decretꝫ. ꝙ euidētia patrati scelerꝫ nō indiget accusatore. Cū igit̄ sic iā di ctū est i pdicto iudicio oia pcta ibi iudicāda sint nuda ꝛ apta. iō illi iudicio [illegible] derogat̄ ex h̄ ꝙ iudex ē accusator. Propt̄ qd̄ etiaꝫ dn̄s ihs xps q̄ ibi ē sūmꝰ iudex p seipm̄ accusat ipsos. eoꝝ ipietatē ipis iproperādo Mat. xxv. vbi ait. Esuriui ꝛ n̄ dedistꝫ mihi mādūcare. sitiui ꝛ nō dedistꝫ mihi bibere.

Ad.3. Ad terciū dicēdū ꝙ maior n̄ estꝫ ṽa. qꝛ licet iudex ex se habēs suf ficiētē sciētiā ꝛ potētiā nō idigeat assessore. ex h̄ tn̄ nō habet̄ qn possit si velit accipe assessorē Nā q̄uiscūqꝫ iudex sit p se sufficiēs iudicare. pt tn̄ amicū assumere p assessore. ꝛ eū honora re iudiciaria dignitate. Et sic etiam dn̄s ihs xps i extremo iudicio suos spēales amicos as sumit p assessoribꝫ. nō ppt suā indigētiā. sꝫ p pter ipoꝝ assessoꝝ gl'iaꝫ omībꝫ insinuādā.

Articulus secundꝰ. Quantū ad secūdū articulū est aduertēdū ꝙ duo sunt actꝰ i qbꝫ extremū iudiciū pncipal'r ꝯsistit. Quoꝝ vnꝰ ē discussio meritoꝝ. Aliꝰ ē retributio pmioꝝ.

Primꝰ istoꝝ actuū ē minꝰ vniūsal'. ꝛ scd's magꝫ vniūsal'. Pro q̄ꝝ declaratōe ꝛ ad ppo situ istiꝰ articuli pono duas ꝯclones. Pri ma est. ꝙ i extremo iudicio aliq̄ hoies n̄ iudi/ cant̄ q̄ntuꝫ ad meritoꝝ discussionē. Qꝛ aliq̄ꝝ merita sūt total'r mala. ergo tales n̄ iudicabunt̄ q̄ntū ad meritoꝝ discussionē. Añs ptꝫ. qꝛ infi deles n̄ pn̄t hr̄e aliq̄ bona merita. cū fūdamē/ tū oim bonoꝝ meritoꝝ sit fides. sine q̄ ipossi/ bile est aliquē placere deo. vt ait apl's ad heb.

xi. Patet etiā ꝯn̄tia. qꝛ oīs iudicial' discussio ē ppt̄ compatōeꝫ ꝛ declaratōeꝫ aliq̄ꝝ pmixto rū. ergo q̄ꝝ merita sūt impmixta puta penitꝰ ma la vl' sincere bona. illoꝝ merita n̄ idigēt discus sione. Et sup hac rōne videt̄ fūdari q̄dripar tita distinctio q̄ h̄ ponit̄ in l'ra. s. ꝙ in extremo iudicio q̄daꝫ iudicant̄ ꝛ dānant̄. vt hi q̄ sunt xpiani fidei pfessiōe. sꝫ nō opatōe. In his eꝫ habet locū discussio cū i eis sit mixtio bone p/ fessionis. ꝛ male opatōnis. tn̄ hmōi discussio vl' disceptatio terminat̄ ad eoꝝ dānatōeꝫ. eo ꝙ mala eoꝝ merita nō sint deleta ṽa pn̄ia. ꝛ p ꝯseqns vincāt bona. Alij sūt q̄ nō iudicant̄ ꝛ tn̄ dānant̄. eo ꝙ eoꝝ merita sint penitꝰ mala sic ifideles. de q̄ꝝ q̄libet dicit̄ in euāgelio. Qui n̄ credit iā iudicatꝰ est. Tercij sūt q̄ iudicā tur ꝛ saluant̄. iudicant̄ q̄dē. eo ꝙ mixta habue rint merita. tn̄ saluant̄. qꝛ bona eoꝝ merita vi cunt mala. eo ꝙ mala sint pn̄ia deleta ꝛ debili tata. Sꝫ illi d̄ q̄rto ordie n̄ iudicant̄. ꝛ tn̄ saluant̄. Saluant̄ q̄deꝫ. eo ꝙ eoꝝ merita sint bona. ꝛ nō iudicant̄ eo ꝙ eoꝝ merita sint sin/ cere ꝛ impmixte bona. Et isti q̄dē cū xpo iudi cāt mō q̄ dictū est i scda ꝯclone pmi articuli. eo ꝙ pfecte exercitati sint nō solū i pceptoꝝ ob seruatōe. sꝫ etiā in virtutū opatōe. ꝛ ꝯsilioꝝ ipletōe. Tales em̄ merito n̄ iudicant̄. sꝫ cū re ge iudicāt. eo ꝙ iura ꝛ ꝯsuetudies celestꝫ rḡni p ceterꝫ magꝫ cognoscāt. Propt̄ qd̄ iudicabūt natōes. ꝛ dn̄abunt̄ pplis. ꝛ regnabit dn̄s eo rū imppetuū. Cōclusio scda ē. ꝙ oēs hoies i extremo iudicio iudicant̄ q̄ntū ad pmioꝝ re/ tributōeꝫ. Qꝛ i illo iudicio q̄ vnusq̄sqꝫ purus hō determiat̄ vl' ad penā eternā. vl' ad gaudiū eternū. i illo q̄libet iudicat̄ q̄ntū ad pmioꝝ re/ tributōeꝫ. Sꝫ i extremo iudicio [illegible] sniaꝫ sup/ mi iudicꝫ q̄libet hō determinat̄ vel ad eternaꝫ penā. vl' ad eternū gaudiū. ergo ꝛc. Maior ptꝫ. ex terminis. Sꝫ minorē fide tenemꝰ. Secunda ꝯclusio

Instantia For/ te dicet̄ ꝙ puuli nl'la habēt merita. ergo n̄ iudica bunt̄ q̄ntū ad pmioꝝ retributōeꝫ. Cōseqntia ptꝫ. qꝛ pmiū debet correspōdere merito. vbi ergo nullū est meritū. ibi nullū debet reddi pmiū. Añs pbat̄. qꝛ nullꝰ pt mereri sine vsu liberi ar bitrij. sꝫ puuli n̄ hn̄t vsū liberi arbitrij.

Solutio Re/ spōdeo negādo añs. Ad pbatōneꝫ dcm̄. ꝙ li cet absqꝫ vsu liberi arbitrij hō nō habeat meri ta acq̄sita p actꝰ ppos. pt tn̄ hr̄e merita bona vl' mala acq̄sita p actꝰ alienos. Vn̄ sic puulꝰ n̄ baptizatꝰ infectꝰ est originali pcto. n̄ [illegible] actū ppriū. sꝫ p actū primoꝝ parētū. sic idē puulꝰ habet merita mala. rōe q̄ꝝ iudicat̄ ad ppetuā penā dāni. q̄ q̄dē merita sibi nō assunt p actū

ppriū. sz p actū eorūdē parētū. Et sicut puu/l⁹ baptizat⁹ ē informat⁹ grā z charitate ac ceteris virtutib⁹. nō p actū ppriū sz alienū. puta p actū xpi z ecclie. ac parentū carnaliū vel spiritualiū. sic idē puul⁹ habet bona merita ex merito xpi z ecclie. ac etiā qnqz parētū. ratōne q̄z merito z tal' puul⁹ iudicat ad vitā eternā

Articulus tercius.

Quātuz ad terciuz

articulū dico ɔformit ad iā dictas ɔclusiōes q null⁹ angel⁹ i extremo iudicio iudicat iudicio disceptatōis seu discussionis. Qz oēs angeli vl' ita habēt merita mala q nulla habent merita bona. vl' ita habēt bona q nlla habent mala. igit cū i eoz merito nlla penit⁹ sit mixtō ideo i eoz iudicio nlla erit disceptatio. Iudicant tn̄ iudicio remuneratōis. qz licet etiā p nūc boni angeli sint beati. z mali sint dānati. z vtriqz habeāt suū p̄miū eentiale. tn̄ z bonis z malis aliqd retribuet i illo iudicio q̄tū ad p̄miū accidētale. qz z boni remūerant de ministerio hoib⁹ impēso. qd q̄dē ministeriū terminabit z finiet in p̄dicto iudicio. z mali puniē tur p sua neqcia q hoies seduxert. z ad pctm̄ adduxerūt Etiā boni angeli tūc mag gaudebūt de noua societate hoim beatoz. z econtra mali aliq mō tūc punient de noua sup eos ɔculcatōe mltoz dānatorū.

Instantia — Forte dicet. si malo angeloz augeret pena ex dānatōe hominū. tūc ipi nō tentarēt hoies. nec niterētur eos trahere ad ifernū.

Solutio. — Rūdeo q q̄uis malus angel⁹ i tentādo hoies z eoz dānatōnez pcurando studeat suā maliciā adiplere. tn̄ ex h nō reportet cōmodū sz penā. qz i hmōi tētatione vl' vincit ab hoie. z tūc demō ɔfundit. et ratōe hmōi ɔfusionis valde torqt. vl' vincit hoiez. tal' igit hō vict⁹ vel agit anteqz moriat fructuosā z verā p̄niaz. z tunc iterz torqbit demon rōne inuidie. vl' talis hō morit i pcto. z tūc demonis pena ex h augebit qsi p accidēs. qz qn ardēs ardēti iungit. ex h ardor vtriusqz mag inualescit. Sz hō q dānat adiungit demoni i inferno. g augmentabit pena demonis ex damnatōe hois. Hoc tn̄ nō obstāte ipe n̄ desinet vsqz ad nouissimū diē a tentatōne z seductōne hois. z h vel qz excecatus malicia n̄ aduertit tale malū qd ex hmōi tentatōe sibi modis ■ dictis est futuz. vt de dyabolo sic illuso verificet illud ps. Draco iste quē formasti ad illudendū ei. Vel ppter nimiā inuidiā quā habet ad hoiez: seipm spōte exponit huiusmodi dispendio. vt hoiem quē mortaliter odit in ppetuā damnatōez secū trahat. Et sic de dyabolo implebit pūerbiū q dicit. q inuid⁹ veller sibi vnū oculū erui vt ei cui inuidet ambo oculi eruerent.

Articulus quart⁹.

Quātū ad quartuz

articulū duo solēt inqri. Primo cui⁹ nature sit ille ignis qui in fine seculi purgabit ipm mundū. Secūdo vtz ille ignis pcedat vl' sequat extremū iudiciū. Et iste due qstiūcule terciā p̄supponūt. s. vtz verz sit istū ignē qnqz esse venturz. Et fm h pono tres ɔclusiones his trib⁹ q̄stionib⁹ correspondentes.

Conclusio prima — Prima ē. q qdā ignis est ventur⁹ q ē mundū purgatur⁹. Ista ɔclusio patet autoritate beati petri. q scda sua epla. c. iij. ait. Adueniet autē dies dn̄i vt fur. in q celi magno ipetu trāsient. elemēta vero calore soluent. z terra z ea q in ipa sunt oīa exurent. Sup q verbo dicit glosa. g mund⁹ p ignē purgabit. io zc. 2 — P. rōnabile esse videt vt mūd⁹ iste multiplicib⁹ infect⁹ peccatis saltē cū finē habebūt pcta purget. Sz circa extremū iudiciū peccata habebunt finē. z ignis est maxime purgatiu⁹. cuz sit maxime actiu⁹. ergo rōnabile esse videt vt ante finē mūdi veniat talis ignis mūdū purgatur⁹. Et istā ratiōnē videt tangere venerabilis Beda dicēs. q iste ignis ascēdet ad tantā altitudinē ad quantā ascenderūt aq diluuij. vt purget aerē infectū p fumū sacrificiorū ipis idolis imolatoz.

Instantia — Forte dicet. Idē nō potest esse purgās z purgatū respectu suiip̄i⁹. g mund⁹ nō purgabit p ignē. Cōseqntia ptz qz ignis est ps mūdi. g si mund⁹ purgaret p ignē. tūc ignis purgaret seipz. Antecedēs etiam patet. qz idē nō pt esse actiuū z passiuū eadē actōne. nec pt idē agere in seipm. Sz purgans agit in purgatū.

Solutio. — Rūdeo negādo cōsequentiā. Ad pbationē dicendū q nō oēs ptes mūdi purgabunt illo igne. qz nō oēs erūt pcto maculate. de q̄z imaculataz partiū numero etiā erit iste ignis. Nā ille ignis vel tūc erit de nouo generat⁹. vt dicit qdā opinio q ponit q tūc tpis oēs planete q sunt generatiui caloris ɔuenient i leone vl' in alijs signis calidissimis. sicut tpe diluuij oēs planete ɔueniebāt in aqrio. z ideo sic tūc rōe illi⁹ ɔuentionis aq redundabāt sup oēs mōtes. sic et ■ fine seculi ignis redūdabit. Vel sic dicit alia opinio. iste ignis supnaturaliter creabit ab ipo deo. vel cōcurret iste ignis de extremis mūdi ptib⁹. puta desup d spera ignis. sicut vi

deb dicere beat⁹ augustin⁹ Et quecūq ista
rū opinionū teneat. semper patet q iste ignis
purgatiu⁹ nō indiget purgatōe. eo q imūdi/
cia peccatoꝝ istū ignē nō attinget. Fum⁹ em̄
turpiū ⁊ nephandoꝝ sacrificioꝝ ipoꝝ idoloꝝ
vsq ad altitudinē spere ignis n̄ ascēdet. vt iā
patuit ex dicto ipi⁹ bede. Cū igit dicit mund⁹
purgat. ista ꝓpositio est vera synodochen.
ſm quā figuraʒ ps accipit p toto. qꝛ verificat
Instantia p illis ptib mūdi q inficient peccato. For
te dicet. si ps mūdi pctō maculate purgabūt
isto igne. ⁊c. iste ignis etiā exuret locū terrestrē
padisi. Cōseqntia patet. qꝛ loc⁹ terrestrē padi
si maculat⁹ est pctō pmoꝝ parētū q i eo pecca
uerūt. Sʒ falsitas ꝯseqntis patet. qꝛ ſm Be
dā. flāma isti⁹ ignis nō ascēdet vsq ad padi/
Solutio sū. sic nec aq diluuij ascēderūt. Rndeo ne/
gando ꝯseqntiā. Ad pbatōeʒ dicēdū q nō q
libet actu pcti dicit loc⁹ infici. sʒ poti⁹ ex ꝯtinu
atione peccati vl pctōris i ipo loco inficit ipse
loc⁹. sic nō qlibet leui tactu tangēs leprosuʒ effi
cit leprosus. licet inficiat ex freqnti iteratōne
hmōi tact⁹. Cū igit pmi parētes i padiso tm̄/
modo semel peccauerint. ⁊ postq fuerūt pcto
res qsi imediate de padiso electi fuerint. ideo
padisus nō est infecta ppt pctm̄ pmoꝝ parē/
tū. sic nec celū empireū dicit infectū ppt pec/
catū maloꝝ angeloꝝ. eo q qūuis angeloꝝ pec/
catū i hmōi celo fuerit ppetratū. tn̄ hmōi pec
catores pacto pctō qsi nullā morā i celo ꝯtra
xerūt. sʒ imediate i istū caliginosū aerē cecide
Conclusio rūt. iō ⁊c. Cōclusio scda est. q ille ignis pur
secunda. gatiu⁹ erit eiusdē speciei siue nate cū igne isto
q pnūc est i mūdo. Qꝛ sic aq purgās mūdū
tpe noe n̄ fuit alteri⁹ speciei ab aq elemētari.
sic ignis i nouissimis tpib purgatur⁹ mūdū
n̄ erit alteri⁹ speciei ab igne elemētari Et istā
rōeʒ videt tāgere aug⁹. xx. d ci. dei. dicens. Fi
gura hui⁹ mūdi mūdanoꝝ igniū ꝯflagratōe
pibit. sic factū fuit aqꝛ inundatōe diluuiū.
Instantia Sʒ oppositū isti⁹ ꝯclōnis aliq pbant sic.
1 Null⁹ ignis elemētarē pt celū realr imutare.
Sʒ iste ignis realr imutat celū. Maior ptʒ.
qꝛ celū nō est susceptibile pegrine impssionis
vt dicūt oēs naturales phi. qd vtiq verū ē re/
spectu cuiuscūq ꝟtutē elemētarē. Mior patʒ
ij. pet. iij. c. vbi dicit. Celi ardentes soluent. ⁊
2 elemēta ignis calore tabescēt. P. sup ꝟbo iā
dicto dicit glosa bede. q ignis iste q̄tuor ele/
mēta ꝯsumet. sʒ nihil cōsumet seipm. g ignis
3 iste n̄ erit eiusdē speciei cū igne elemētari P.
corpa eiusdē speciei hn̄t eūdē motū specie Sʒ
iste ignis mouet ad oēm differētiā positōis

puta sursū deorsū. ⁊ sic d alijs. quia mouet ad
illa loca purgāda que infecta sunt p peccatū.
sʒ ignis elemētarē solū mouet sursū. g ⁊c. P. 4
opatio facit scire formā ⁊ naturā rei. Sʒ iste
ignis habet opatiōnē q nō cōpetit igni elemē/
tari. g iste ignis nō est eiusdē speciei ⁊ nature
cū igne elemētari. Maior patʒ cōmentato
rē. vij. metha. vbi ait. q trāsmutatio facit scire
materiā. ⁊ opatio formā. Mior etiā ptʒ. qꝛ si
cut sepi⁹ dictū ē. iste ignis habet purgare tales
ptes mūdi q maculate sūt feditate ⁊ infectōe
pcti. tal aūt actio non ꝯuenit igni elemētari.
cū oēm ei⁹ ꝟtutē excedere videat. P. ꝟt⁹ q 5
iste ignis purgat ipm mūdū. vl ꝯuenit ei na/
turalit. ⁊ tūc differt specie ab igne elemtari. qꝛ
qꝛ naturales ꝟtutes differūt specie: illa n̄ pnt
ee eiusdē nate. qꝛ ꝟtutes naturales reꝝ sequū
tur naturas eaꝝ. vl ꝯuēit ei supnaturalr ⁊ tūc
iteꝝ differt specie ab igne elemētari. qꝛ q sic se
habēt q ꝟt⁹ vni⁹ est naturał ⁊ alteri⁹ supnatu
ral. illa n̄ solū specie veꝝ etiā differūt genere.
Ad pmū nego miorē. Ad pbatōeʒ dd. q il Solutio.
la ꝟba bti petri ⁊ ꝯsilia. vbicūq repiunt i scri Ad. 1.
pturē. qb celoꝝ exꝑmit dissolutō sūt itelligē/
da de cel aereis. sic ec intelligēdū ē illd Mat.
xiij. volucres celi comederūt illd. ⁊ n̄ de cel su/
pioribꝰ. qꝛ illi sūt itrāsmutabiles qtū ad sbaʒ
qūuis aliq mō mutēt i claritate. qꝛ lumē lune
erit sic lumē sol. ⁊ lumē sol i septēplicit. vt dicit
Isa. xxx. Nec tn̄ ista accidētal mutatō celoꝝ
erit p ignē. sʒ imediate p diuinā actionē Ad Ad. 2.
scdm dd. ad maiorē q illa glo. n̄ ē intelligēda
d ꝯsūptōe sbe ipoꝝ elemētoꝝ. sʒ d aliqli muta
tione qlitatē eoꝝ. Et dico notāter aliqli mu/
tatōe. qꝛ itrinsece manēt qlitates. licet extrīse/
ce n̄ appareāt. qꝛ cessāte motu celi qlitates ele
mētoꝝ n̄ faciūt extrīsece ad generatōeʒ ⁊ corru
ptionē reꝝ. Et ppt h eadē glosa mag exꝑmit
ꝯsūptōeʒ ignis ⁊ aqꝛ q aerē ⁊ tre. eo q qlitates
ignis ⁊ aq. s. caliditas ⁊ frigiditas sint int oēs
elemētares qlitates mag actiue. ppt qd pdi/
cta elemētoꝝ mutatio mag appebit i igne
aq qn̄ elemēta desinunt ab actione exteriori q
est generatiua vl corruptiua. Etiā minor
nō est ꝟa. qꝛ idē totū ſm vnā ptē pt agere in se
ipm ſm aliā partē. ⁊ p ꝯsequēs idē aliquo mo
do ꝯsumere pt seipm Ad terciū dicēdū ē ad
maiorē q qūuis mot⁹ naturalr ꝯueniēs alicui
rei ꝯueniat etiā alijs rebꝰ eiusdē spēi. tn̄ h n̄ ē
veꝝ de motu q ꝯuenit rei p modū instrumēti
moti ab agente supnaturali. Licet em̄ motus
humane loqle qnq ꝯuenerit asine. puta tpe
balaā pphe. vt ptʒ Nu. xxij. tamē talis mot⁹

nō ꝯuenit oībꝫ asinis. qꝛ hmōi motꝰ nō inne it illi asine naturaliter. sꝫ ꝯueniebat ei vt lingua sua fuit instrumētū angeli qui mouebat ipaz. Sꝫ motꝰ ad oēm differētiā positōis nō ꝯueniet illi igni naturalr. sꝫ vt est instrumētū diuie volūtatis. igit̄ q̄uis iste ignis sit eiusdē speciei cū alijs ignibꝫ. tn̄ sibi ꝯueniet moueri mō pdicto ꝛ nō alijs

Ad.4. Ad quartū patꝫ p p̄dicta iā inducta. ꝙ licꝫ maioꝛ sit vera loq̄ndo de tali opatōne q̄ ꝯuenit rei naturalr ꝛ a suis pncipijs intrinsecis. tn̄ nō est v̄a de hmōi opatione q̄ ꝯuenit ei vt instrumentū est supnaturalis agētis

Ad.5. Ad quintū dicēdū. ꝙ illū ignē possumꝰ dupliciī ꝯsiderare. Uno mō vt vrit corpa quibꝫ applicat̄. ꝛ h̄ ꝯuenit sibi naturaliter. qꝛ etiā ꝯueniret alteri igni si hmōi corpibus applicaret̄. Alio mō vt spēaliter agit i talia corpa q̄ erūt maculata p peccata. ꝛ h̄ ꝯuēit sibi p supnaturalē virtutē mouētē ipm ignē tanq̄ꝫ suū instrumētū. ꝛ in h̄ n̄ ꝯuenit cū alijs ignibꝫ. nec tn̄ ꝓpter hmōi supnaturalē v̄tutē iste ignis distinguit̄ specie vl̄ genere ab alijs ignibꝫ. qꝛ talis distinctio est a pncipio essentiali ꝛ intrinseco. hec autē virtꝰ supnaturalis nec est itrinseca nec essentialis ipi igni. qꝛ ista virtꝰ vl̄ est volūtas diuia īmediate. vl̄ ē virtꝰ angelica applicās hūc ignē talibꝫ locis quibꝫ deo placet ipm applicari.

Tercia cōclusio. Cōclusio tercia ē ꝙ supposita v̄itate sacre scripture. tūc ꝓbabiliter pt dici ꝙ iste ignis incipiat an̄ iudiciū. et duret post iudiciū. Q, em̄ an̄ incipiat. patet p illud ꝓs. Ignis ante ipm p̄cedet. ꝛ inflāmabit i circūitu inimicos eius. Precedet eni iste ignis an̄ ipm xp̄m venientē ad iudiciū. qꝛ sic̄ superiꝰ dictū est: oēs hoīes q̄ appropinq̄nte iudicio viuēt sup terrā morient̄ in isto igne q̄uis velociter resuscitent̄ veniēte xp̄o. ꝛ tunc ꝯgregatis ad locū iudicij oībꝫ hoībꝫ iste ignis circūdat locū iudicij. ꝛ dilatādo se circa illū locū videt̄ q̄si totū mūdū inflāmare. ꝛ ꝓpt h̄ dicit̄ inflāmare in circūitu inimicos eiꝰ. qꝛ ille caloꝛ ignis circūstantis nō ledit aliq̄s d̄ totā illa hoīm mltitudine nisi impios q̄ sunt inimici xp̄i ibidē ab ipo ad mortē eternā iudicādi. Idēꝫ etiā ignis sequit̄ iudiciū. qꝛ platā sentētia ꝯtra impios xp̄o. s. dicēte. ite maledicti in ignē eternū. tunc iste ignis tanq̄ꝫ instrumentū executiuū sentētie iudicis a ꝓpinquioribꝫ locis circūstantibꝫ concurrens inuoluet oēs impios. ꝛ cū impetu vehementi descendet cū ipis in infernū Unde tūc implebit̄ verbū dn̄i quo ait Deutero. xxxij. Ignis succensus est i furoꝛe meo. ꝛ ardebit vsq̄ꝫ ad inferni nouissima.

Ad principale argu. Ad argumentū pricipale dicendū. ꝙ q̄uuis ipi apli ꝛ alij hoīes pfecti q̄n qꝫ fuerint peccatores. tn̄ p gratiā dei in die iudicij erūt ab oīm peccato imunes ꝛ liberi. et h̄ sufficit ad saluandū i ipis iudicij ꝯdicionē

Distinctio quadragesimaoctaua.

Olet etiā queri. Postq̄ꝫ mgr̄ determinauit de quibusdā ptinentibꝫ ad iudicia riū oꝛdinē. nūc in ista q̄dragesimaoctaua distinctōe determinat de aliquibꝫ spēaliter ptinētibꝫ ad ipm iudicē. Et diuidit̄ i duas ptes Qꝛ pmo tāgit iudicij ꝯditōes itrinsecas. Secūdo innuit quasdā eiꝰ ꝯditōes extrinsecas. ibi. Putāt q̄dā. Pma i tres. Nā pmo ostēdit ꝙ licet xp̄s vere habeat formā diuinā ꝛ humanā. tn̄ iudicādo appebit i forma humana Secūdo inq̄rit vtrū illa forma hūana appareat in iudicio glificata. vel nō glificata. Et tercio incidēter tangit de xp̄i potētia. q̄ ē moꝛtuoꝝ resuscitatiua. Secūda ibi. Sꝫ cū i forma hūana. Tercia ibi. Et sicut dicit̄ christꝰ. Sequit̄ illa ps. Putāt quidā. Et diuidit̄ i duas ptes. Qꝛ pmo ostēdit q̄uō xp̄s ad iudicij locū descēdit. Scdo aliq̄s scripturas q̄ ꝓtunc verificant̄ declarat ꝛ exponit. ibi. Ueniente autē. Et hec est diuisio ꝛ sentētia istius distinctōis i generali. circa quā i speciali q̄ro hanc questionē.

Utrū ꝯpleto extremo iudicio i celestibus corpibꝫ fiat aliqua realis alteratio. Et videt̄ ꝙ non. Qꝛ illud q̄d nō est susceptiuū pegrine impssionis hoc ratione extremi iudicij nō potest realiter alterari. Sꝫ celū nō est susceptiuū pegrine impssionis. g̃ ꝛc̄. Maioꝛ ptꝫ. qꝛ nihil realiter alterat̄. nisi vl̄ acquirēdo aliquā realē formā quā priꝰ nō habuit. vel perdēdo aliquā realē formam quā priꝰ habuit. quoꝝ neutrū cōtingere potest in illo q̄d nō est susceptiuū impssionis aliene seu pegrine. Etiā minoꝛ supponit̄ esse vera tam a ph̄is q̄ꝫ a doctoꝛibꝫ theologie

Cōtra. illud q̄d post iudiciū caret aliq̄ reali dispositōne quā post habuit. ꝛ habet aliq̄m pfectionē aliter q̄ꝫ priꝰ habuit. hoc realiter alterat̄. Sꝫ celū post iudiciū caret ꝛc̄. Maioꝛ patet. Probo minorē. qꝛ sic̄ patꝫ in vltimo. c. istiꝰ distinctōis. celū post iudiciū n̄ mouet̄. et prius mouet̄. g̃ post iudiciū caret ista reali dispositōe q̄ est motꝰ. Et sicut patꝫ eodē. c. sol ꝛ

luna habebūt septēpliciter magis de luce q̄ habuerint ante iudiciū. ergo habebūt post iudiciū hāc pfectōez q̄ est lux aliter puta magis intēse q̄ habuerint ante iudiciū. Hic pmo videndū est s̄m qua forma xp̄s appebit in iudicio. Scdo de ipi⁹ iudicij locali spacio Tercio de eiusdē iudicij tpali momēto. puta vtrū possit ab aliq̄ creatura sciri certa hora illi⁹ iudicij. Et qrto de principali quesito

Articulus primus.

Quātū ad primum

est sciendū q̄ cū xp̄s fuerit ver⁹ de⁹ ⁊ ver⁹ homo. habēs verā hūanitatē ⁊ verā deitatē. igit̄ q̄rere sub qua forma appeat in iudicio. est q̄rere vtrū videat̄ in iudicio s̄m formā deitatis vel s̄m formā humanitatis. Itē q2 in illo iudicio aliq̄ sunt beati. alij vero nō beati. sed pot⁹ dānati. ideo ponēde sunt due cōclusiones

Prima pclo

Prima est. q̄ i illo iudicio xp̄s s̄b vtraq̄ forma appebit ipis beatis. Q, em̄ appeat beatis s̄m formā humanitatis appet. q2 obiectū cognoscibile p̄sens potētie cognitiue pfecte disposite ⁊ nō impedite vere appet illi potentie ⁊ cognoscit̄ ab ea. Sz hūanitas xp̄i est p̄sens potētie cognitiue cuiuslibet beati. g̃ potentia i q̄libet beato est pfecte disposita ⁊ n̄ impedita. Nā si eēt indisposita vl̄ impedita tūc nō esset beata. ergo cuilibet beato appet xp̄s in iudicio s̄m suā humanitatē. Q, aūt beatis appareat xp̄s s̄m suā deitatē patz. Q2 ille nō est beat⁹ cui nō appet p̄priū obiectū sue beatitudinis. Sz deitas xp̄i est p̄priuz obiectū vere beatitudinis. g̃ si xp̄s i iudicio alicui beato n̄ appereret ⁊c. tūc ille beat⁹ nō esset beat⁹. qd̄ ē cōtradictio

Instantia

Forte dicet̄ q̄ beat⁹ p̄t frui vna diuina p̄sona nō fruēdo altera. g̃ dato q̄ xp̄s n̄ appeat alicui beato s̄m suā diuinā naturā. tn̄ ille p̄t esse beat⁹ fruēdo eadē diuina natura s̄m q̄ fruibilis est i alia p̄sona.

Solutio.

Rn̄deo negando antecedēs. Causas aūt negatōis assignaui lib. i. dist. i. q. iij. arti. iij. Et ibidē rn̄di ad pbatōes isti⁹ ancedētis.

Cōclusio secūda.

Cōclusio secūda est. q̄ dānatis xp̄s appebit i iudicio s̄m hūanā naturā. Q2 nō appebit eis s̄m diuinā naturā. g̃ s̄m hūanā. Cōseq̄ntia p̄tz ex sufficiēti diuisione. cū nō sint i xp̄o nisi he due nature. Añs etiā p̄tz p illō qd̄ dicit̄ Isa. xxvi. Tollatur impi⁹ ne videat gloriā dei.

Instantia 1

Sz p̄ istud añcedēs q̄dā arguūt sic. Dānati i die iudicij euidēter cognoscēt ⁊ videbūt xp̄m esse deū. g̃ euidēter ⁊ manifeste videbūt ei⁹ deitatē. Añs cōcedit̄ ab oīb⁹ doctorib⁹ theologie. Probatio p̄seq̄ntie. q2 esse dei idē est qd̄ deitas. Nā si esse dei differret ab ei⁹ eēntia. tūc de⁹ nō eēt pur⁹ act⁹. ⁊ esset realit̄ cōposit⁹. Sz q̄ manifeste videt aliquē esse deuz. ille videt esse dei. q2 esse deū ⁊ esse dei sūt idē i re ⁊ i significatōe. q̄uis differāt i modo significādi. g̃ si dānati manifeste vidēt xp̄m esse deū. sequit̄ q̄ manifeste videāt ei⁹ deitatē. z

P̄. ɔtra ɔclusionē p̄t argui sic. Si xp̄s appet dānatis i forma hūanitatis sue. vel illa hūanitas appebit vt est glorificata. vl̄ vt est infirma ⁊ nō glorificata. Sz nec sic nec sic. g̃ impijs nō appebit i forma hūanitatis. Maior patet. Minor pbat̄. q2 nullus dānat⁹ p̄t videre xp̄m visione delectabili. q2 dānat⁹ est p̄petue separat⁹ ab omī eo qd̄ delectat. Sz videre xp̄i hūanitatē gl̄ificatā ē valde delectabile. Ipē em̄ est in quē desiderāt angeli p̄spicere. vt habet̄. i. pe. c. i. g̃ null⁹ dānat⁹ p̄t videre hūanitatē xp̄i gl̄ificatā. Etiā nō p̄t eā videre n̄ gl̄ificatā. q2 natura hūana xp̄i nō est nō gl̄ificata. g̃ nō p̄t videri nō gl̄ificata Añcedēs q̄libet xp̄ian⁹ fateri tenet̄. Et ɔsītia patet. q2 esse visibile p̄supponit esse. Naz qd̄ nō est. hoc videri nō potest. ergo qd̄ nō est n̄ glorificatū. hoc nō potest absq̄ illusione ⁊ veridica visione videri nō glorificatū.

Cōfirmatio pclōis.

Sed ista nō cōcludūt. Quia congruū est xp̄m apparere in iudicio s̄m illā formā s̄m quā datū est ei iudiciū facere. hec autē est humanitas vt patet Johā. v. vbi dicit̄. Sicut pater habet vitā in semetipso. sic dedit ⁊ filio habere vitam in semetipso. ⁊ potestatē dedit ei iudiciū facere. quia filius hominis est. Et q̄ ibi loq̄tur de isto iudicio patet. q2 imediate sequit̄. Nolite mirari h̄. q2 venit hora in qua omēs qui in monumētis sunt audient vocem filij dei. ⁊ pcedēt q̄ bona fecerūt in resurrectōez vite. q̄ vo mala egerūt in resurrectionē iudicij. Et cōfirmat̄ ista minor. q2 s̄m illā formaz datū est xp̄o vt iuste iudicet s̄m quā ip̄e a pylato fuit iniuste iudicat⁹. Sz s̄m humanitatē fuit xp̄s iniuste iudicat⁹. g̃ ⁊c. Minor p̄tz ex euāgelica veritate. Sz maiorē habem⁹ ex glosa Job. xxxvi. sup illo v̄bo. Causa tua sic impij iudicata est. io cām iudiciūq̄ recipies.

Solutio Ad. i.

Ad primū igit̄ dicendū q̄ p̄seq̄ntia nō est vera loq̄ndo de intuitiua noticia dei. de q̄ pcedit argumentū. Ad pbatōez dicēdū ad minorē. q̄ mādifeste videre xp̄m esse deū p̄t dupliciter ɔtingere. Uno mō intuitiue. ⁊ sic mior ē vera. Alio mō deductiue. puta qñ ex signis ⁊ operib⁹ christi euidenter aliquis deducit̄ ad hoc q̄ cognoscit hāc p̄positionē esse verā qua

dicit christus est deus. et sic minor nō est vera. Et isto secūdo modo dānati i iudicio cognoscent xp̄m esse deū. et ideo i ꝓposito minor ē falsa. Ad ꝓbationē illius minoris dicēdū ꝙ licet deū esse et esse dei sint idē realit. tn̄ nō sequitur si aliqs deductiue cognoscit deū esse. ꝙ propter hoc intuitiue cognoscat esse dei. et ꝑ ꝯseqns etiā nō sequit ꝙ intuitiue cognoscat deitatem.

Ad.2. Ad secundū dicendū ꝙ hūanitas xp̄i apparet dānatis glificata. Ad ꝓbatōem dicēdū ad minorē. ꝙ qūuis videre hūanitatē xp̄i glificatā sit amicis xp̄i delectabile. tn̄ inimicis xp̄i nō est delectabile. sz potius afflictiuū et cōtristabile. Nūc aūt ita ē ꝙ dānati sunt maxime inimici xp̄i. ꝗ nō delectant in illa visione. qr naturale est cuilibet malo et ꝑuerso tristari i glia sui inimici. Et si aliqs hō in hoc delectat. hoc magis imputandū est grē ꝙ̄ nature. Q3 aūt dānatis appeat i iudicio humanitas xp̄i glificata. hoc expsse ponit augustinus ꝑmo ď trin. Uisio claritatis eius cōis erit bonis et malis.

Instantia Et si obijcit ꝑ illud Joh. xix. Uidebūt in quē trāsfixerūt. sup ꝗ verbo dicit glosa. ꝙ i ea

Solutio. carne venturus est in q crucifixus est. Rn̄deo ꝙ vtiqz videbūt in quē trāsfixerūt. sz nō videbunt eū sb apparētia infirmitatis. sz ad terrorē eoꝝ videbūt eū in apparētia et existētia claritatis et maiestatis. Etiā qūuis in eadē carne venturus sit qūtū ad substantiā. nō tn̄ qūtū ad easdē qlitates. qr qūuis illa caro habuerit qualitates passibilis corpis qñ fuit crucifixa. tn̄ i iudicio habebit qlitates ipassibil corpis.

Articulus secundus. Quantū ad secūdū articulū dicēdū. ꝙ locus iudicij videt esse i valle iosaphat et circa hmōi vallē. Istud satis apparet Johel. iij. vbi dicit dn̄s. In tpe illo cū ꝯuertero captiuitatē iuda et hierusalē: ꝯgregabo oēs gētes: et deducā eas i vallē iosaphat: et disceptabo cū eis ibi. Et infra eodē. c. ait. Cōsurgāt et ascendāt gētes i vallē iosaphat. quia ibi sedebo vt iudicē oms gētes in circuitu. Et seqt ibidē qūtū ad signū pcedēs iudiciū. Sol et luna obtenebrati sunt. et stelle retraxerūt splēdorē. Et circa finē eiusdē. c. qūtū ad remunerationē bonoꝝ dicit. In die illa stillabunt mōtes dulcedinē. et colles fluēt lacte. Ubi per mōtes stillātes dulcedinē possumus itelligere ipam deitatē cū tribꝰ diuinis psonis. Sz per colles lacte fluētes xp̄i humanitatē integratā ex vnione purissimi corpis et aīe ratōnalis vt sic obiectū nostre beatitudinis assimilet terre ꝓmissionis. que dicit lacte et melle manare. ꝗtenus oues dominice a dānandis hedis seqstrate ad dexterā iudicis collocate ingrediendo et egrediēdo pascua valeant repire. pascua .s. intus in deitate creatoris. et pascua similiter foris i humanitate saluatoris. Et qūtū ad afflictionē maloꝝ subdit ibidē. Egiptus in desolationē erit. et ydumea in desertū pditionis. Qr oēs dānabiles peccatores. vl peccauerunt ex timore male humiliāte et ratōnē obfuscante. vel ex amore turpiter inflāmante. sicut patz ꝑ beatū augustinū sup illo verbo ps. Incensa igni et suffossa ab increpatōe vultus tui peribūt. Quoꝝ primi intelligi poterūt ꝑ egiptū. que interptat tenebra. et alij ydumeā. ꝗ interptat terrena: rufa: aut sanguinea

Instantia Et si dicit ꝙ ista vallis ꝓpter sui artitudinē nō possit capere oēs in illo iudicio iudicādos

Solutio Respondeo ꝙ nō erūt oēs in illo valle. sed etiā circa vallē. et superius in aere erūt electi. et maxie perfecti cū ipso iudice. sm gradū sue dignitatis et excellentie nobiliter collocati.

Instantia Forte etiā dicet ꝯtra illud qđ dictū est ď solis et lune obtenebratōe. qr eclipsis solis et eclipsis lune nūꝙ̄ possunt esse simul. qr eclipsis solis fit per interpositionē lune inter nos et solē. et ideo sol nō potest eclipsari nisi luna existente in maxima cōiunctōne cū sole. E cōuerso vero eclipsis lune fit ꝑ interpositionē terre inter solē et lunam. nisi em vmbra terre ꝓhiberet radios solis cōtingere lunā. tunc luna nō eclipsaret. igit luna nō potest eclipsari nisi luna existente i maxima distantia a sole. Sicut igit luna nō pt simul esse in maxima ꝯiunctōne cū sole. et in maxima distantia a sole. sic nō pt siml esse eclipsis solis et lune.

Solutio Respōdeo ꝙ quāuis eclipsis ex cursu naturali ꝓueniēs ꝯtigat modo iā dicto. et ꝑ cōsequēs naturaliter nunꝙ̄ siml possint ꝯcurrere eclipsis solis et lune. tamē per dei potentiā supernaturalē potest sol simul eclipsari cū lūa quādocūqz placuerit ipi deo. Cū igit sol et luna circa extremū iudiciū eclipsent per supernaturalē dei potentiā. ideo instantia nihil cōcludit ꝯtra scripturā supradictā. Nā sicut tpe passionis xp̄i ꝑ supnaturalē dei potētiā sol fuit eclipsatus in pleni lunio. luna existēte in maxima distantia a sole. vt testat beatus dyonisius. et etiā patz ex scripturis. put alias dedux. sic etiam continget simul eclipsis solis et lune ante horā examinationis extreme.

Articulus tercius. Quātuz ad tercium

Prīa ɔclō articulū pono duas cōclusiones. Prima est. ꝙ aliq̄ creatura puta aīa xp̄i d certo cognoscit diē ꝛ horā extremi iudicij. Qꝛ aīa xp̄i q̄uis nō cognoscit oīa p diuinā potētiā fieri possibilia. tn̄ cognoscit oīa fiēda. vt pbaui lib. iij. dist. xiiij. arti. iij. ſꝫ hora extremi iudicij est de numero fiendoꝝ. ḡ ꝛc. P. oēs doctores ɔcedunt ꝙ aīa xp̄i nō pficiet in cognoscēdo. ergo necessario habēt cōcedere ꝙ nunc de certo cognoscit diē ꝛ horā extremi iudicij. Cōsequētia patet. qꝛ quādo venerit illa hora tūc de certo cognoscet eā. igit̄ si nūc nō cognosceret eā. tūc ex euentu illi⁹ hore pficeret in cognitiōne. Forte dicet̄ ꝙ antecedēs isti⁹ rationis repugnet his q̄ dixi li. iij. dist. xiiij. arti. iij. ɔclusione tercia. vbi videbar dicere ꝙ xp̄s habuit scientiā de reb⁹ acquisitā. ad qđ videt̄ sequi ꝙ christ⁹ pfecerit in sciētia. cui⁹ oppositū habet̄ in antecedente isti⁹ rationis. ergo ꝛc.

1

2

Instantia

Solutio. Respōdeo ꝙ hic nulla est ɔtradictio. qꝛ ħ nego animā xp̄i pficere i cognoscēdo sic ꝙ aliqua incipiat cognoscere q̄ pri⁹ nō cognouit. ſꝫ in tercio libro dixi ꝙ anima xp̄i in tp̄e acq̄siuit habit⁹ sciētificos. quoꝝ tn̄ obiecta a pmo instāti sue creatōis pfecte cognouit p habit⁹ infusos. ac etiā cognitōne verbi. Propter qđ christ⁹ nō incepit cognoscere ex habitib⁹ acq̄sitis qđ pri⁹ nō cognouit. q̄uis aliq̄ modo in tp̄e cognouerit. q̄ modo pri⁹ nō cognouit.

Instantia Forte adhuc dicet̄ ꝙ isti cōclusioni ɔtradicat text⁹ scripture Mar. xiij. vbi ait saluator

1 De die aūt illo vel hora nemo scit neqꝫ angeli qui sunt i celo neqꝫ fili⁹. P. christ⁹ nō audiuit a patre quādo ista hora deberat esse. ergo nō videt̄ scire quādo hmōi hora deberet esse. Cōsequētia patꝫ. qꝛ quecūqꝫ christ⁹ ſm ꝙ homo nouit illa a patre audiuit. Antecedēs pbat̄. qꝛ Johā. xv. christ⁹ dixit discipulis. Oīa quecūqꝫ audiui a patre meo nota feci vobis. Sꝫ quādo ista hora sit ventura nō notificauit eis. qꝛ quantū ad hoc dixit eis Act. i. Nō est vestꝝ nosse tp̄a vel momēta que pater posuit in sua potestate. ergo videt̄ ꝙ determinationē isti⁹ hore a patre nō audiuerit. Sed

2

Cōtra ista ista n̄ ɔcludūt. Qꝛ ad prudētē iudicē spectat discernere ꝛ cognoscere q̄n suū iudiciū velit celebrare. vt patꝫ ex dictis supi⁹. Et ipē est prudentissim⁹. qꝛ ſm apl'm ad colossen̄. ij. in ipo sunt recōditi oēs thezauri sapiētie ꝛ sciētie dei ergo ꝛc. Ad primū igit̄ dicēdū ꝙ fili⁹ dicit̄

Solutio. Ad. 1. inq̄tū homo est nō scire horā illā cognitōne naturali. ex hoc tamē nō habet̄ absolute ꝙ n̄ sciuerit. vel adhuc nō sciat hmōi horā. qꝛ ꝛ si nō cognitōne naturali. tamē cognitōe sen̄ sciētia visionis cognoscit horā illā. ꝛ oīa aliq̄ tā facta q̄ fienda. In tali eīn sciētia aīa xp̄i equat̄ verbo diuino. sicut patet p glosaꝫ apc. v. sup illo verbo. dign⁹ est agn⁹ q̄ occisus est accipe sapiētiā ꝛc. vbi ſm glosaꝫ iste agnus. i. christ⁹ ſm ꝙ homo est habet cognitōneꝫ oīm sicut ipm verbū cui vnit⁹ est. Que glosa verissima est supposito duplici tēperamēto. Quorū primū est vt li omniū nō extēdat se ad possibilia fieri. q̄ cognoscunt̄ a deo sciētia simplicis noticie. ſꝫ solū ad facta ꝛ fiēda que cognoscunt̄ sciētia visionis. Secūdū est ꝙ li sicut nō sit nota similitudinis vel equalitatꝭ intēsiue. sed solū extēsiue. qꝛ q̄uis noticia anime christi quo ad facta ꝛ fiēda equet̄ cognitionī verbi extēsiue. puta quantū ad numerū scitorū. tamē quantū ad modū cognoscēdi in infinitū deficit ab ea. qꝛ eadē cognita in infinitū clari⁹ ꝛ pfecti⁹ cognoscit ipm verbū. q̄ cognoscat anima christi. Ad secūdū nego antecedens. Ad pbationē dicendū ad maiorē ꝙ li oīa nō distribuit absolute oīa ꝛ singula a patre audita. sed solū talia audita que ad salutem ꝛ informatōnē discipuloꝝ spectabant. ꝛ ideo dato ꝙ determinationē isti⁹ hore discipulis nō reuelauerit. ex hoc tamē nō sequit̄ ꝙ hmōi determinationē a patre nō audierit. qꝛ reuelatō hore pdicte ad discipuloꝝ salutē nō spectauit. Cōclusio secunda est. ꝙ pbabiliter teneri potest nullā aliā creaturam excepta anima christi determinate cognoscere horam predictā absqꝫ speciali dei reuelatōne. Nā eo ipo ꝙ hoc pater posuit in sua potestate. vt patet actuū. i. ideo nulla pura creatura hoc scire poterit nisi a deo sibi fuerit specialiter reuelatū. P. si illaꝫ horā de certo nosceret aliqua creatura excepta anima xp̄i. ꝛ hoc sine speciali dei r̄uelatōe. vl' nosceret eā cognitōe naturali vl' cognitōe btīfica q̄ res videnť i ʋbo seu i diuina essentia. Primū dici nō pt. qꝛ [illegible] aīa xp̄i naturali cognitōe noscit illā horā vt sciū doctores dicūt. Et ptꝫ etiā rōe. qꝛ qđ aliq̄ aīa cognoscit cognitōe naťali. ad illi⁹ noticiā cetere aīe eiusdē spēi p̄nt attigere igenio naťali. Sꝫ nulli⁹ hoīs aīa idagatōe naturali igenij ad noticiā isti⁹ hore vn̄q̄ potuit puenire. Vn̄ q̄dē aliq̄ psūptuosi astrologi d ħ se itromisert Sꝫ vt expimēto didicim⁹. oēs eoꝝ calculatōes penit⁹ defecert. Nec scōm dari pt. qꝛ Mar. xiij. noticia isti⁹ hore excludit̄ ab āgel' q̄ i celo sūt d q̄b⁹ n̄ ē dubiū q̄n visiōe btā videāt diuinā eēntiā seu ʋbū Et ɔfirmat̄. qꝛ nl'la creať a cogtō

Ad. 2.

Cōclusio scđa.

1

2

Cōfirmať

ne beata cognoscit omīa futura ɔtingentia in lucentia in diuīa essentia excepta aīa christi. ğ nulla creatura cognitōe beata cognoscit horā extremi iudicij. Cōsequentia patz. qꝛ q̄ꝫtū ex auctoritatibꝰ scripture ac etiā sctōꝝ doctoꝝ dictis pcipe possumꝰ. inter omīa futura nullū ita secretū esse videt̄ sicut hora p̄dicta. Antecedēs aūt pbatū est ex dictꝫ lib. iij. dist. xiiij arti. iij. Uerꝫ tñ istud añs multas patit̄ instātias. ad q̄s ibidē r̄ndi. ꝛ etiā tāgere ppono d̄ ista materia dis. ꝓxia seq̄nti. iō d̄ his trāseo ꝓ p̄senti.

Articulus quartus.

Quātū ad quartuꝫ articulū dicendū ꝙ licet celū ꝓprie nō alteret̄ inq̄ꝫtū alteratio est quidā motꝰ successiuus q̄ qualitas realis acq̄rit̄. tñ large loquēdo d̄ alteratōe inq̄ꝫtū oīe illō dicit̄ alterari. qđ nūc aliter se habet q̄ꝫ pꝰ. sic celū circa extremū iudiciū dupliciter alterat̄. s. priuatiue ꝛ positiue qꝛ mutat̄ de motu ad quietē mutatōe priuatiua. ꝛ de minori lucīditate seu claritate ad maiorē claritatē mutatōe positiua. ꝛ vtraq̄ istaꝝ mutationū ꝓ illo statu ɔgruit ipi celo Nā motꝰ celi deseruit ad generatōeꝫ istaꝝ reꝝ inferioꝝ ꝛ pncipaliter ad generatōeꝫ hominū ꝓpter q̄s cetera generant̄. Sꝫ circa extremuꝫ iudiciū cessat generatio hominū vt fide tenemus. ğ ɔgruū est ꝓtūc etiā cessare motū celi.

Quāuis aūt ꝓ tūc cesset hominū generatio. tñ auget̄ electoꝝ delectatō. ꝛ lumē delectat oculos. iuxta illud Eccl's. xi. q̄ꝫ dulce lumē et delectabile oculis videre solē. ideo augmentabit̄ lumē celi. vt etiā oculi corpales ipoꝝ electoꝝ in eiꝰ intuitu delectent̄. Sꝫ q̄ꝫuis ista sint vera. ꝛ dictis sanctoꝝ ɔformia. vt appet ī lr̄a circa finē istiꝰ distinctōis. tñ satis apparenter p̄t argui ɔtra ea. Et p̄mo ɔtra illud qđ dictū est de motu sic.

Argumēta pbantia ꝙ motus celi n̄ cessabit.

Tempꝰ nō cessabit: 1 ğ nec motꝰ celi cessare poterit. Cōsequētia patet. qꝛ tempꝰ est numerꝰ motꝰ f̄m pꝰ ꝛ posteriꝰ. vt dicit̄. iiij. phisi. Et loquit̄ ibi arestoteles̄ de motu celi. Sicut igit̄ nulla res p̄t manere cessantibꝰ partibꝰ sue diffinitōis. sic tps non p̄t manere cessante motu celi Antecedēs pbatur. qꝛ si tps desineret esse. tūc vel illa desinitō mensuraret̄ tpe vl' instāti. Si tpe. tūc tempꝰ esꝫ postq̄ꝫ desijsset esse. Si in instāti. tūc cū omē instās sic sit terminꝰ tpis p̄teriti. ꝙ etiā est p̄ncipiū futuri. sicut patet. iiij. phisi. igit̄ post illud instās in q̄ supponit̄ desinere tps adhuc maneret tps: puta tēpus futuꝝ cuiꝰ p̄mōi instans esset principiū. Et cōfirmat̄. qꝛ post Cōfirmat iudiciū hoīes mouebunt̄ ꝛ loquent̄. vel ergo isti motꝰ mensurabunt̄. ꝛ tūc necesse erit dare tps. qꝛ tps est ꝓpria mēsura motꝰ. mēsuratū aūt nō p̄t esse sine sua ꝓpria mēsura. vel n̄ mēsurabunt̄. ꝛ tūc erūt īmensi. ꝛ ꝑ ɔsequēs essent infiniti. ğ ꝛc. P̄. si sol staret ꝛ non moueret̄ 2 circa terrā. tūc alteꝝ emisperiū ꝑpetue maneret obscuꝝ. Cōsequētia patet. qꝛ sicut in nostro emisperio est noctis obscuritas sole existente in altero emisperio. sic in illo emisperio esset ꝑpetua obscuritas. si sol ꝑpetue staret super isto emisperio. Sꝫ ɔseq̄ns videt̄ esse falsū. qꝛ post iudiciū tūc ptes mūdi nō mutant̄ in peius sꝫ in meliꝰ. vt apparet ex dictis sanctoꝝ in lr̄a.

P̄. q̄ñ mundꝰ melioꝛat̄. tūc celū nō priuabit̄ sua naturali ꝑfectōne. sꝫ motꝰ est natural' 3 ꝑfectio celi. ꝛ vt dictū est mundꝰ in fine melioꝛat̄. ergo ꝛc. P̄. motꝰ celi est celo natural'. 4 ergo nunq̄ꝫ celū p̄t ad hoc ꝑuenire ꝙ quiescat ꝑpetue. Antecedēs patet ex his q̄ dixi lib. ij. dist. xiiij. arti. i. cōclusione secūda. Cōseq̄ntia probat̄. qꝛ q̄ñcūq̄ alicui rei vnū oppositoꝝ ɔuenit naturaliter. tūc eidē rei alteꝝ oppositorū nō p̄t cōuenire nisi violēter. Sed motus ꝛ quies sunt opposita. ergo supposito ꝙ moueri cōueniat celo naturaliter. tūc quiescere non poterit sibi cōuenire nisi violēter. Sꝫ nullū violentū potest esse ꝑpetuū. ergo ꝛc. P̄. ponere quādoq̄ motū celi cessare videt̄ esse ɔtra 5 veritatē sacre scripture. ergo h̄ nullatenꝰ ē ponendū. Antecedēs pbat̄. qꝛ Genes̄. i. dicitur Fecit deꝰ duo luminaria. luminare maiꝰ vt p̄esset diei. ꝛ luminare minꝰ vt p̄esset nocti. Et ibidē dicit̄. Fiāt luminaria in firmamēto celi vt diuidāt diē ꝛ noctē. ꝛ sint in signa ꝛ tpa et dies ꝛ annos. H̄ec nō possunt obseruari sine motu celi. ideo ꝛc. Itē Genes̄. viij. dicitur Cūctis diebꝰ terre sementis ꝛ messis: frigꝰ et estꝰ: estas ꝛ hyems: nox ꝛ dies nō requiescēt.

P̄. vbi motoꝛ nō lassat̄ ibi motꝰ ꝑpetuat̄. 6 Sꝫ motoꝛ celi nō lassat̄. cū sit sepatꝰ a materia. H̄ac rōeꝫ inuit Arest. ix. meth. ꝛ. ij. de celo ꝛ mū. P̄. ɔtra illud qđ dictū est de augmēto lucis potest argui sic. Nō minꝰ lux celestis 7 facit ad generationē istoꝝ inferioꝝ q̄ꝫ motꝰ celestis. igit̄ si post extremū iudiciū cessabit motus celi ꝓpter cessationē generatōis. tūc eadē ratōe debet cessare lux. ꝛ ꝑ ɔsequēs nō augebitur sꝫ potiꝰ minuet̄ ꝛ corrumpet̄. P̄. Isaias 8 exprimēs finalē statū mūdi. lx. c. sui libri. ait ad quēlibet electū. Nō erit tibi ampliꝰ sol ad lucēdū per diē. neq̄ splendoꝛ lune illūinabit

de. sȝ erit tibi dñs in lucē sempiternā. g nō vi/
Contra ista det ꝙ lux augeat. Sȝ ista nō ꝯcludūt. Qꝛ
1 post vba iā dicta subdit Isa. Nō occidet vl/
tra sol tu⁹. ꝛ luna tua nō minuet. Sȝ si celū ꝛ
sidera mouerent. tūc planū est ꝙ sol occideret
ꝛ etiā luna ꝑpter accessū ad solē minueretur.
2 Itē Isa. xxx. dicit. Et erit lumē lune sic lu
men solis. ꝛ lumē solis erit septēpliciter sic lux
septē dieꝝ. Ex q̄ euidēter habet augmentū lu
Solutio. cis circa finē mūdi. Ad primū igit dicēdū
Ad. 1. ꝙ sicut est duplex mēsura mot⁹. sic est duplex
tps. Supposito em̄ motu celi. tūc q̄libet mo/
tus citra p̄mū motū dupliciter mēsurat. Uno
modo mēsura intrinseca. ꝛ sic cuiuslibet mot⁹
ꝑpria distēsio dicit sua mēsura. Alio modo
mēsura extrinseca. ꝛ sic tps ſm ꝙ est numerus
mot⁹ primi mobilis. de q̄ tpe loquit arestote.
iiij. phisi. est mēsura cuiuslibet mot⁹. Prima
mēsura dicit tps ꝑpriū cuiuslibet mot⁹. sȝ se/
cunda dicit tps cōmune. Et hec distinctō ex
p̄sse habet a simplicio in cōmento sup lib. ꝑdi
camentoꝝ. vbi ait. ꝙ sicut duplex est loc⁹. s. ꝑ
pri⁹ ꝛ cōmunis. sic eodē modo duplex est tps
scilicet ꝑpriū ꝛ cōmune. Et ſbdit. ꝙ licet hu/
iusmodi tps ꝑpriū nō inueniat plane tradi/
tū. tñ necesse est assignari. Et istā eandē disti
ctionē tpis innuit gilbert⁹ in cōmento sup li.
de ꝯsolatōe boetij dicens. Iuxta numeꝝ reꝝ q̄
durāt tpibꝫ est temporꝫ numer⁹. q̄ꝫ tñ aliqua
decedentiū vl' succedētiū ꝯtinuatiuo ꝛ simul es
sendi ꝯsortō vniunt. ac p h̄ mlta tpa vnū tps
vt vn⁹ mēsis: vna dies. Quasi dicat. licȝ sin
gla tpa ꝑpria ipsaꝝ reꝝ tpaliū. tñ oibꝫ hmōi
ꝑprijs tpibꝫ simul existētibꝫ respōdet vnū tps
cōmune. Sicut em̄ vn⁹ mot⁹ primi mobilis
quo celū semel circūuolui: correspōdet oibꝫ
motibꝫ inferioribꝫ q̄ fiūt inferi⁹ durāte illa re
uolutōne. sic tps vni⁹ naturalis diei qd ē mē
sura intrinseca illi⁹ reuolutōis: correspōdet tā
q̄ꝫ mēsura extrinseca omībꝫ istis pticularibus
distensionibꝫ. q̄ distēsiones sunt tpa ꝑpria in
trinsece mensurātia istos mot⁹ inferiores. q̄ꝫ
mora seu duratio ꝯtinuabat p vnā diē nata/
lē. Et sicut iā dixi de die. sic eodē modo ima/
ginandū est de durantibꝫ p momentū vel per
horā. p mēsem vl' p annū. seu p quācūqꝫ aliā
q̄uiscūqꝫ breuē vel longā ꝑtensionē. Ista
etiā est intētio beati augustini lib. xj. ꝯfes. vbi
arguit illos q̄ dicūt solū mot⁹ celestiū corpo/
rū esse tpa. Nā vt ibidē dicit. si cessaret mot⁹
celestes. ꝛ mouerent aliq̄ alia. adhuc esset tps
mensurās hmōi mot⁹ Et eodē libro ait augu
stin⁹. ꝙ tps nō est aliud nisi distensio motus

Et eandē diffinitionē tpis ponit algasel i sua
metha. ꝛ simplici⁹ sup ꝑdicamēta. Cū igit
distensionē q̄ est intrinseca cuilibet motui pos
sim⁹ ꝯsiderare seu ꝯcipe: etiā posito ꝙ primus
motus nō esset. ideo beat⁹ augustin⁹ li. ꝑdicto
tangēs historiā q̄ scribit Iosue. x. ait. Nemo
mihi dicat motus celestiū corpoꝝ esse tpa. qꝛ
cuiusdā voto dū bellū pageret sol stabat ꝛ tē
pus ibat. Quasi dicat augustin⁹. Supposi
to ꝙ illud bellū nō fuerit mensuratū ꝑ tūc mē
sura cōmuni. q̄ est temp⁹ de q̄ loquit arestote.
iiij. phi. tñ nō defuit ei mēsura ꝑpria ꝛ intrin/
seca. q̄ potuit dici tps. ꝑut tps dicit distensi/
onē ꝑpriā ꝛ itrinsecā cuiuslibet mot⁹. His
p̄missis dico ad formā argumēti ꝙ licet ante/
cedens sit veꝝ accipiēdo tps p mēsura ꝑpria
ꝛ intrinseca cuiuslibet mot⁹. tñ vt sic ꝯsequē/
tia est falsa. qꝛ illud tps nō habet necessariā d̄
pendentiā a motu celi. nisi mot⁹ cui⁹ est men
sura intrinseca dependeat a motu celi depēdē
tia essentiali ꝛ necessaria. Ad ꝑbatōeꝫ ꝯse
quētie patet. qꝛ nō ꝑcedit de tpe qd est distē/
sio ꝑpria ꝛ intrinseca mot⁹ inferioris. de q̄ di
xi antecedēs esse veꝝ. sȝ ꝑcedit de tpe qd est di
stensio mot⁹ primi mobilis. de quo loquēdo
antecedēs est falsū. Et qꝛ antecedēs ſb illo
sensu ꝑbatur. ideo ad ꝑbationē illā dicēdū ꝙ
hmōi desinitio mēsurabit instāti. illud tñ in/
stans ita erit termin⁹ tpis p̄teriti. ꝙ tñ nō erit
initium tpis futuri. sicut in p̄ncipio creatōis
mūdi erat vnū instans qd ita fuit initiū tpis
futuri. ꝙ tñ nō fuit termin⁹ alicui⁹ tpis p̄teri/
ti. Nec dictū aresto. quo dicit. ꝙ omē istās
sic ē termin⁹ tpis p̄teriti ꝙ ē initiū futi. ē verū.
cū repugnet catholice fidei. qua tenem⁹ mun
dū quādoqꝫ incepisse. ac etiā quādoqꝫ desine/
re esse Ad cōfirmationē patet p iā dicta. qꝛ
omēs hmōi mot⁹ mensurabunt mēsura intri
seca. quāuis nō mensurent mēsura extrinseca
que p tūc cessabit cessante motu celi. Sicut
em̄ pann⁹ est in se mensus ꝛ finit⁹ ꝑpria exten
sione sue quātitatis cōtinue. dato ꝙ null⁹ essȝ
bacul⁹ seu vlna quo vl' qua extrinsec⁹ p coex
tensionē mensuraret. sic in ꝑposito ꝛc. Est
etiā aduertendū ꝙ lib. ij. dist. ij. q. i. aliqua di
xi de tpe. que omia intelligēda sunt de tempo/
re qd superi⁹ dictū est temp⁹ cōmune. qꝛ de il/
lo pcise fuit ibi sermo Ad secundū nego cō Ad. 2.
sequentiā. Ad ꝑbationē dicēdū ꝙ ſm Isido
rū ꝛ alios sanctos doctores sol stabit in oriē/
te. ꝛ luna in occidēte post diē iudicij. ꝛ ideo ñ
solū illuminabūt istud emisperiū. sȝ etiā aliō
Etiā stelle erūt tē mire claritatꝫ ꝛ lumiositatꝫ.

z aqua maris q in alio emisperio occupat to/tã terrã. erit tũc limpidissima z splẽdida tãq̃ cristallũ. z ideo ꝓpter reuerberatõez radioꝝ a stellis refractoꝝ sup ipam aquã: erit aer illius
Ad.3. emisperij valde illuminat⁹. Ad terciũ dicẽdũ q mot⁹ nõ est pfectio celi nisi i ordine ad alteꝝ. puta in ordine ad generationẽ. istoꝝ inferioꝝ. z ideo cessante generatõe istoꝝ inferiorũ. tũc quies erit de pfectõe celi z nõ motus.
Ad.4. ideo zc. Ad quartũ dicendũ q mot⁹ absolute loquẽdo nõ est naturalis celo Unde fm Auic. celũ nec mouet naturaliter nec violent Sz mot⁹ celi p tanto dicit celo naturalis. qz supposito q celũ moueat ab intelligẽtia tunc magis est aptuz ad hoc q moueat motu illo quo nũc mouet. s. motu circulari. Nã cũ nec sit graue nec leue. ideo supposito q moueat. naturale est sibi q moueat circa mediuz. z nõ ad mediũ sicut grauia. vl' a medio sicut leuia Et eodẽ modo quies absolute nõ est sibi naturalis. Sz supposito q intelligentia dessinat mouere celũ. tunc naturale est sibi q quiescat circa mediũ. Et ideo talis quies pt esse perpetua. qz nullaten⁹ est violẽta. Ad pbatõez antecedẽtis dicẽdũ. q cũ ▯ dicto moderamie sunt illa q̃ ibi dixi de mot⁹ celi naturalitate intelligẽda. sicut etiã ibidẽ patet. Ad formã etiã argumẽti dicendũ. q cõcesso antecedente cũ pdicto moderamine. tũc negãda est ꝯsequentia. Si aũt antecedens accipit absolute sine hmõi moderamine: tũc antecedẽs nõ est veꝝ.
Ad.5. Ad quintũ nego antecedẽs. Ad pbatõez dicendũ q omes ille autoritates sunt intelligende q̃tũ ad decursuz reꝝ z ordinẽ a deo institutũ vsq ad cõpletã generationẽ oim electoꝝ. qua generatõe cõpleta: tũc salua veritate sacre scripture oĩa cessabũt q̃ in istis autoritatibꝫ expmunt.
Ad.6. Ad sextũ dicendũ. q licet maior esset ꝯcedenda supposito q ille motor naturaliter moueret z ex necessitate nature. sicut aliq̃ phi intellexerũt de motore celi. tñ si mouet libere z ꝯtingẽter. tũc nõ est vera. qz ꝓpter sui libertatẽ pt a mouendo z a motione desistere quãdocũq sibi placuerit. vel quãdo deo placuerit cui⁹ amore mouet ad mouẽdũ. qz vt patet. xij. metha. primũ mouẽs mouet alias intelligẽtias vt desideratũ z amatũ. Cũ igit motor celi nõ moueat ex necessitate nature: sz libere ꝓpter amorẽ pmi motoris. iõ q̃uis ñ lassef. tamẽ cessabit a motu quãdocũq placuerit ipi deo cui⁹ amore mouet.
Ad.7. Ad septimũ dicendũ. q quãuis lux nõ min⁹ q̃ mot⁹ faciat ad generationẽ. tamẽ etiã facit ad sanorum oculoꝝ magnã delectationẽ. igit cessante generatõne. adhuc debet lux manere z augeri vt in ipo corpales oculi ipoꝝ electoꝝ valeant delectari Ad octauũ dicendũ q q̃uis dñs Ad.8.
quantũ ad beatitudinẽ essentialẽ sit p tunc in lucẽ sempiternã cuilibet electo. a sempiterno lumine sue essentie creãdo lumẽ glorie in mẽtibꝫ beatoꝝ. vt sic impleat illud ps. Apud te est fons vite. z in lumie tuo videbim⁹ lumẽ. z quantũ ad h nec sol nec luna illuminet electos. tamẽ q̃tũ ad delectationẽ suoꝝ corpaliũ oculoꝝ erũt sol z luna z oĩa celestia sidera i sua claritate mirabiliter augmẽtata. Nec etiã Isa. ibi negat lumẽ solis z lune. sz solũ negat modũ lucendi. s. cũ noctis interpositõe. qz p tunc nõ lucebit sol⁹ sol p diẽ. ita q splẽdor lune z ceteroꝝ sideꝝ luceat p noctẽ. sz oĩa ista simul lucebũt p diẽ. qz tũc habebim⁹ diẽ vnã q̃ erit sempiterna. Ad argumentũ principale dicendũ ad minorẽ q licet celũ nõ possit Ad principale argu.
alterari z suscipe pegrinas impssiones ab agẽte naturali. eo q in celo nõ sit ratõ seu potẽtia seminalis passiua. h⁹ tamẽ pt ab ipo deo. eo q in celo sit ratõ seu potẽtia obediẽtialis passiua qua potẽtia in celo z ex celo oẽ illud pt fieri qd placet ipi deo.

Distinctio quadragesimanona.

Post resurre

ctionẽ. Postq̃ mgr determinauit de extremi iudicij disceptatione. nũc in istis duabꝫ vltimis distinctõibꝫ tractat de iudicatoꝝ remuneratione. Et diuidit in duas ptes. Qz pmo determinat de retributõe bonoꝝ. Secundo d retributõne maloꝝ distinctõe vltia. ibi. Dicorit q̃stio. Prima in duas. Qz primo tractat de cõmuni beatitudine oim. Secũdo d differentia beatitudinis post z ante iudicium. ibi. Post hec q̃ri solet. Prima i duas. Qz primo tractat de electoꝝ beatitudine in generali. Secundo de partibꝫ beatitudinis in speciali. ibi. Solet etiã q̃ri vtꝝ aliq̃d de deo. Prima ps e psentis lectõnis. Et diuidit i duas ptes. Qz primo ostẽdit qũo tã pene q̃ glorie est disparticipatio. Secũdo qũo respectu beatitudĩs est oim cõmũis appetit⁹ z affectatio. ibi. Solet etiã q̃ri d beatitudie. Prima in duas. Nã pmo ostẽdit in gl'ia beatoꝝ esse distinctionez. Secũdo h declarat a sili p corpoꝝ glorificationẽ. ibi. Nã sicut erit differẽs. Et i hoc stat

diuisio ⁊ sententia isti⁹ lectōis in generali. circa quā q̄ro in speciali.

Utrū quattuor sint dotes corpis glorificati. Videt̄ q̄ nō. Q2 corp⁹ nō debet pluribꝰ modis decorari q̄z aīa. Sz aīe solū sunt tres dotes ipam decorantes ⁊ perficiētes. ergo ⁊c̄. Maior patet. q2 ancilla non debet pluribꝰ modis decorari q̄z regina. Sz corporalis natura tenet̄ obedire aīe sicut ancilla obligat̄ ad obediendū regine. Patet etiā minor. q2 dotes aīe sunt solū tres. s. visio dilectio ⁊ cōprehēsio vl' inhesio. sicut infra dicet̄. In cōtrariū est mḡr ⁊ ceteri sancti doctores. qui ponūt quattuor esse dotes corpis glorificati. s. claritatē. impassibilitatē. agilitatē. ⁊ subtilitatē. Quia mḡr in prima pte istius lectōnis declarat animarū beatitudinē per corpoꝝ glorificationē. ideo in ista q̄stione pcise intēdo tractare de dotibꝰ quibꝰ corpa beatorū glorificant̄. vt deinceps in sequētibꝰ lectionibꝰ videat̄ qualiter beatoꝝ aīe in talibꝰ glorificatꝭ corpibꝰ beatificant̄. Erūt igit̄ i ista q̄stione quattuor articuli s̄m q̄ttuor p̄dictas dotes corpis glorificati. Ita q̄ prim⁹ articul⁹ erit de hmōi corpis claritate. Secūd⁹ de impassibilitate. Terci⁹ de agilitate. Et quart⁹ de subtilitate.

Articulus primus Pria pclo

Quantū ad primū

pono duas cōclusiones. Prima est. q̄ post resurrectionē mortuoꝝ corpa electoꝝ erūt maxime claritatis ⁊ lucidissime refulgētie. Quia inter om̄es corpales creaturas q̄s pn̄ūc p̄sue [illegible] modo videm⁹ nihil est lucidi⁹ sole. Sed corpa beatoꝝ fulgebūt sicut sol. ergo erūt summe claritatis ⁊ luciditatis. Maior patet. Et minor habet̄ testimonio saluatoris Matth. xiij. vbi ait. Tūc iusti fulgebūt sicut sol in regno patris eoꝝ. Habet̄ etiā ista minor Sap. iij. vbi dicit̄. Fulgebūt iusti. ⁊ tanq̄z scintille i arūdineto discurrēt ⁊c̄. Ubi dicit quedā glosa. q̄ iusti fulgebūt sicut sol. ⁊ nō solū sicut sol nūc fulget. s3 sicut tūc fulgebit. quādo iuxta Isaie vaticiniū lumē solis augebit̄ septēpliciter.

2 P. moyses adhuc existēs i mortali corpore ex cōsortio sermonis dn̄i in monte sinai habuit faciē cornutā. ⁊ ita splendidā. q̄ seniores ppl'i nō poterāt intēdere in faciē eius nisi opiret̄. vt scribit̄ Exodi. xxxiiij. igit̄ illi q̄ i corpore imortali visione beata ⁊ stabili nude cōtemplant̄ essentiā ipi⁹ dei. maximā habebunt claritatē ⁊ luciditatē in suis corpibꝰ gloriosis

Sz cōtra istā p̄clusionē quidā arguūt sic. Corp⁹ xp̄i post suā resurrectōnē nō habuit hmōi claritatē sicut sol. ḡ nullū corp⁹ humanū post suā resurrectionē habebit hmōi claritatē. Antecedēs patet. q2 q̄n apparuit marie magdalene in orto. ⁊ duobꝰ discipul' euntibꝰ i emaus. nō habuit hmōi claritatē. q2 marie magdalene apparuit tanq̄z ortulanus. ⁊ illis duobꝰ discipul' tanq̄z pegrin⁹. Cōseq̄ntia etiā patet. q2 sicut beatitudo aīe xp̄i p̄cellit oēm beatitudinē cuiuscūq̄z alteri⁹ aīe. sic claritas sui corpis debet p̄cellere claritatē corpalē cuiuscūq̄z alteri⁹ hoīs. — Contra cōclusionē.

P. corpa glorificata erūt colorata. ḡ nō erūt lucida. Cōseq̄ntia patet. q2 lucida ⁊ colorata sunt oppositaꝝ cōdicionū. Nā color est extremitas pspicui in corpe terminato. Sz lux est extremitas pspicui in corpe nō terminato. Añcedens p̄bat̄. q2 om̄e pulcrū est coloratū. Ista patet p beatū augustinū. xxij. de ci. dei. c. xix. vbi ait. Pulcritudo corpis est partiū cōgruētia cū quadā coloris suauitate. Sz corpa gl'ificata erūt valde pulcra. ḡ erūt colorata. 2

P. corp⁹ lucens p̄pria claritate nō est trāsparēs seu peruiū. Sz corpora gl'ificata erūt trāsparētia. ḡ ⁊c̄. Maior patet. q2 si corp⁹ lucēs claritate ess3 peruiū. tūc vnū corp⁹ celeste nō eclipsaret alteꝝ. cui⁹ oppositū sepi⁹ expimur. Minor etiā pat3 ex dictis beati grego. xviij. moral'. vbi ptractās illud Job. nō eq̄bit̄ ei auꝝ. ait. Oculis corpalibꝰ beatoꝝ patebit armonia interior. Et appellat gregori⁹ armoniā dispositōez mēbroꝝ interioꝝ. quā ocul⁹ corpalis nequaq̄z videre posset. nisi corpa beatoꝝ essent trāsparentia. 3

P. in quocūq̄z corpe p̄dominat̄ terra. h̄ nō pt esse lucidū. ⁊ h̄ pp̄ter obscuritatē elementi p̄dominātis. Sz i om̄i corpe hūano p̄dominat̄ elementū terre s̄m q̄ntitatē molis. ergo ⁊c̄. 4

P. si hmōi claritas ⁊ luciditas esset i corpe gl'ificato. tūc causaret̄ ab aīa beata. Cōsequēs est falsū. ḡ ⁊ antecedēs. Falsitas p̄seq̄ntꝭ pt3 q2 nihil dat q̄d nō habet. Sz aīa cū sit sp̄ual' nō habet corpalē lucē ⁊ claritatē. Patet etia3 p̄seq̄ntia. q2 s̄m beatū aug. in lib. ad dioscoꝝ dotes corpis gl'osi p̄cedūt ex redūdantia beatitudinis ipi⁹ aīe. Sz ista nō p̄cludunt. 5

Solutio

Igit̄ ad primū dicēdū q̄ añs nō est veꝝ. Ad p̄bationē dicendū q̄ q̄uis sic apparuerit. eo q̄ hmōi apparētia p̄gruebat ill' quibꝰ apparuit. Nā feruētissime charitat̄ desideriū tunc plātulas virtutū tanq̄z in orto fructifero crescere fecerat in maria. ideo xp̄s sibi apparuit tanq̄z ortulan⁹. Sz q2 coꝝ discipuloꝝ euntiū

i emaus dubiũ fuit. ideo tanq̃ pegrin⁹ ab eis
se longi⁹ ire finxit. Tñ aliter eis appere potu/
isset si voluisset. Nã q̃ i mortali suo corpe glo
riã sue claritatis ostẽdit petro iacobo ꝛ iohãni i
mõte thabor. vbi facies sua lucebat sicut sol.
q̃uo nõ posset i suo imortali corpe gloriã sue
Ad.2. claritatis ostẽdere. Ad secundũ nego ꝯse/
quentiã. Ad ꝓbationẽ dicẽdũ ꝙ posito ꝙ lu/
cidũ ꝛ coloratũ sint oppositarũ ꝯditionũ seu
dispositionũ. ꝛ [illegible] ꝯsequẽs simꝉ nõ possint ei/
dẽ corpi inesse ꝑ naturã. tñ vno inexistẽti per
virtutẽ naturalẽ. alterũ pt inesse ꝑ virtutẽ sup
naturalẽ. Et sic est in ꝓposito. qꝛ color ꝯuenit
hmõi corpibꝫ virtute nature. Sꝫ claritas ꝛ
luciditas ac etiã peruietas ꝯueniũt eisdẽ cor/
poribꝫ supnaturali dei virtute. ꝛ etiã aliq̃ mo
do ex redundãtia beatitudis ipi⁹ aie a deo su/
Ad.3. pernaturaliꝉ beatificate. Ad terciũ dicẽdũ
ꝙ q̃uis maior sit ꝟa ꝟm cõmunẽ cursũ natu/
re. tñ nõ est ꝟa loq̃ndo de diuia supnaturali
ꝟtute Nã ꝟtute diuia corpa gliosa erũt simꝉ
lucẽtia ꝛ trãsparẽtia. Propter qđ ait gregori⁹
sup eodẽ verbo iob i argumẽto allegato. Cor/
pora sanctorũ simꝉ ꝛ claritate fulgẽt. ꝛ purita/
Ad.4. te trãslucẽt. Ad quartũ dicendũ ꝙ licꝫ ma
ior sit ꝟa terrena q̃litate i sua obscuritate ma/
nente. tñ nõ est ꝟa si tolliꝉ ab hmõi corpe ter/
rene q̃litatis obscuritas. ꝛ cõmunicatur ei ex/
imia claritas. Sic aũt erit in ꝓposito. Nã sic
dicũt sancti etiã tota terra partibꝫ exceptis infer/
ni erit lucida tanq̃ vitrũ mundũ post diẽ no/
uissimũ. q̃d igiꝉ mirũ si terrena portio existens
Ad.5. i corpe glioso erit limpidissime claritatis Ad
quintũ dicẽdũ ꝙ ꝯsequẽs [illegible] est falsum. Nã
licet de⁹ hmõi claritatẽ ꝛ luciditatẽ causet ef/
ficienter. tñ hꝯ pt facere mediãte redũdãtia bea
titudinis ipi⁹ aie. Ad ꝓbatõez dicendũ ꝙ cũ
ista causatio nõ sit vniuoca. sꝫ poti⁹ equiuoca
igiꝉ q̃uis ipa aia ñ ꝓhabeat formaliter hmõi
corpalẽ claritatẽ. tñ poterit eã dare. qꝛ in equi
uoca causatõe sufficit causaꝫ ꝓhabere effectuꝫ
virtualiꝉ ad hꝯ ꝙ hmõi effectũ det alteri forma
Cõclusio secũda. liter. Cõclusio secũda est. ꝙ claritas corpis
gliosi nõ est omino inuisibiꝉ ab oculo nõ glo
1 rioso. Qꝛ quicq̃d cõprehendiꝉ sb ꝑ se obiecto
alicui⁹ potẽtie. in illud pt aliq̃ modo illa po/
tentia Sꝫ oẽ lumẽ corpale cõprehendiꝉ sb
ꝑ se obiecto potẽtie visiue nõdũ glificate. ergo
nullũ lumẽ corpale est omino inuisibile respe
ctu talis potẽtie. Maior patet ex se. Et mior
2 habeꝉ ex .ij. de aia. P. dãnati in die iudicij
videbũt claritatẽ glificati corpis xp̃i. ğ clari/
tas corpis gliosi nõ est omino inuisibilis ab
oculo ñ glioso. Añcedẽs habeꝉ ꝑ aug. i. de tri.
vbi ait. Uisio claritatis [illegible]. s. xp̃i cõmunis erit
bonis ꝛ malis. Cõseq̃ntia etiã patet. qꝛ null⁹
damnat⁹ habebit oculos gliosos. Sꝫ op/ Opio contraria.
positũ isti⁹ cõclusionis ponit quedã opio di
cens. ꝙ q̃uis corp⁹ gliosuꝫ ab oculo nõ glio/
so videri possit vt coloratũ est suo ꝓprio colo
re. tñ nõ pt ab eo videri i sua claritate. Qꝛ vi/ 1
sibile ab aliq̃ visu si sibi opponiꝉ in distantia
debita. tũc necessario videꝉ. Sꝫ claritas cor/
poris gliosi obiecta visui nõ videꝉ. vt patuit
q̃ñ xp̃s post suã resurrectionẽ discipulis suis
p̃sens fuit. ğ ꝛc. P. inter visũ ꝛ visibile debꝫ 2
esse ꝓportio. Sꝫ claritas corpis gliosi cũ sit
maior claritate solis. tantũ excedit in firmũ vi
sum oculi nõ gliosi. ꝙ nõ habet ꝓportionem
ad ipm. ğ ꝛc. P. claritas visibilis ab oculo 3
ñ glorioso nõ est trãsparẽs seu peruia. Istud
apparet in celis septẽ planetarũ. q̃s eo ꝙ sunt
trãsparẽtes nõ videm⁹. licet ꝑ ipos videam⁹
ipm firmamentũ qđ nõ est peruiũ. Sꝫ clari/
tas corpis gliosi est trãsparẽs. vt patꝫ [illegible] gre/ 4
goriũ. xviij. moraꝉ. ğ ꝛc. P. beat⁹ augusti/
nus dicit. Noluit xp̃s in ea claritate q̃ surre/
xit discipulis appere. qꝛ ipi nõ possent tantã
claritatẽ videre. Ad primũ dicendũ ꝙ li/ Solutio
cet maior forte sit ꝟa de visibili nõ glificato. Ad.1.
tñ nõ est necessaria de visibili glificato. qꝛ ta/
le visibile vt dicũt sancti doctores est i plena
ptãte aie beate q̃ viuificaꝉ ꝛ regiꝉ hmõi visib/
le. ꝛ ideo sicut placet tali aie sic videꝉ. s. sub ꝓ/
prio suo colore. vel cũ supaddita claritate. Et
etiã q̃ñ sibi placet tũc videꝉ. ꝛ q̃ñ sibi nõ pla
cet tũc nõ videꝉ. Sꝫ ꝯtra fundamẽtũ isti⁹ Scotus
solutõnis est quidã doctor dicẽs. ꝙ nulla q̃li/
tas actiua q̃ est ꝑcise corpis subest impio ipi⁹
aie. ꝛ ideo quicũq3 beat⁹ habẽs corpalẽ clari/
tatẽ si fuerit approximat⁹ oculo siue glificato
siue nõ glificato necesse est q̃tũ ẽ ex pte sua ꝙ
imutet oculũ Et si diciꝉ isti doctori de xp̃o
q̃ post suã glorificationẽ appuit discipulis. ꝛ
tñ ipi non viderũt suã claritatẽ. respõdet ꝙ hꝯ
potuerit xp̃s eo ꝙ esset de⁹. qꝛ de⁹ pt causare vi
sionẽ in oculo nõ glificato [illegible] qualitatẽ q̃ non
est q̃litas illi⁹ obiecti qđ videꝉ. ꝛ ideo potuit
causare visionẽ de pegrino in oculis discipu/
lorũ. ipo tñ existẽte in sua claritate. Etiã de⁹
qꝛ ipe est primũ agẽs q̃ nõ coagẽte nullũ agẽs
secũdũ agere pt. ideo pt de⁹ coagere colori cor
poris glificati. nõ coagẽdo sue claritati. ꝛ sic
color imutabit oculũ. ꝛ nõ claritas Et tũc
q̃si redeũdo ad nostrũ ꝓpositũ addit. ꝙ pt fie
ri ꝙ ad voluntatẽ sancti. de⁹ ñ coagat claritati

[..]i corpis. qn̄ ille sanct⁹ vel beatus vult q̄ sua claritas nō videat. Sz istud qd̄ p̄mo dicit iste doctor nō videt̄ esse verū. Qz nō videt̄ aīa beata esse minoris potētie respectu corporis proprij q̄z angel⁹ respectu corporis alieni. Sz angel⁹ tam bon⁹ q̄z mal⁹ pt̄ facere q̄ aliqd̄ corp⁹ visibile p̄sens existēs oculis hoīm i debita distantia medio existēte sufficienter illuminato sm̄ nullā suā qualitatē mouebit illos oculos sic q̄ videat ab eis. ergo etiā beata aīa hoc pt̄ facere q̄ q̄litas actiua sui corporis nō mouebit oc'los quib⁹ obijcit̄. sic q̄ ab eis videat. Maiorē ad p̄sens suppono esse verā. Minor etiā patet tam de angelis bonis q̄z de malis. De bonis quidē patet Genes. xix. vbi dicit̄ q̄ āgeli pcusserūt eos oēs cecitate a minore vsq̄z ad maximū. ita vt hostiū videre n̄ possent. Ubi sm̄ glo. illi hoīes nō fuerūt simpliciter ceci. qz cetera bene videbāt. q̄zuis hostiū dom⁹ ipius loth videre nō possent. Un̄ hmōi cecitatē qua rē p̄sentē oculis suis homo nō pcipit. doctores sancti appellāt acrisiā. q̄ dicit̄ grāmatice loquēdo ab a qd̄ est sine. ⁊ crisis qd̄ est iudiciū. quasi sine iudicio. Patet etiā minor de angelis malis. qz aliqui magi q̄nq̄z arte demonū faciūt. q̄ res q̄ est p̄sens oculis nō videtur. sicut apparet i legēda sancti petri de simone mago. qui se inuisibilē fecit in ɔspectu neronis. Et sicut ibidē patet. nero credidit occidere simonē ⁊ occidit arietē. Etiā si ex hoc q̄ christ⁹ rem visibilē potuit ostēdere sub nō suo colore pateret virt⁹ sue deitatis. sicut iste doctor videt̄ innuere. tūc p̄dictus simon magus fuisset ver⁹ de⁹. Qz sicut apparet in legēda sancti clemētis. iste miserrim⁹ simon fecit arte sua pessima. q̄ quicūq̄z vidit patrē sancti clemētis credidit videre simonē. ⁊ tādiu color ⁊ figura simonis in facie patris ipi⁹ clemētis apparuit. donec ad imperiū beati petri euanuit. Per quē modū autē demones possint immutare colorē ⁊ figurā cuiuslibet rei visibilis dixi lib. ij. dist. viij. arti. ij.

Contra scotum.

Ad. 2. Ad secundū dicendū ad minorē. q̄ licet illa claritas ad infirmū oculū nō habeat pportionē ɔgruentē que requirit̄ ad hoc q̄ visio sit delectabilis. tn̄ nō est ibi om̄imoda improportiō. qz quāuis oculus infirm⁹ ⁊ nō glorificat⁹ n̄ possit tantā claritatē fixe p̄ aliquā notabilē morā intueri. ex hoc tamē non habet̄ quin raptim ⁊ trāsitorie ipam possit videre. Homo em̄ solis claritatē raptim intuet̄. quāuis nō possit stabiliter figere oculū in hmōi visione.

Ad. 3. Ad terciū nego maiorē. Ad pbationē de celis dicendū. q̄ licet illa q̄ valde sunt peruia nō videant̄. eo q̄ nullo modo terminēt ipm̄ visum. tamē illa q̄ sunt trāsparētia cū aliquali densitate sicut est vitrū vel cristallū. talia bene vident̄ eo q̄ rōe sue densitatis quā habēt cū peruietate visum possint terminare. Et sic erunt corpa beatoz. Nā cū celū empireū qd̄ debet esse loc⁹ hmōi corpoz sit simul lucidū ⁊ aliq̄ modo peruiū. vt declaraui lib. ij. dist. ij. q. ij. arti. i. sic vt locatū loco correspōdeat. corpa beatoz erūt simpliciter lucida. ⁊ tn̄ sm̄ quid peruia. vt corp⁹ vni⁹ beati nō ipediat alteri⁹ apparentiā.

Ad. 4. Ad quartū dicēdū. q̄ beat⁹ augustin⁹ nō accipit ibi nō posse p eo qd̄ est impossibile. sz p eo qd̄ est difficile. qz licet tantā claritatē videre non sit impossibile oculo nō glorificato. tn̄ hmōi visionis cōtinuatio forte induceret cecitatē ppter sensibilis excellentiā. nā excellētia sensibiliū corrūpit sensuz. vt dicit̄. ij. de aīa. Un̄ hmōi cecitas de facto semel ex corpe gl'ificato videt̄ cōtigisse. Nā inter cetera miracula beate virginis legit̄ de quodā deuotissimo homīe qui arte scribēdi vite sue necessaria ɔquirebat q̄ longo tēpore desiderabat vt anteq̄z moreret̄ beatā virginē in sua existentia gloriosa videre mereret̄. Cui apparēs āgel⁹ dn̄i nūciauit sibi q̄ in pxima die dn̄ica post horā matutini virgo gl'iosa sibi vellet apparere. Et addidit angel⁹ q̄ cū illo oculo quo claritatē virginis videret. elapsa illa visione in hac mortali vita nunq̄z aliq̄d videre posset. Tūc ille homo apparente sibi gloriosa virgine. posuit manū super vnū oculū. vt mediāte illo oculo scribēdo vite necessaria posset acq̄rere. Et dū alio oculo virginis claritatē desiderāter inspiceret. immediate vict⁹ mira virginis pulcritudine: deposuit manū ab oculo quē abscōderat. vt gloriam ⁊ pulcritudinē virginis etiā cū illo oculo videret. dato q̄ p tota vita sua deberet esse cecus ⁊ mendic⁹. Et tūc īmediate disparuit illa visio. Qua elapsa sicut angel⁹ sibi dixerat ipe cecus fuit in illo oculo quo virginis viderat claritatē. Et tūc nimis dolēs de suā terrena sollicitudine qua alteꝝ oculū cōsueuerat multiplicauit pces ⁊ suspiria ad virginē gloriosam ipam deuot⁹ obsecrādo. quaten⁹ visione ɔsimili suū oculū adhuc videntē cecare dignaret̄. sicut iā excecauerat aliū. Cui virgo beata secūdo apparuit simili modo sicut p̄mo. ⁊ illi suo deuoto gaudiose nunciauit q̄ se cito disponat. qz die octauo migratur⁹ sit ab hoc seculo. ⁊ deinde ipam ppetue sit visur⁹ in celo. Qui cū ingenti gaudio cec⁹ in vtroq̄z oculo

Miraculū btē v̄gīnis.

illis dieb⁹ vixit. ⁊ die octauo iuxta pmissum virginis feliciter ab hac vita migrauit.

Articulus secund⁹.

Quantū ad secūdū articulū est aduertēdū q̄ quātū ad p̄sens dupliciter loq̄ possum⁹ de impassibilitate. Uno modo vt opponit̄ passioni corruptiue ⁊ afflictiue. q̄ magis facta naturaliter abijcit a sb̄stātia. vel saltē affligit ip̄m patiēs. Alio modo p̄ut opponit̄ passioni q̄ nec abijcit nec affligit. s₃ magis saluat ⁊ p̄ficit. q̄ passio nec est afflictio nec corruptio. s₃ est sal⁹ ⁊ p̄fectio eius qd̄ patit̄ hm̄oi passione. Et fm̄ h̄ pono duas ↄclusiōes in isto articulo. Prima est q̄ impassibilitas p̄mo modo dicta est dos corpal' ipoꝝ beatoꝝ.

Conclusio prima.

1 Qꝛ nobilissima cōdicio corpalis. nō debet denegari nobilissimis corporib⁹. S₃ impassibilitas isto modo dicta est nobilissima inter corpales ↄdiciones. ⁊ corpa beatoꝝ sunt nobilissima corpa. ergo ⁊c̄. Maior patet. Minorē pb⁹. Et primo q̄ impassibilitas sit nobilissima inter corpales cōdiciones patet. qꝛ ip̄a naturaliter cōuenit nobilioribus mundi corporib⁹ puta celestib⁹. Q₃ etiā corpa beatoꝝ sint nobilissima corpa post mortuoꝝ resurrectionē patet. qꝛ ip̄is debet̄ nobilissimus loc⁹ puta ip̄m celū empireū.

2 P̄. hāc impassibilitatē cōuenire corporib⁹ beatoꝝ innuit ap̄ls i. ad Choꝝ. xv. cū ait. Oportet em̄ corruptibile h̄ induere incorruptionē. ⁊ mortale hoc induere imortalitatē. Sup quo verbo dicit glosa. Om̄es habebūt eq̄liter q̄ pati nō possunt.

Causā₃ autē isti⁹ impassibilitatis quidā₃ assignāt cessatōe₃ ip̄i⁹ mot⁹ celestis. qꝛ mot⁹ celestis est prim⁹ omniū motuū corporaliū. vt pat₃. viij. phisicoꝝ. S₃ cessante p̄mo motu necesse est om̄es alios mot⁹ cessare. S₃ cōtra istos est articul⁹ parisienē q̄ dicit. q̄ stāte celo ⁊ igne approximato stupe dicere q̄ ignis nō cōburat stupā error. Et ideo dicendū. q̄ hec impassibilitas principaliter causat̄ a diuia volūtate inq̄ntū tollit ordinē subiectōnis corpoꝝ ipoꝝ beatoꝝ respectu quorūcunq₃ agentiu₃ actōne corruptiua seu afflictiua. tn̄ imediate hm̄oi impassibilitas aliq̄ mō causat̄ ab ip̄a beata aīa q̄ hm̄oi corp⁹ iformat. cui de⁹ tedit talē virtutē q̄ corp⁹ [illegible] ip̄am viuificatū p̄t p̄seruare ab om̄i actōe lesiua. Et istō videt̄ innuere beat⁹ augustin⁹ in libro ad dyoscoꝝ. vbi ait. Tā potētis nature fecit de⁹ aīa₃ vt ex ei⁹ plena felicitate redūdet in corp⁹ sanitas p̄petua ⁊ vigor incorruptibilis

Instantia

S₃ cōtra istā₃ cōclusionē p̄t argui sic. Corp⁹ xp̄i in hoc mūdo fuit passibile. ergo impassibilitas nō est dos corporis informati [illegible] beatā aīa₃. 1 Antecedēs patet. qꝛ sua passione nos a morte redemit eterna. p̄ut catholica fide tenem⁹. Cōsequētia etiā patet. qꝛ aīa xp̄i fuit beata a p̄mo instanti sue creatōis.

P̄. nullū violentū p̄t esse perpetuū. ergo om̄e corpus humanū q̄nq₃ dissoluet̄. nec p̄ cōsequēs erit impassibile. 2 Antecedēs habet̄ p̄mo de ce. et mun. Cōsequētia p̄bat̄. Qꝛ vnūq̄dq₃ dū est extra locū suū p̄priū detinet̄ violēter. S₃ q̄diu quattuor elemēta integrant corp⁹ humanū vel qd̄cunq₃ aliud corp⁹ mixtū. tādiu sunt extra suū naturalē locū. ergo vnūqdq₃ tale corp⁹ q̄nq₃ dissoluet̄ vt singula elemēta ip̄m cōponentia tendāt ad p̄pria sua loca

P̄. philosoph⁹ p̄mo de ce. ait. 3 q̄ nō potest esse q̄ aliq̄d sit possibile corrumpi ⁊ tamē nunq₃ corrumpat̄. Per hoc em̄ ibide₃ p̄bat cōtra platonē. q̄ celū nō p̄t esse corruptibile ⁊ tamē p̄ causā₃ extrinsecā p̄petuari seu p̄petue cōseruari. S₃ corp⁹ cuiuslibet beati est possibile corrūpi. igit̄ nō potest p̄petuari. nec p̄ cōsequēs erit impassibile.

P̄. om̄e mortale est passibile. 4 S₃ om̄e corp⁹ humanū ē mortale. ergo ⁊c̄. Maior pat₃. qꝛ dato q̄ nō om̄e passibile sit mortale. tamē ecōuerso om̄e mortale est passibile. Minor p̄bat̄. qꝛ illud qd̄ ē de diffinitōne hoīs hoc est impossibile nō cōuenire homini. S₃ mortale est de diffinitione hoīs. est em̄ sua differētia distinctiua. ⁊ p̄ cōsequēs diffinitiua. fm̄ porphiriū q̄ ait. Sum⁹ em̄ rōnales nos ⁊ dij. s₃ mortale additū nobis sepat nos ab illis.

P̄. corp⁹ cōpositū ex cōtrarijs nō potest esse impassibile 5 S₃ corp⁹ cuiuslibet beati est cōpositū ex cōtrarijs. Maior patet. qꝛ cōtraria approximata agūt in se mutuo. ⁊ p̄ cōsequēs a se mutuo patiunt̄. Minor patet. qꝛ cū idē corp⁹ numero resurgat. vt patet ex dict' superi⁹ dist. xliij. arti. iij. ⁊ corp⁹ humanū ante resurrectionē fuerit cōpositū ex cōtrarijs. oportet q̄ etiā post resurrectōe₃ sit cōpositū ex ↄrijs Si ei post resurrectionē n̄ esset cōpositū ex ↄrijs. tūc vl' n̄ esset idē corp⁹ qd̄ fuit ante. qd̄ est cōtra fide₃ catholicā. vl' ante nō fuisset cōpositū ex ↄtrarijs. qd̄ est cōtra verā philosophiā.

P̄. que 6 habēt cōmunē materiā sunt ad inuicē trāsmutabilia. ⁊ p̄ ↄsequēs ab inuicē passibilia. S₃ corpa beatoꝝ habēt cōmunē materiā cū corporib⁹ elementoꝝ. ergo ⁊c̄.

P̄. gregori⁹ sup 7 illud Johis. xx. infer digitū tuū₃ huc. sic ait. Corrūpi necesse est qd̄ palpat̄. nec palpari p̄t

qd̄ n̄ corrūpit̄. Sȝ corp⁹ beati p⁹ resurrectōeȝ
est palpabile. q̄ꝛ sanct⁹ thomas tetigit corp⁹
xp̄i postq̄ȝ surrexit a mortuis. ḡ corp⁹ beati erit
Cōtra ista corruptibile. ꝛ ꝑ ꝯñs n̄ erit ipassibile. Sȝ
ista nō ꝯcludūt. Q̄ꝛ sicut ꝓbat beat⁹ augusti
n⁹. xiiij. de trini. c. viij. beatitudo stare nō pt cū
mortalitate nec cū aliq̄ afflictiua passione. nā
Solutio. talia repugnāt vere beatitudini. Ad p̄mū
Ad. 1. nego ꝯsequētiā. maxime si ꝯsequēs intelligit̄
de alijs beatis q̄ȝ de xp̄o. Ad ꝓbationē dicēdū
ꝙ q̄ȝuis xp̄s fuerit verus cōprehensor. tn̄ cū h̄
fuit ver⁹ viator q̄ȝdiu vixit in h̄ mūdo. ꝛ ideo
nō fuit simile de xp̄o ꝛ de alio quocūq̄ȝ beato.
q̄ ita est cōprehensor ꝙ nullatenus est viator.

Etiā dn̄s ih̄s xp̄s vsū impassibilitatis ac
ceterarū triū dotū corporis gl'ificati adhuc via/
tor existēs assumpsit ꝛ assumere potuit q̄ñcū/
q̄ȝ voluit. Assumpsit eñ vsuȝ impassibilitat̄
qñ sine sui lesione corp⁹ suū ad manducādū
discipulis suis tradidit. vsū claritatis qñ co/
rā petro iacobo ꝛ iohāne trāsfigurat⁹ fuit. vsū
agilitatis qñ sup̄ vndas maris ambulauit. ꝛ
vsū subtilitatis qñ de illibata virgine nat⁹ fu
Ad. 2. it. Ad secundū nego ꝯsequentiā. Ad ꝓba/
tionē dicendū ꝙ minor est falsa. q̄ꝛ elemēta n̄
sunt in mixto sб ꝓprijs suis formis substāti/
alib⁹. sȝ sunt in eo ꝟtualiter sб vna forma mi/
xti. igit̄ vt sunt in mixto tūc loc⁹ eoꝝ natural̄
est locus naturalr̄ cōpetens ipi mixto Q̄
aūt forme elemētoꝝ nō sint in ipo mixto. ꝓba
Ad. 3. ui lib. ij. dist. xv. arti. ij. Ad terciū dicēdū
ꝙ maior nō est ꝟa. q̄ꝛ nulla res est ita corru/
ptibilis quin ꝑ potentiā dei possit perpetue a
corruptōe p̄seruari. Etiā minor deficit. q̄ꝛ
sicut dicit beatus augustin⁹ sup̄ Gen̄. ꝛ habet̄
ij. sniaꝝ. dist. xix. homo p̄mo creat⁹ a deo ac/
cepit posse nō mori. sȝ in vita beata habebit n̄
posse mori. Sȝ si corp⁹ hois beati posset cor/
rumpi. tūc homo beat⁹ posset mori. cui⁹ oppo
sitū euidēter habet̄ ex iā dicta autoritate Eti
am hō beatus nō esset melioris ꝯdicionis. q̄ȝ
hō primo creat⁹. q̄ potuit nō mori. vt pat3 ex
eadē autoritate. Ad quartū nego minorē
Ad. 4. inq̄ȝtū ipa extendit̄ ad corp⁹ hois beati. q̄ꝛ sic
celū ꝓ nūc dicit̄ incorruptibile. q̄ꝛ ſm ordinē
ꝓ nūc a deo institutū celū nō est subiectū aliq̄
bus causis secūdis ipm corrūpere potentib⁹.
sic corp⁹ homis post resurrectionē erit incor/
ruptibile ꝛ imortale. eo ꝙ ſm ordinē quē tūc
de⁹ instituet corp⁹ homis nō erit subiectū ali
quib⁹ secūdis causis corruptiuis. ꝛ aīa beata
inseꝑabiliter corp⁹ illud ꝑficiet. ꝛ ꝟtute a deo
sibi tradita ꝯseruabit. ne vnq̄ȝ ab aliq̄ intrin/
sec⁹ vel extrinsec⁹ corrumpat̄. Ad ꝓbatio/
nem nego iteꝝ minorē. nec valet ibi dictū por
phirij. q̄ꝛ a dijs h̄ est ab angelis sufficienter
distinguit̄ ꝑ h̄ ꝙ ipi sunt intellectualis natu/
re. Nos ꝟo sum⁹ rōnalis nature. ꝛ ipi intelli/
gunt sine discursu. nos vero cū discursu. ex q̄
oꝑatōe distincta sufficiēter arguit̄ nostra na/
tura ab angeloꝝ natura specifice fore disticta
Ad quintū dicendū ꝙ q̄ȝuis maior sit ꝟa Ad. 5.
manēte ordīe actiui ꝛ passiui inter hmōi cō
traria. tn̄ virtute diuina mutato vel suspēso
hmōi ordine. tūc maior nō est ꝟa. Dato eniȝ
ꝙ de⁹ tolleret vl' suspēderet ordinē actiui ꝛ pas
siui q̄ ſm cōmunē cursuȝ quē videm⁹ est pro
nunc inter ignē ꝛ aquā. licet mutuo se ꝯtinge
rent. tn̄ nullū istoꝝ ageret in alteꝝ. nec ab alte
ro pateret. Et q̄ꝛ vt p̄dictū est virtute diuina
tollet̄ hmōi ordo inter calidū ꝛ frigidum. hu
midū ꝛ siccū q̄ ad cōpositionē ꝯcurrūt corpo/
rū beatoꝝ. ideo vnū istoꝝ nō aget in alteꝝ. nec
ab altero patiet̄. Ad sextū dicendū ꝙ ma/ Ad. 6.
ior nō est vera. nisi talia entia materiā cōmu/
nē habentia etiā habeāt ordinē actiui ꝛ passi/
ui ad se inuicē. qualiter nō erit in ꝓposito. q̄ꝛ
loquēdo de actōne lesiua ꝛ corruptiua. tūc n̄
elemēta habēt virtutē agēdi in corpa beatoꝝ.
nec ecōuerso. Ad septimū dicendū ꝙ licet Ad. 7.
illud dictū gregorij sit veꝝ. supposito ordine
naturali quē ꝓ nūc videm⁹ in istis reb⁹ infe/
riorib⁹. sublato tn̄ illo ordine nō est veꝝ. Sȝ
respectu gloriosi corporis xp̄i iste ordo fuit mu
tat⁹ ꝑ mirabilē dei virtutē. Propter qd̄ ime/
diate post verba p̄dicta subdit gregori⁹. Sȝ
miro modo ac inestimabili redēptor noster ꝛ
incorruptibile post resurrectionē ꝛ palpabile
corp⁹ exhibuit Cōclusio secūda est ꝙ scd̄o Cōclusio
modo loquēdo de impassibilitate. s. inquātū secūda.
opponit̄ passioni q̄ est sal⁹ ꝛ ꝑfectio. qua passi
one patiēs nec corrūpit̄ nec ledit̄. sȝ ꝑficit̄. sic
ipassibilitas nō spectat ad dotē corpoꝝ beato/
rū. Q̄ꝛ potētie sensitiue in beatis nō erūt ocio 1
se. sed q̄ñq̄ȝ vel semp̄ suis actib⁹ erūt ꝯiuncte.
Cū igit̄ sentire sit qd̄dā pati. vt apparet. ij. de
aīa. ergo ꝛc̄. P̄. ipi beati oculo corpali vide 2
būt corp⁹ christi. ꝛ corpa sua mutuo. ac alias
res sensibiles. ꝓut faciūt ad eoꝝ delectationē.
semoto omi eo quo hmōi res possent inferre
aliquā lesionē. igit̄ p̄dicto modo nō habēt im
passibilitatē. Antecedēs patet ex multis san/
ctoꝝ autoritatib⁹. Cōsequentia etiā patet. q̄ꝛ
impassibilitas modo quo accipit̄ in ista secū
da ꝯclusiōe excludit oēm delectabilē passionē
ab eo qd̄ ipassibile dicit̄ hmōi ipassibilitate.

Articulus tercius.

Pria pclo

Quātū ad terciū

articulū pono duplicē cōclusionē. Prima est. ꝙ corpora glorificata erūt pfecta dote agi-
1 litatis. Quia illa corpa que nō solū sup terrā verū etiā i aere velocissime possunt moueri ad omnē differentiā positōnis motore pprio et intrinseco. illa sunt agilia. Sed corpa beatorum seu corpa glorificata sunt hmōi. ergo rc. Maior patet. Et minor satis habet p glosaȝ r expositores sapie. iij. sup illo verbo. Fulgebunt iusti r tanqȝ scintille in arundineto di-
2 scurrent. P. si aliquis homo posset volare per aerem absqȝ hoc ꝙ lassaret. et velocissime moueri sine labore. ille vtiqȝ diceret preditus mira agilitate. Sed quilibet beatꝰ resumpto suo corpe hoc potest. vt patet Isa. xl. vbi dicitur. Qui sperāt in domino mutabūt fortitudinē. assument pennas sicut aquile. current r
3 nō laborabūt. ambulabūt r nō deficiēt P. nisi beatoꝝ corpa valde essent agilia. tunc nequaqȝ cum suis corpibꝰ possent ad celū ascendere. qd tamē facient vt fide tenemꝰ imediate pacto extremo iudicio. qꝛ equali velocitate sicut angeli dei ascendēt cū ipso iudice. s. domi

Instantia no ihu christo. Forte dicet ꝙ corpa beatorum nō possunt moueri. ergo nō habēt dotē agilitatis. Cōsequētia patet. quia illa q̄ sunt agilia nō solū possunt moueri. verū etiā de facili mouent ad omnē differentiā positōnis.
1 Antecedens pbatur mltipliciter. Primo qꝛ omis motus est ppter aliquā indigentiā. Sȝ quādo beati cū suis corporibꝰ erūt in celo. tunc nullā penitus habebunt indigentiā.
2 Secūdo qꝛ si mouerent. tūc violenter mouerent. Falsitas cōsequētis patet. qꝛ vera beatitudo nō cōpatit aliquā violentiā. Patȝ etiam cōsequentia. qꝛ qd remouet a loco sibi sūme cōuenienti hoc violēter mouet. Sȝ quādo corpa beatoꝝ sunt in loco celesti. tūc sunt ī loco sibi summe cōuenienti. igit si inde moue-
3 tur. tunc violēter mouebunt. Tercio quia omis motus est actus entis in potētia. r p cōsequēs entis impfecti. vt patet. iij. phisi. Sed
4 corpa beatoꝝ sunt entia pfecta. g̃ rc. Quarto. quia motꝰ nō est sine tēpore. sed tūc nō erit tempꝰ. quia iurauit angelꝰ Apocal. x. per viuentē in secula seculoꝝ. quia tempus nō erit
5 amplꝰ. Quinto qꝛ beati bm determinata merita erūt in determinata approximatōe ad christū. ergo illi qui erūt ppinquiores nō mouebunt [redacted] loca remotiora. nec illi qui erunt remotiores mouebunt ad loca ppinquiora.

Solutio Dicendū ꝙ istud antecedēs nō est veruȝ.
Ad.1. Ad primā pbationē dicendū ꝙ licet motus naturalis sit ppter indigentiā. tamē motꝰ voluntarius sepe cōtingit ppter arbitrij libertatem pter indigentiā. Sȝ motꝰ beatoꝝ nō est per naturalē necessitatē. sed est per voluntariā
Ad.2. libertatē. Ad secundū nego cōsequentiam Ad pbationē dicēdū ꝙ corpo ꝙ mouet a motore intrinseco qui cōfert vim ipi corpi moto. ideo nullo modo mouet violēter. Mouet ei libere a tali motore qui ad eundē locū potest hmōi corpꝰ reducere quādocunqȝ sibi placet
Ad.3. Ad terciū dicendū ꝙ licet motꝰ ad formā sit entis impfecti r perficiendi p terminū qui acquirit p motū. tamē motꝰ ad vbi potest esse entis perfecti. sicut apparet de celo r de substātijs sepatis que mouent motu locali. quāuis sint entia pfecta ex suo motu nullā intrinsecā
Ad.4. perfectionē acquirētia Ad quartū patet ex his que dixi dist. xlviij. arti. iij. in solutione
Ad.5. prime instantie. Ad quintū dicendū ꝙ beatos moueri ad loca remotiora potest dupliciter intelligi. Uno modo cū priuatōne prioris loci. ita ꝙ nō liceat eis reuerti ad locū de q̄ recesserūt. Alio modo sine hmōi priuatione. ita ꝙ libere possunt quādocunqȝ volūt ad eūdem locū reuerti. Et isto secūdo modo cōsequentia nō est vera. quāuis primo modo sit cōcedenda. Sicut em in regno terrestri principes regni habent determiatos situs circa regem. ita ꝙ quilibet ppinquiꝰ vel remotiꝰ iuxta suā dignitatē se ponit circa regē. r tamē se pe mutant loca sua. saluo semp iure vniuscu-

Cōclusio scda. iusqȝ. sic in regno celesti rc. Cōclusio secūda est. ꝙ quāuis ratione p̄dicte agilitatis anime beatoꝝ moueant sua corpa valde velociter. tamē nō possunt hmōi corpora d loco ad
1 locū mouere in instanti. Quia omē diuisibile dū a virtute creata mouet. necessario bm aliquā partē sui est in termino a quo. r bm aliquā in termino ad quē. r per cōsequens mouebitur successiue r nō subito seu in instanti. Sȝ qdlibet corpus glorificatū est diuisibile: r anima ipm mouens est virtutis finite. ergo
2 rc. P. aliqua virtus creata mouet corpus in tempore. ergo nulla virtꝰ creata potest mouere corpus in instanti. Antecedens est [redacted] se notū. Cōsequentiā pbo. qꝛ sicut patet. vi. phisicoꝝ. quantū mensura ipiꝰ motꝰ abbreuiat: tantū oportet ꝙ virtus mouentis sit fortior. supposito ꝙ idem mobile moueat per equale spaciū. Sȝ instans quantū ad breuitatē mē

sure excedit in infinitum tempus ⁊ quācūq3
partē temporis. ergo virtus potens mouere
in instanti excedet in infinitum omnē virtu/
tem mouentē in tempore. ⁊ per cōsequens nō
potest esse virtus creata. quia nulla virt⁹ crea
Opio contraria. ta excedit virtutē finitam in infinitū. Sz
oppositū istius cōclusionis tenet quedā opi
1 nio. Quia vt dicūt positores istius opinio/
nis. spiritus mouent̄ in instanti. Sed corpa
gloriosa mouent̄ equali velocitate sicut spiri/
2 tus. P. hoc idem pbant autoritate augu.
qui ait. q sicut radi⁹ solis nō citius est in ori
ente q3 in occidente. sed vtraq3 spacia pari ce/
leritate transcurrit. ita ⁊ corpus glorificatuz.
quia vbicunq3 voluerit animus ptin⁹ erit et
3 corpus. P. post resurrectionē nō erit tem/
pus. ergo motus illorū corporū nō mensura
bitur tempore. ⁊ per cōsequēs mensurabit̄ in
stanti. Cōsequētia patet. Etiā antecedēs ha/
Solutio. betur Apocal. x. Ad primū dicēdū q ma/
Ad. 1. ior nō est vera. Et hoc apparet ex his que di
xi lib. i. dist. xxxvij. arti. ij. cōclusione tercia.
Ad. 2. Ad secundū dicendū q augustin⁹ nō lo/
quitur ibi quantū ad existentiā veritatis. sed
quantū ad apparentiā sensibilitatis. quia si
sensus videret trāsitū corporis gloriosi. iudi/
caret hmōi transit⁹ durationē esse eque indi/
uisibilē sicut aeris illuminationē. quāuis in
hoc sensus deciperet̄. quia ⁊ si sensus nō deci/
piatur circa pprium obiectū. decipi tamē po/
Ad. 3. test circa obiectū cōmune. Ad terciū patz
dist. xlviij. arti. iiij.

Articulus quart⁹. Quātū ad quartuz
articulū primo pono hanc cōclusionē. q bea
1 toꝝ corpa erūt summe subtilia. Quia corpus
potens existere in eodem loco cū alio corpore
equali sibi hoc est summe ⁊ maxime subtile.
Sz corpus cuiuslibet beati hoc potest. ergo
⁊c. Maior est nota. Minor etiā patet. qꝛ si
datur oppositū. tūc nullus beatus cū corpo/
re suo posset transire celū nisi dilaceraret ipm
qd est falsum ⁊ catholice doctrine cōtrariuz.
2 P. corp⁹ christi est preditū iā dicta subtili
tate. ergo ⁊ corpa beatoꝝ habebūt hmōi sub
tilitatē. Antecedēs esse veꝝ ostēdit christ⁹ tā
in sua natiuitate quādo de virgine natus fu/
it absq3 virginis lesione. q3 in sua ascensione
quādo omes celos transiuit absq3 celoꝝ dila
ceratione. Consequētia patet ad phil. iij. vbi
ait apl's. q christ⁹ reformabit corp⁹ humilita
tis nostre configuratū corpori claritatis sue.

Forte dicet̄. ex hoc dicit̄ corpus subtile. qꝛ Instantia
habet pauciores partes materie sb equali vl'
maiori quātitate. Sz corp⁹ glorificatū habz
easdē partes materie quas habuit pri⁹ q3 essz
glorificatū ⁊ nō pauciores. ergo nō videt̄ esse
subtile. Etiā ↄtra minorē prime rōnis est Qz plura
cōmunis opinio phoꝝ. qui iuxta sua princi/ corpa non
pia habēt ponere. q impossibile sit duo corpa possint sil'
siml' esse in eodē loco. sicut patet. iiij. phisicoꝝ esse i eodez
vbi ponit arestoteles q qua ratōne duo cor/ loco.
pora simul possent esse in eodē loco. eadē ra/ 1
tione infinita corpa possent esse siml' in eodē
loco. Et patet ista cōsequentia aresto. ex h. qꝛ
qua rōne dimēsiones prioris corpis nō resi/
sterēt in eodē loco dimēsionibꝫ secūdi corpis
eadē rōne dimēsiones istoꝝ duoꝝ nō resiste/
rent dimensionibꝫ tercij corpis. nec dimēsio/
nes istoꝝ triū resisterēt dimensionibꝫ quarti
corporis. ⁊ sic deinceps vsq3 in infinitū. P. 2
vnū corp⁹ nō pt esse simul in pluribꝫ locis. er
go nec plura in vno loco. Cōsequētia patet.
qꝛ equalis videt̄ esse compatio pluriū corpo/
rū ad vnū locū. ⁊ pluriū locoꝝ ad vnū corp⁹.
Antecedēs mltipliciter est probatū dist. x. q.
i. arti. i. P. vnū corp⁹ gloriosuz nō potest 3
esse simul cū alio corpe glorioso in eodē loco.
ergo nec cū corpe nō glorioso. Antecedēs cō/
muniter ↄcedit̄. Cōsequētia pbat̄. qꝛ si illa q̄
sunt magis silia nō possunt esse siml' i eodē lo
co. nec illa q̄ sunt min⁹ similia poterūt esse si/
mul. Sz corp⁹ gloriosuz mag' assimilat̄ cor
pori glīoso q3 corpi nō glorioso. ergo ⁊c. P 4
si duo corpa essent i eodē loco. tūc duo corpa
siml' terminarent̄ ad eandē supficiē. Cōseqns
est impossibile. qꝛ ipossibile est pl'a corpa ter/
minari ad vnū terminū. Cōseqntia etiā patz
qꝛ ambo corpa cōtenta terminarent̄ ad vlti/
mā superficiē corpis cōtinentis. P. si duo 5
corpora essent simul in eodē loco. tunc vna li
nea nō esset vna linea. Cōsequēs est impossi/
bile. qꝛ implicat manifestā cōtradictionem.
Probatio ↄsequētie. qꝛ sm principia geome
trie inter duo pūcta impossibile est dare plu/
res lineas rectas. sz vnā tantū. Positis ergo
duobꝫ corpibꝫ in vno loco. tunc si linea recta
trahit̄ ab vno extremo puncto illius loci. ad
aliū extremū punctū eiusdē loci. ista linea trā
sibit ambo corpa locata. ⁊ per cōsequēs hmōi
linea vnūquodq3 istorum corporum respici/
et sicut suum subiectū imediatū. Cum igitur
impossibile sit vnum accidēs simul informa/
re duo distincta subiecta. ergo propter duali
tatem subiectorum impossibile erit hāc lineā

esse vnā. Sed ex p̄dicta regula geometrie ne-
cesse erit hmōi lineā esse vnam. igitur qd̄ ne-
cesse est esse vnum. impossibile est esse vnum.

Cōtra istō

Et qz iste rōnes phoꝝ quāuis ɔcludāt ap
parēter. tamē nō ɔcludūt existēter. ideo sic ꝓ-
cedā. Primo cōtra hmōi phos ꝓbabo ap
parēter quāuis nō existēter. ꝙ naturalr̄ duo
corpa simul habeāt esse i eodē loco. Scd̄o
ostēdā ſm veritatē qualiter est possibile plu-
ra corpa esse simł in eodē loco. Et tercio re
spondebo ad ipoꝝ phoꝝ motiua. Quo ad
primū p̄t cōtra phos sic argui. Ferrū ⁊ ignis
sunt simł in eodē loco naturalr̄. ergo duo cor
pora sunt naturaliter in eodē loco. Cōseqntia
patet. qz ferrū ⁊ ignis sunt duo corpa etiā spe
cie differētia. Antecedēs pbo. qz in ferro can-
dente nō est aliqua ps ferri que signari possit
quin cū [illegible] sit ver⁹ ignis. ergo in loco in q̄ est
hmōi ferrū. tantū est de igne q̄tū est de ferro.
Cōsequētia patet. qz si nō esset ibi tm̄ de igne
q̄tū est ibi de ferro. tūc oporteret ꝙ cū aliq̄ parte
ferri nō esset ignis. Antecedēs pbo. qz opatio
facit scire formā ⁊ naturā rei. vt patet. vij. me-
thaphi. sz cuilibet pti ferri igniti cōuenit ꝓpa
opatio ignis. nā si adiungit̄ stupe tūc incēdit
eā ⁊ generat veꝝ ignē. ergo q̄libet ps hmōi fer
ri habet secū veꝝ ignē. Forte dicet̄ ꝙ ñ omē
qd̄ generat ignē est ignis. qz q̄nq3 generat̄ ig-
nis ex collisione corpoꝝ. q̄nq3 ex refractōe ra-
dioꝝ solariū. Respōdeo ꝙ licet generatōe
equiuoca illud qd̄ nō est formaliter ignis possit
generare ignē. tñ h̄ nō potest fieri generatōne
vniuoca. qz in generatōe vniuoca generās et
genitū sunt vni⁹ speciei specialissime. Sz cū
ex cōtactu igniti ferri generat̄ ignis. ibi est ge
neratio vniuoca. qd̄ patet ex formali similitu
dine qualitatis in generāte ⁊ in genito. Et
cōfirmat̄ primū antecedēs. qz vbicūq3 ꝓpria
q̄litas alicui⁹ [illegible]biecti repit̄. ibi etiā illud sub
iectū repit̄. Sz in quocūq3 loco inuenit̄ ferꝝ
ignitū. in illo loco inuenit̄ calor in summo. q̄
est ꝓpria qualitas ignis. ergo in eodē loco cū
ferro erit ignis. P̄. si ponit̄ mica de pane rē
centi in vino statim humor vini diffundit̄ p̄
omēs ptes illi⁹ panis. ergo posito illo casu: vi
nū erit in eodē loco cū qualibet pte illi⁹ panis
Antecedēs patet sensibili expientia. Patz eti
am ɔsequētia. qz humor vini est accidēs vini
insepabile. ⁊ p ɔsequēs nusq3 potest repiri. ni-
si ibidē repiat̄ vinū. Et eodē mō p̄t argui
de spongia madefacta cū aqua. ⁊ de alijs cōsi-
milibꝫ. Quo ad secundū est aduertendū.
ꝙ quāuis ſm veritatē duo corpa non possint

Probat̄ ꝙ duo corpa natalr̄ simul sint i eodē loco.

Instantia

Solutio.

Quō plura corpora

naturaliter esse in eodē loco imediato. hoc tm̄
sine omī repugnātia fieri potest virtute diui
na. Et hoc patet p ea q̄ dixi dist. x. q. ij. arti. i. 1
in respōdendo obiectis ibidē adductis cōtra
venerabilē doctorē egidiū. P̄. hoc idē p̄t ꝓ 2
bari sic. De⁹ p̄t corp⁹ cōseruare in loco p̄ter h̄
ꝙ occupet vel repleat locū. ergo virtute diuia
possunt simul in eodē loco plura poni corpa.
Cōseqntia patet. qz nō aliūde repugnat duo
corpa simł esse i eodē loco. nisi qz vtrūq3 natu
raliter aptū natū est replere locū ⁊ occupare
ipm. ⁊ ideo repleto loco [illegible] vnū. loc⁹ nō p̄t reci
pere alteꝝ. Sz sublata causa repugnātie tol
lit̄ repugnātia. ergo dato ꝙ vnū non repleat
locū. tūc poterūt esse simul in eodē loco. An-
tecedēs pbo. qz de⁹ potest qualibet rē in eē cō-
seruare suspenso suo naturali effectu. maxie si
hmōi effect⁹ dependet a tali re in genere cau-
se efficiētis. Sz replere locū est naturalis effe
ctus rei quāte existentis in loco. dependēs ab
ea tanq3 a sua causa efficiēte. ergo de⁹ rē quan
tā seu corp⁹ cōseruare in loco p̄ter hoc ꝙ occu
pet vel repleat locū ipm. Maior patet. qz de⁹
potest facere ꝙ homo sit i igne. ⁊ tamē ignis ñ
calefaciat eū. ⁊ ꝙ sit in aqua frigida. ⁊ tamen
aqua nō infrigidet eū. ⁊ sic de singulis causis
loquendo de causis efficientibꝫ. de quibus ad p̄
sens loquor. Minor etiā patet quātū ad pri-
mā partē qua dicit̄ ꝙ repletio loci est natura-
lis effect⁹ corpis existētis in loco. Sz quātū
ad secundā partē p̄t pbari sic. Ista causalitas
vel est in genere cause materialis: vł formalis:
vel finalis: vel efficientis. Nō materialis. qz
vel esset materia ex qua. vel materia in q̄. Nō
primū. qz illa materia cōstituit vnā essentiā
cū forma cui⁹ est materia. Sz ex corpe replē
[illegible] ⁊ repletione nō cōstituit̄ vna essentia. Nec
secundū. qz repletio non est in replente. alias
idē repleret seipm. Nec formalis. qz si reple-
tio loci esset effectus formalis locati. tūc opor
teret ꝙ locatū esset forma loci cui hmōi effe-
ctus cōmunicat̄. Nec finalis. quia finis est
posterior i essendō his que sunt ad finē. quo-
rum vt sic dicit̄ esse causa. Sz corp⁹ naturali
ter est prius huiusmodi repletione. Ergo per
sufficientē diuisionē sequitur ꝙ ad corp⁹ exi-
stens in loco reducitur loci repletio tanq3 ad
causam efficientē. P̄. resistere alteri corpo- 3
ri in eodē loco est actus naturaliter posterior
corpe resistente. ergo de⁹ p̄t quecūq3 corpa in
eodē loco ponere p̄ter h̄ ꝙ vnū resistat alteri.
Antecedēs patet. qz dimēsiones corpis sunt
causa resistentie vni⁹ corpis respectu alterius

Pn̄t esse in eodē loco.

sit eodē loco. vt patet. iiij. phisi. ꝛ ꝑ ꝯsequens erūt naturaliter priores tali resistētia. ꝛ inde/pendētes ab ea. qꝛ causa est ad cui⁹ esse sequit aliud. vt dicit. v. metha. Cōsequētiā pbo. qꝛ de⁹ potest rē naturaliter priorē inesse cōserua/re sine quocūqꝫ posteriore ab ipo realiter dif/ferēte. maxime si tal' nō sit pura potētia

Instantia 1

For/te dicet ꝙ dotes corporis gloriosi dicunt cor/pori cōuenire virtute ipi⁹ anime bēāte. ꝛ ex re/dundātia beatitudinis ipsi⁹ anime. Sꝫ omi/bus pdictis cōcessis nō pbatur ꝙ virtute aīe corp⁹ habeat hmōi subtilitatē qua simꝉ pos/sit esse cū alio corpe in eodē loco. quāuis pbe/tur ꝙ hoc possit esse virtute diuina.

2

P. vbi nulla fit resistētia ex pte mediꝫ ibi mot⁹ fit in instanti. Sꝫ iuxta ista dicta qn corp⁹ glorifi/catū mouet per aliud corp⁹. tūc nulla fit resi/stentia ex pte mediꝫ. ergo corp⁹ glorificatū pt in instāti de loco ad locū moueri. cui⁹ opposi/tū est positū ꝛ pbatū in cōclusione secūda ter/cij articuli. Maior patet. iiij. phisicoꝝ. c. de vacuo. Minor etiā patet. qꝛ siue virtute di/uina tollat positio vni⁹ istoꝝ corpoꝝ vt dicit prima ratio. siue loci repletio. vt dicit alia ra/tio. siue resistētia vni⁹ ad alteꝝ. semper sequit ista minor. ergo ꝛc.

Solutio Ad. 1.

Ad primū dicendū ꝙ ista subtilitas ꝑ tanto dicit corpi cōuenire ꝑ animā beataꝫ. qꝛ quāuis a deo sit effectiue. in virt⁹ diuina eā nō efficit nisi cōcurrēte ipsius anime placita volūtate. quādo eīn ꝛ quotiēs placet anime vt modis pdictis tollat hmōi resistētia. tūc ꝛ totiēs tollit. ꝛ nō aliter Sicut eīn posito ꝙ imperator daret alicui centū mar/cas. quādo ꝛ quotiēs ego vellē ꝛ nō aliter. tūc quāuis imperator esset causa doni illi⁹ princi/palis ꝛ effectiua. tamē ille homo diceret hu/iusmodi donū habere per me. eo ꝙ donū istō modo pdicto dependeret a mea libera volun/tate. sic in ꝓposito ꝛc.

Ad. 2.

Ad secundū dicēdū ꝙ multi negarēt maiorē. qꝛ vt ipi dicūt. nō so/lum ꝓpter resistentiā mediꝫ. sꝫ etiā ꝓpter di/stantiā terminoꝝ necessario ꝯcernit temp⁹ in omi motu. Tn̄ de isto dicto ad p̄sens nō cu/rando. dico ꝙ si maior habeat aliquā verita/tē loquēdo de motu naturali. q̄ grauia mouet deorsū ꝛ leuia sursū. qꝛ in tali motu nō reqrit tps ꝓpter resistentiā mobilis ad motorē. sed solū ꝓpter resistentiā mediꝫ. tn̄ illa maior nō est vā loqndo de motu animali ꝛ ꝓcessiuo. qꝛ etiā si esset dare vacuū ꝑ qd animal motu ꝓ/cessiuo moueret. adhuc hmōi mot⁹ tpe mēsu/raret. qꝛ ꝛ si in tali motu nō reqreret tps pro/pter resistētiā mediꝫ. tn̄ reqreret ꝓpt resistētiā mobilis ad motorē. Cū igit corp⁹ gloriosū ꝑ alia corpa modo supra dicto nō moueat mo/tu naturali. sꝫ poti⁹ animali ꝛ ꝓcessiuo. nō mo/tus ei⁹ tpe mēsurabit. dato etiā ꝙ i tali motu nllā sit resistētia ex pte mediꝫ

Instantia

Forte dicet ꝙ istud nō valeat. qꝛ sm̄ dicta sctōꝝ sic aīa bea/ta pfecte obedit ipi deo. sic corp⁹ glorificatū ꝑ/fecte obedit ipi aīe. ꝛ est pfecte in ipi⁹ aīe ptāte Sꝫ qd̄ pfecte obedit hoc nullā dat resistētiā ergo etiā in motu beatoꝝ hominū ꝓgressiuo nulla videt esse tpis appositio ꝓpter resisten/tiā mobilis ad motorē.

Solutio.

Hic potest dici ꝙ hmōi pfecta obediētia corpis ad aīam intelli/gēda est qtū ad vires sensitiuas. q̄ nullā vlte/rius ostēdēt rebellionē ꝯtra superiorē aīe por/tionē Etiā si attendit ista obediētia corpis quo ad molē ꝛ grauitatē corpalē in ordie ad motū. tūc nō est sic accipiēda ꝙ nihil ponde/ris ꝛ grauitatis se teneat ex pte corpis. Sem/per eīn manet aliqd ponderis ratōne cui⁹ cor/pus a virtute finita nō potest motu ꝓgressi/uo moueri in instāti. Sꝫ ꝑ tanto ista obediē/tia dicit esse pfecta ꝛ sine resistētia. qꝛ tm̄ supe/minet virt⁹ anime sup hmōi corpis grauita/tem. ꝙ in quacūqꝫ voluerit velocitate. mensu/rabili tamē tēpore. potent corp⁹ mouere abs/qꝫ omi lassitudine ꝛ fatigatōe. Et ex h̄ ad formā argumēti dicendū ad minorē. ꝙ licꝫ il/lud qd̄ perfecte obedit nullā p̄beat resistētiaꝫ inducentē lassitudinē in suo motore. tamē ex hoc nō habet quin talē p̄beat resistentiā rōe cui⁹ mot⁹ eius fiet in tpe.

Henric⁹ de gan. et pet. de tharan.

Sūt etiā quidā doctores qui causam isti⁹ cōpossibilitatꝭ du/orū corporū [illegible] eodē loco dicūt dotē subtilita/tis put ea mediante tollit grossicies corpis. Sed ꝙ istud nō valeat ostendi incidenter. dist. x. q. i. arti. i. in respōsione instantie ducte cōtra primā rationē. Multi sunt etiā mo/di dicendi alioꝝ diuersoꝝ doctoꝝ. quoꝝ re/citationēꝫ ad p̄sens causa breuitatis omitto.

Solutio rōis cōtra ꝯclōnem.

Per pdicta etiā patet respōsio ad instan/tiā factā ꝯtra cōclusionē. qꝛ subtilitas nō cō/uenit corpori glorificato ꝑ carentiā materie. sꝫ ꝑ cōpossibilitatē essendi cuꝫ alio corpe quā mō pdicto habet a deo effectiue. ꝛ ab aīa me/ritorie. ac aliq̄ mō determinatiue ꝑ liberꝫ suū velle. vt iā dictū est i rn̄sione pme instantie h̄ adducte.

aīe etiā naturali cognitōe vident̄ totū ordinē
vniuersi cognoscere. ⁊ p ↄsequēs cognoscunt
oīa que fiūt in vniuerso. Propter q̄d btūs
aug. ipsas animas beatas triplicē dicit habere
cognitionē. s. meridianā. matutinā ⁊ vespti
nā. Pria cognitōe aīe beate cognoscūt v̄bū in
seipo. seu eēntiā diuinā ī seipsa. Scd̄a cogno
scūt creaturas ī verbo. Tercia cognoscūt crea
turas cognitōe naturali seu ī ṗprio genere.

Articulus quartus Cōclusio

Quantuz ad quar
tū articulū pono ↄcl̄oem affirmatiuā. et h̄ nō
ṗpter aliquā rōem cogentē. sz ṗpter auct̄em
b. Gre. q̄ vt hic pz ī lr̄a ait. q̄ reprobi vsq̄ ad
diē iudicij vident gl̄iam sctōz.

Instantia 1

Sz ↄ istā
ↄclusionē ṗt argui sic. Dānati ī inferno posi
ti seu exn̄tes nihil vidēt. ḡ nō vidēt gl̄am sctō
rū. ↄn̄a pz. q: ad oppositū ↄn̄tꝫ directe seq̄tur
oppositū añtis. Sed añs pbat̄ sic. Null⁹ ṗt
videre sine lumīe. sz exn̄tes ī iferno carēt lumīe
q̄d pz auct̄e saluatorꝫ mat. xxij. vbi d̄ dānato
ait. Ligatꝫ manibꝫ ⁊ pedibꝫ ṗijcite eū in tene
bras exteriores. ibi erit fletus ⁊ stridor dentiū.
Q̄d v̄bū ṗtractās mḡr hic ī lr̄a ait. q̄ p tene
bras exteriores exclusio oīmoda a luce signi
ficat̄. Istud etiā ptz auct̄e Basilij. q̄ sup il
lud ps. vox dn̄i intercidentis flāmā ignis. sic
ait. Dn̄s diuidet ardorē a splēdore. ⁊ splēdor
cedet in locū saluandoz. ardor v̄o in locū dā
natoz. P. beati nō vident penā damnato 2
rū. ergo nec damnati vident gloriā beatoruz.
Cōsequētia pz. q: tanta ē distantia a loco dā
natoz ad locū beatoz quāta ē ecōuerso. quia
idē est spaciū ascendentiū ⁊ descendētiū. sicut
eadē est via qua itur a thebis ī athenas. ⁊ ab
athenis ī thebas. vt dicit̄. iij. phisicoz. Pro
bat̄ añs. quia si beati viderēt hm̄oi penas. tūc
aliqui beati viderēt parētes suos ī illis penis
Vel igit̄ vellēt parētes suos pati illas penas.
vel nollēt eos pati hm̄oi penas. Si dat̄ pri
mū. tunc beati essent̄ valde crudeles. nec etiā
seruarēt mandatū dei quo p̄cipit̄ [illegible] parentes
honorētur. ⁊ ipsis subueniat̄. Si dat̄ scd̄m.
tūc beati nō essent beati. q̄d ē ↄdictio. Scd̄m
eīn aug. solū ille btūs ē. q̄ hz q̄cq̄d vult. sz isto
casu posito. tūc beati nō haberēt quicq̄d vellēt
P. quicūq̄ videt gl̄iam sanctoz necesse est 3
vt videat diuinā eēntiā. sed null⁹ dānatoz vi
det diuinā eēntiā. ḡ ⁊c. Maior ptz. q: diuia
eēntia ē obiectū gl̄ie btōz. Sz q̄ videt aliquē
actū. necc̄e ē vt videat obiectū q̄d termiat talē
actū. Pz etiā minor. q: f̄m aug. i. de tri. ca. ij.
Hūane mētis acies inualida ī tā excellēti lu
ce figi nō valet nisi p iusticiā fidei nutrita ve
getet̄. Sed dānatus vel nō est nutritus. vel
saltē nō est vegetatus in iusticia fidei. ḡ ⁊c.
P. quod p magna ⁊ specialissima grā q̄n 4
q̄ conceditur aliquibus excellentissimis sanctꝫ
in hoc mūdo. hoc nō videt̄ esse ↄcessum dam
natis in inferno. Sed videre gl̄iam btōz cō
cessum fuit aliquibꝫ sctis p grā valde spāli.
sicut appuit d̄ aplo Paulo. q̄ raptus vsq̄ ad
terciū celū vidit archana dei. q̄ nō licet homī
loqui. vt patet. ij. ad Corinth. xij. ḡ ⁊c. P. 5
anime damnate nō vidēt ea q̄ fiūt ī hoc mun
do. ḡ nō vidēt gl̄iam sanctoz existentiū ī celo
Añcedēs pz auctibꝫ Aug ⁊ Greg. adductis
supi⁹ circa finē. iij. arti. isti⁹ q̄ōis. ↄn̄a pbat̄. q:
negocia hui⁹ mūdi q̄si mediāt inter infernuz
⁊ celū. ⁊ p ↄn̄s magis sunt visibilia ab his q̄
sunt in inferno tāq̄ minus ab ipsis distātia.
plus eīn distat extremū ab extremo q̄ a me
dio. min⁹ aūt distātia a vidēte sūt ceterꝫ pari
bus magis visibilia. P. hoies ī h̄ mūdo vi 6
uētes nō vidēt gl̄iam beatoz. ḡ nec damnati
degētes ī inferno. Cōsequētia patz. q: minor

ē ꝯformitas inter dānatos z btōs q̄ȝ inter via
tores z btōs seu comphēsores. Etiā est ma
ior localis distātia inter existētes i inferno et
celo. q̄ȝ inter viuētes in hoc mūdo z i celo.
Añcedēs nō oportet pbare. qꝛ veritatē eius
quilibet nr̄m expit̄ in seipso. Rōes iste sūt
satis apparētes. nihilominus tn̄ in talibus q̄
humanā rōem excedūt magis credēdū est di
ctis sanctoꝝ q̄ȝ apparētijs rōnū. iō put pote
Solutio. ro istis obis rn̄debo. Ad.i. igit̄ dōȝ ꝙ añs
Ad.i. nō ē veꝝ. qꝛ sicut pȝ Lu. xvi. diues i inferno
sepultus eleuatis oculis suis vidit Lazaꝝ in
sinu Abrahe. Et Sap. v. dicit̄ de damnatis
Uidētes turbabunt̄ timore horribili. Ad p/
bationē dōm. ꝙ q̄uis i inferno sit aliq̄d d lu/
mie. tn̄ qꝛ hmōi lumē īfernali fumo horribi
liter obfuscatū intātū ꝙ eiꝰ visio nullā videnti/
bus pbet ꝯsolationē. sed potius ingerit terro/
rē z desolationē. iō auctes hic adducte hmōi
lumē appellāt tenebras. qꝛ vt. s. dictū est. qd
modicū distat p nihilo reputat intellectus.

Q, autē in inferno sit lumen cedēs ad dā
natoꝝ desolationē. patet auctoritate Grego.
qui in li. moral. loquēs de igne inferni sic ait.
Quāuis ignis iste ad consolationē eis. s. dā/
natis nō luceat. tamē vt magis torqueat ad
aliq̄d lucet. Nā sequaces suos quos secū re/
probi de mūdo traxerūt flāma illustrāte visu
Ad.2. ri sunt. Ad scdm nego añcedēs. Ad pba/
tionē dicendū. ꝙ si aliquoꝝ beatoꝝ parentes
sunt damnati. tūc tales beati volūt penas pa/
rentū suoꝝ. nō tamē absolute. sed hoc volunt
inq̄ntum cognoscunt ipm deū hoc velle. Est
em̄ volūtas cuiuslibet beati tāta vniformitate
ꝯiūcta volūtati diuine. ꝙ nō pt nō velle illō
qd cognoscit deū velle. Nec etiā isto mō vel/
le penā carnalis parētis ē nota crudelitat̄. sed
potius est signū summe pfectōis z bonitatis
Sicut em̄ vnaq̄q; res ē tāto peior z imperfecti
or. quāto magis deuiat a sua pma z pfectissima
ac rectissima regula. sic vnaq̄q; res tāto meli
or ē z pfectior. q̄nto hmōi regule intimiꝰ ꝯfor/
mat̄. Cū igit̄ volūtas diuina sit q̄dā pfectissi
ma z rectissima regula volūtatꝭ hūane. iō volū
tas hūana tūc ē sūme pfecta q̄n nō pt velle op
Ad.3. positū illiꝰ qd cog̃scit deū velle. Ad. iij. di
cēdū ꝙ maior nō ē vera. Ad pbatōȝ dōm ꝙ
q̄uis ille qui videt pfecte z intuitiue aliquē
actū videat terminū ad quē hmōi actꝰ termi/
nat̄. tn̄ h nō ē nece si hmōi actū videat impfe
cte. z qdā extrinseca signa. Sic aūt ē i ppo
sito. qꝛ damnati nō vidēt gloriā sctōꝝ pfecte
z intuitiue. sed solū qdā signa extrinseca. q̄
circa hmōi gl̄iam ipsis reuelant̄. Ad q̄rtū Ad.4.
dōm ad minorē. ꝙ eo mō quo gl̄ia btōꝝ reue
lat̄ de spāli gratia aliquibꝫ sanctis. sic non vi
dent eā damnati. qꝛ sanctis reuelata ē hmōi
gl̄ia taliter ꝙ ipsam viderūt intuitiue z pfecte
sicut apparuit in aplō Paulo. Etiā dato
ꝙ aliquibꝫ sanctis reuelet̄ sub aliq̄bꝫ signis ab
stractiuis. tn̄ hoc fit p taliū sctōꝝ consolatōe
Sed reuelatio q̄ fit damnatis nō fit p eoꝝ
ꝯsolatione. sed potius p eoꝝ magna desolati
one. qꝛ multū affligūt̄ ex hoc ꝙ ipsi suis deme
ritis pdiderūt tm̄ bonū qd sctōs cog̃scūt ppe
tue possidere. Ad. v. pōt negari añs. qꝛ q̄ȝ Ad.5.
uis dānati nō cog̃scāt clare z euidēter ea q̄ fi
unt in h mūdo. multa tn̄ de his cognoscūt p
ꝯiecturā Ille em̄ diues i inferno exn̄s cogno
uit se adhuc hr̄e q̄nq; fr̄es i h mūdo. Auctes
aūt sctōꝝ quibꝫ pbat̄ illud añs sunt intelligē
de de clara et euidēti noticia. talis em̄ noticia
ē delectabilis ipsi cognoscēti. ideo a damnatis
excludit̄. quibꝫ nō conceditur aliqua delectatō

Tn̄ añcedēte ꝯcesso. adhuc pōt negari ꝯn̄
tia. Ad pbationē dōm ꝙ q̄uis visibile eque
clare mouēs visum nō magis moueat ab ex/
tremo q̄ȝ a medio. tn̄ tāte claritatis posset esse
in extremo ꝙ magis moueret potētiā visiuā.
q̄ȝ aliud remisse claritatis exn̄s i medio. Nā
sol exn̄s i oriēte. imediate pter suā eminentē
claritatē mouet visū hoīs exn̄tis in occidēte.
z tn̄ multa visibilia sunt in medio inter oriēs
z occidens. q̄ nō mouēt visum talis homis.

Etiā dato ꝙ illa pbatio bn̄ pcedat de co/
gnitōe simplr naturali. tn̄ nihil ꝯcludit de cō
gnitōe supnaturali q̄ fit p reuelatōȝ. Pōt. n.
deꝰ vel etiā angelꝰ reuelare ea q̄ fiūt in vno ex/
tremo. homi exn̄ti in altero extremo. pter hoc
ꝙ reuelet ea q̄ fiūt in medio. Cū igit̄ noticia
quā hn̄t damnati de gloria beatoꝝ. nō sit sim
plr naturalis ꝫ magis reuelationē. igit̄ ni/
hil ꝯcludit̄ in pposito. Ad. vi. nego ꝯn̄aȝ Ad.6.
Rō aūt negatōis pȝ p iā imediate dicta. Ad
pbatōȝ dōȝ ꝙ q̄uis maior sit ꝯformitas zc. tn̄
gl̄ia btōꝝ aliq̄ mō reuelat̄ dānatis ad eoꝝ
maiorē afflictōeȝ. vt videāt q̄ntū bonū pter
sua viciosa demerita pdiderūt. Ad aliā pba/
tōȝ de locali distātia pȝ p iā dicta. Ad ar/ Ad pnci/
gu. pnci. dōȝ. ꝙ licet maior sit vera loq̄ndo d pale argu
noticia intellectiua naturali q̄ ꝯuenit hoī p mentum.
statu pn̄tis vite. tn̄ nō ē va de noticia q̄ ꝯuenit
aīe sepate p statu vite future. Ad pbatōeȝ
dicendū ꝙ Arist. ibi loq̄tur de cognitōe ꝯpe
tēte homi p statu pn̄tis vite. qꝛ vel Arist. ali
am vitā nō cognouit. vel si posuit aliā vitam

sicut etiã videt ponere i libello de pomo. tamẽ de cognitõe illi⁹ vite nõ fecit mẽtõ; i. iij. d' aia q: ibi loquebatur tanq̃ phs naturalis.

Lectio secunda.

Ec de pedibus

b

&c. Postq̃ mgr copiose ptractauit suoꝝ q̃ttuor libroꝝ materiaz. nũc i ista vltia q̃rti li. clausula epilogat circa eã. Et diuidit i duas ptes. q: p̃mo mgr seips̃ hũiliat. & auditorẽ isti⁹ scie pfert & eleuat. scdo materiã istoꝝ libroꝝ tãgẽdo recapitulat. ibi. Qui a facie exorsus sedẽtis. Et hec i q̃ttuor ptes pt diuidi. q: p̃mo mgr tãgit materiã p̃mi li. scdo scdi. tercio ipsi⁹ q̃rti. et q̃rto tercij. Scda ibi. p media Tercia ibi. ad pedes vsq̃ Quarta ibi. Uia duce puenit. Tãgit em̃ h mgr materiã p̃mi li. cũ dicit. q. s. scptor exorsus. i. incepit. a facie sedẽtis. Per sedẽtẽ em̃ itelligit ipm xp̃ũ. vt p; ex textu imediate pcedẽti Per faciẽ aũt intelligit ea q̃ puenuit deo adintra rõne sue deitatis. De q̃bꝰ spãliter tractat i i. li. Uñ Moyses desiderans illa intranea dei videre. dixit ipsi deo. Si g̃ inueni grã; i oculis tuis. ostẽde mihi faciẽ tuã. vt hr̃ Exo. xxxiij. Etiã tãgit materiã scdi li. cũ dicit. p media. i. p creaturas. creature em̃ de quibꝰ tractatur in. ij. li. sunt quedã media ad cognoscẽdũ ea q̃ deo puenuit ad intra. Quia sicut ait apostol⁹ ad Roma. i. Inuisibilia dei p ea q̃ facta sunt intellecta pspiciũt. sempiterna quoq̃ virtus eius et deitas. Materiã p̃o tercij libri tãgit cũ dicit. via duce. In tercio em̃ libro tractat de dño iesu xp̃o. qui Joh. xiiij. ait de se ipso. Ego sum via. veritas & vita. Sz materiã quarti li. tangit cũ ait. ad pedes. Oĩa em̃ q̃ tractant in q̃rto lib. videnĩ ordinari ad ea q̃ fiũt in extremo iudicio. qd̃ quidẽ iudiciũ p pedes sedẽtis i throno merito significatur. eo q in ipso tanq̃ in pte extrema totũ p̃sens seculũ finit & terminat. Hi aũt pedes cherubicis alis phibent esse velati. i. abscõditi. q: a plenitudine scie q̃ cherubin interp̃tat. oĩs puri hoĩes respectu istorũ pedũ videntur omino deficere. De hora em̃ illa. s. de hora iudicij nemo scit. vt ait saluator Matth. xxiiij. Uñ q̃tum ad istã horã ipse suis dilectis & p̃electis discipulis ait Actuũ. i. Nõ est vestrũ nosse tpa vl' momẽta q̃ pater posuit in sua potestate. Et notãter iste ale dicunt esse due. q: respectu p̃dicte hore hũan⁹ intellect⁹ deficit nõ solũ quo ad naturalẽ cognitionẽ. sed etiaz q̃ ad supnaturalẽ reuelatiõz. q: hec hora nulli puro hoi credit reuelata. Et in h̃ terminat diuisio & snia isti⁹ epilogatiõis. & p pñs toti⁹ q̃rti li. i generali. circa quã q̃rẽdo in spãli conformiter ad epilogatõz mgri etiã ego aliq̃ epilogare ppono. q̃ in libroꝝ sniaꝝ principijs p̃ me sũt replicata. & maxime ea q̃ in ill' p̃ncipijs tacta sunt de beatis & damnatis. Illa em̃ pñuc sunt magis ad p̃positũ. eo q puentũ fuerit ad pedes sedẽtis in throno in extremo. s. iudicio mali cõdemnent & boni remunerent. Est g̃ questio talis.

v Trũ aliquo mõ sit possibile q idem hõ simul sit beatus et dãnat⁹. Et videt q nõ. Q: nullus saluatus pt eẽ damnatus. Sed q̃libet btũs ẽ saluatus. g̃ nullus beatus simul pt eẽ dãnatus. Maior p;. q: salus & damnatio sibijpsis formaliter repugnãt. Minor etiã p;. q: sicut beatitudo includit salutẽ. sic beatũ esse includit saluũ eẽ — Questio secũda.

Cõtra. opposita nõ repugnãt nisi accipiãtur circa idẽ subiectũ imediatũ. cũ igit plures sint potẽtie i hoie q̃ pñt imediate sbijci btitudini vel damnatõi. igit idẽ hõ ꝑm vnã potẽtiã pt eẽ btũs. & ꝑm aliã põt eẽ dãnat⁹. Sicut em̃ idẽ homo ꝑm vnã ptem corporis põt eẽ albus. & ꝑm aliã niger. sic ꝑm vnã ptem anime põt esse beatus. et ꝑm aliã esse damnatus. q: potẽtie anime sunt q̃si ptes aie. vt pat;. iij. de aia. vbi ait Aristo. De pte aũt aie &c. Circa istã questionẽ sic pcedaz. Primo em̃ p̃mittã vnã distinctionẽ. Secũdo ostendã sub quo mẽbro istius distinctiõis questio p̃posita ad pñs est tractãda. Tercio recitabo pclusiones quas circa istã materiã posuit quidã venerabilis dñs & mgr i p̃mo suo p̃ncipio sniaruz. Et loco quarti articuli ostẽdã q̃d grã disputatõis ego ex pto tenui cũ in sentẽtijs principiaui.

De primis duobus

Articulus primus et secundus.

articulis breuiter me expediẽdo. dico q aliq̃d eẽ possibile potest dupliciter intelligi. sc; potentia creata & naturali. vel potẽtia diuina et supnaturali. Et hoc dupliciť. ꝑm q vno modo aliq̃d dicit possibile potẽtia dei ordinata. alio mõ potẽtia dei absoluta. Prim⁹ mod⁹ nõ ẽ ad p̃positũ. q: q̃stio q̃rit de btitudĩe supnaturali quã nullus hõ ex suis virib; naturalib; pcise põt acq̃rere. Nec secũdus modus. q: vera fide credimus q de facto nunq̃

aliq̄s homo simul erit damnat⁹ ⁊ beat⁹. Sʒ possibilia ſm potentiā dei ordinatā nūq̄ de facto erūt. Procedit igit̄ p̄sens q̄stio solū de tercio modo. s. vtrū de potētia dei absoluta aliquis homo siml' possit esse beat⁹ ⁊ damnat⁹. et hoc ſm diuersas potentias anime.

Articulus terti⁹ ⁊ q̄rtus.

His premissis ē sciendū. ꝙ venerabilis dn̄s ⁊ mgr̄ p̄notat⁹ i primo suo principio circa hominē damnatū posuit tres cōclusiones. Quarū prima est. ꝙ simpliciter est impossibile. ⁊ ꝯtradictionē implicat. ꝙ aliq̄s hō simul sit beat⁹ per actū clare visionis diuine essentie. ⁊ siml' sit damnat⁹ p actū actualis odij in dei volūtate. Secunda ꝯclusio est. ꝙ simpliciter est impossibile et ꝯtradictionē implicat actū beate fruitōnis et odiū dei siml' esse in eadē volūtate. Tercia est. ꝙ simpliciter est impossibile naturā hūanā damnatā ipa manente dānata assumi ad vnitatē diuini suppositi. Primā cōclusionē ꝓbauit sic. Nulla beatitudo augmētat tristiciā miseriā ⁊ dolorē ei⁹ qui habet eā ⁊ in voluntate habet̄ ab eo. Sʒ posito ꝙ damnat⁹ odiēs deū videat diuinā essentiā. tūc hmōi visio augmētat ei⁹ tristiciā miseriā ⁊ dolorē ⁊ in volūtate habet̄ a tali dānato hmōi visio. ergo clara visio dei i dānato habēte ꝑfectū odium dei in sua volūtate nō est beatitudo. Maior est nota. Probat̄ minor. q2 q̄nto aliq̄s clarius videt excellentiā ⁊ ꝑtātem inuincibilem ei⁹ quē ꝑfecte odit: tanto ampli⁹ torquet̄. g° si damnat⁹ ꝑfecte odiēs deū clare videret deuʒ. tūc ex tali visione ampli⁹ torq̄ret̄. eo ꝙ videreʒ inuincibilē maiestatē ei⁹ quē ꝑfecte odit Et ista videt̄ esse sentētia Richardi sup apoc. lib. i. c. x. vbi sic ait. Quāuis nimiū impij in inferno positi se sentiāt iuste puniri. dolebūt tn̄ ꝙ de⁹ tantā habeat potentiā. ⁊ p̄ nimietate doloris iusto iudici inferēt blasphemiā.

Cōclusio / pma mgr̄i pe/ tri d croso.

Processus / p̄mi p̄nci/ pij circa p/ mā ꝯclōnē

Cōclusio / sisthome / odis san/ maugu.

Sʒ in p̄mo meo principio posui ꝯclusionē oppositā. ⁊ hoc grā disputatōis ⁊ cū intentōe ꝑficiendi cū tanto mgr̄o quē de⁹ intellectuali claritate eximie decorauit. vt in om̄ibꝫ suis actibꝫ euidenti⁹ elucescit. Posui em̄ hanc ꝯclusionē. ꝙ nō est impossibile de absoluta dei potentia aliquē hominē esse beatū in suo intellectu p apertā visionē diuie essentie. nō obstante ꝙ sit damnat⁹ in sua volūtate ⁊ actualiter deuʒ odiat. Et h̄ ꝓbaui tali ꝯseq̄ntia. De⁹ p absolutā suā potentiā p̄t in intellectu dānati hoīs causare intuitiuā visioneʒ sue diuine essentie cū eq̄pollēti ꝑfecte cōplacētie voluntatis. siue cū omi eo qd̄ p̄t fieri in intellectu ex ꝑfecta cōplacētia volūtatis. nll'a tn̄ ex h̄ facta mutatione i volūtate illi⁹ hoīs. g° p absolutā dei potentiā aliq̄s hō p̄t esse vere beat⁹ in suo intellectu nō obstāte ꝙ i sua volūtate dānat⁹ maneat et ꝑfecte deū odiat. Añs habet tres ptes Quarū p̄ma est. ꝙ de⁹ de absoluta sua potētia p̄t i intellectu dānati hoīs causare intuitiuā visionē sue essentie. Hāc ꝓbo sic. Cuicūq; intellectui de⁹ est intime p̄sens i illo p̄t causare intuitiuā visionē sue essentie. Sʒ de⁹ om̄i intellectui est itime p̄sens. Est em̄ intimior cuilibet creature q̄ʒ creatura sibiip̄i. vt ait beat⁹ aug⁹. in lib. ꝯfes. g° ⁊c. Hāc ptē etiā aliter ꝓbabo si negabit̄. Scd̄a ps est ꝙ cū hmōi visione de⁹ p̄t i intellectu p se ⁊ imediate causare om̄e illud qd̄ p̄t fieri in ip̄o mediāte ꝑfecta cōplacētia volūtat̄. Hāc ꝓbo sic. Quicq̄d i genere cause efficiētis de⁹ p̄t causare mediāte causa secūda h̄ imediate p̄t causare p seip̄m sine causa scd̄a. Sʒ q̄cq̄d mediāte volūtate de⁹ causat i intellectu. h̄ totū reducit̄ ad gen⁹ cause efficient̄. vt pʒ discurrēdo p oīa q̄ttuor causaꝝ genera. g° ⁊c. Tercia ps ē ꝙ de⁹ iā dicta p̄t causare i intellectu dānati hoīs taliter ꝙ nulla ex his fiet mutatio i ei⁹ volūtate. Et hāc ꝓbo sic De⁹ p̄t suspēdere voluntatē tal' hoīs ne aliq̄d ꝑcipiat de his q̄ fiūt i ei⁹ itellectu. g° de⁹ p̄t oīa p̄dicta causare i intellectu illi⁹ hoīs. nll'a ex h̄ facta mutatōe i ei⁹ volūtate. Ista ꝯñtia patet q2 volūtas nō mutat̄ ex aliq̄ obiecto nisi ꝑcipiat ip̄m aliq̄ mō. Patet etiā añs. q2 de⁹ p̄t posteri⁹ separare a p̄ori. vt apparet i accidētibꝫ manentibꝫ sine sbiecto i sacro altari. g° p̄t pri⁹ cōseruare i esse ⁊ i opari sine suo posteriori. Sʒ opatio intellect⁹ est natural'r p̄or opatōe voluntat̄. g° de⁹ p̄t intellectū i ꝑfecta sua opatōe cōseruare. dato ꝙ de h̄ volūtas nihil ꝑcipiat.

Cōseq̄ntia etiā patet. nā p̄ma ps ꝯseq̄ntis patʒ ex duabꝫ p̄mis ptibꝫ añcedētis. Nā ad verā ⁊ ꝑfectā beatitudinē intellect⁹ sufficere videt̄ clara visio diuie essentie. cū om̄i eo qd̄ p̄t fieri i intellectu ex ꝑfecta cōplacētia volūtat̄. Sʒ scd̄a ps ꝯñtis seq̄t̄ euidenter ex tercia pte añtis. q2 eo ip̄o ꝙ i tali volūtate nll'a fieʒ mutatio ꝓpt̄ ea q̄ fierēt in intellectu. igit̄ sicut illa volūtas añ hmōi visionē fuit misera ⁊ odiēs deū. sic ⁊ post hmōi visionē maneret dānata ⁊ misera ac odiēs ip̄m deū Si em̄ dat̄ oppositū tūc mutaret̄. qd̄ ē ꝯ terciā pteʒ añtis. Et ex his r̄ndeo ad rōneʒ isti⁹ reuerēdi dn̄i ⁊ mgr̄i mei negādo minorē supposito ꝙ de⁹ suspēdat

Solutio rationis

actū volūtatꝫ illi⁹ hoīs q̄tū ad pceptōez glīe ⁊ ceteroꝝ q̄ v̄tute diuīa facta sūt ī ei⁹ itellectu. Ad pbatōez dōm q̄ añs ñ est verꝝ. dato q̄ volūtas ei⁹ ñ pcipiat ie videre excellētiā ⁊ potestatē illi⁹ quē odit Autoritas etiā Richardi nō ē ꝯ me. qꝛ richard⁹ ibi loqͥt ꝺ dānatꝫ vt p nūc se habēt dānati. ⁊ ñ loquit ꝺ dānatis vt p absolutā dei potētiā se possent hr̄e.

Processus scdi princi pij circa p̄ma ꝯclone

Sed añq̄ aliq̄d tangā ꝺ alijs duabꝫ ꝯclonibꝫ. volo recitare ea q̄ pnotat⁹ dn̄s ⁊ mgr̄ ī tribꝫ suis seq̄ntibꝫ pncipijs adduxit ꝯ ista. Et vt breuius trāseā singul' suis instātijs imediate adiūgā r̄nsiones qs ī meis pncipijs ꝯ hmōi instātias assignaui

Instantia pma.

Arguit igit iste mgr̄ pmo ꝯ solutōez q̄ r̄ndi ad suā rōnez sic. Stāte clara visiōe dei cū eq̄pollēti pfecte cōplacētie volūtatꝫ ī itellectu dānati hoīs. tūc pt de⁹ causare pceptōez hmōi visiōis ī ei⁹ volūtate. Istā pbat ex dictꝫ meis sic. Quicq̄d de⁹ ī genere cause efficiētis pt facere mediāte cā scda. h̄ pt imediate p seipm. Sꝫ oīe qd̄ p itellectū hūanū de⁹ facit ī volūtate. h̄ totū reducit ad gen⁹ cause efficiētis. ḡ ⁊c. Sꝫ stāte q̄ volūtas illa misera pcipiat dei visionē. tūc torq̄bit ex glīa dei visi. Istā dicit se hr̄e ex respōsione mea qꝛ si ex h̄ q̄ nō pcipit hmōi visionē ñ torquet igit ex opposito si pcepit eā tūc torq̄bit ex ea. ⁊ p ꝯn̄s illa visio nō pt esse btitudo. qꝛ augebit dolorē vidētis ⁊ tristiciā

Respōsio.

Ad istā r̄ndeo. qꝛ q̄uis de⁹ possit causare pceptōez illi⁹ visiōis. tn̄ qꝛ nō ē ncc̄e deū hmōi pceptōez causare in volūtate illi⁹ hoīs. iō de⁹ pt hmōi visionē causare ī intellectu p̄ter h̄ q̄ causet pceptionē talis visionis ī volūtate. q̄ facto ñ augebit dolor ⁊ tristicia illi⁹ dānate volūtatis ex hmōi visione. nec torq̄bit talis voluntas ex glīa dei visi.

Instantia secunda.

Scdo arguit ad idē sic. Pono dicit ipe q̄ deo pmittēte iste dānat⁹ actualr vidēs deū sillogizet sic dicēs. Deū sūme odis. ⁊ de īmensa ei⁹ potētia summe doles. Sꝫ iste quē clare vides est deus. ergo iste quem clare vides est ille quē summe odis. Utraq̄ istarum premissaꝝ est isti dānato certitudinalr nota. ḡ ec̄ certus est ꝺ ipa ꝯclone. Sꝫ ſm Rich. in lib. de spū blasphemie. c. ij. qd̄ q̄sq̄ odit h̄ improbat vitupat. ⁊ ab alijs odio hr̄i ⁊ vitupari desiderat. ḡ de⁹ clare visus istū ñ beatificat. qꝛ null⁹ beatificat quē beat⁹ nō amat. sic n̄c est aliq̄ vita beata quā beat⁹ nō amat. vt ait aug. xiij. de tri. c. vij.

Respōsio.

Ad istud dico q̄ de⁹ posset facere q̄ tal' dānat⁹ nō faceret illū sillogismū. nec p ꝯn̄s hr̄et evidentiā de ꝯclone Dato etiā q̄ de⁹ pmittat eū vocalr pferre istū sillogismū. adhuc maior ppositio nō erit necc̄ario evidēs isti dānato. qꝛ de⁹ pt facere q̄ nullā evidētiā habeat circa eā. Potest eīm de⁹ facere q̄ q̄uis tal' dānat⁹ odiat deū. tn̄ itellectu suo ñ cognoscat se odire deū. Ad cui⁹ evidētiā est aduertēdū q̄ sic de⁹ mō q̄ pdictū est pt suspēdere illā malā volūtatē ne aliq̄d pcipiat illoꝝ bonoꝝ q̄ deus intuitiue visus causat ī ipo intellectu. sic ecōuerso pt de⁹ suspēdere intellectū illi⁹ hoīs ab oīmi cognitōe maloꝝ ⁊ turpiū q̄ sunt ī ei⁹ puersa voluntate. Quo facto planū est q̄ iste ñ hr̄et evidētiā isti⁹ ppositōis q̄ diceret. deū sūme odis. qꝛ nec hr̄et noticiā illi⁹ odij. n̄c dei vt oditi. nec p ꝯn̄s ex tali odio ipediret ī aliq̄ sui intellect⁹ btitudo. Et p h̄ patꝫ ad autoritatē richardi. qꝛ richard⁹ loquit ꝺ tali odiēte cui⁹ intellect⁹ nō est v̄tute diuia suspēsus a cognitōe eoꝝ q̄ sūt in ei⁹ volūtate. Ad autoritatē beati augustini dōm q̄ v̄a est ſm cursū cōmunē q̄ iuxta potētiā dei ordinatā beatificant hoīes nō solū ī potētia intellectiua. sed etiā ī potētia volitiua. ⁊ iō nō est ꝯ p̄sens ppositū. cū p̄cise loq̄mur ꝺ beatitudine itellectus Amor eīm nō req̄rit q̄tū ad btitudinē intellect⁹. nisi p̄ut ex cōplacētia volūtatis amātis cognitio efficit ipi itellectui delectabil'. Sꝫ talē effectū cōplacētie de⁹ p seipm imediate pt eq̄pollēter efficere ī ipo itellectu. cū tal' causalitas sit de genere cause efficiētis.

Instantia tercia.

Tercio arguit ꝯ rōem meā impugnādo añs q̄tū ad scdam ptē ei⁹. Prime eīm pti vt dicit nō ꝯdicit. Sꝫ ꝯ illud eq̄pollēs qd̄ posui ī scda pte añcedentis arguit sic. Si de⁹ ī aīa illi⁹ dānati hominis causaret eq̄pollēs pfecte cōplacētie volūtatis vl' h̄ faceret ī volūtate. vl' ī intellectu. Nō pōt dari primū. qꝛ tūc fieret aliq̄ mutatio ī volūtate. qd̄ est ꝯ terciā ptem añtis. in q̄ dicit. q̄ ex ista causatōe nll'a fiet mutatio ī volūtate. N̄c scdm. qꝛ nihil eq̄pollet pfecte cōplacētie volūtatꝫ qd̄ ñ diminuit sꝫ augeri pmittit oppositū ⁊ totalr destructiuū cōplacētie volūtatꝫ. Sꝫ stāte dei pfecto odio ī volūtate nihil causatū ī itellectu diminuit oppositū destructiuū pfecte cōplacētie volūtatꝫ. Ad pbatōez illi⁹ q̄ dixi. q̄ q̄cq̄d de⁹ pt causare ī genere cause efficientꝫ mediāte cā scda ⁊c. r̄ndet iste soci⁹ q̄ ꝯcessa tota rōne nihil ē ad ppositū. qꝛ nihil causatū ī itellectu est eq̄pollēs pfecte cōplacētie volūtatꝫ. vt statim ē deductū.

Respōsio.

Ad primū ē dicendū q̄ si bn̄ respicit q̄uo ego posui istud eq̄pollēs. tūc frustra facta est ista inq̄sitio. qꝛ de plano posui q̄ fieret ī intellectu. vt patuit sup̄ri⁹ ī rōne quā p me adduxi. Ad pbationez

dicēdū q̄ supposito q̄ de⁹ suspēdat volūtatē illi⁹ hoīs ne pcipiat ea q̄ sūt ī ei⁹ itellectu. tūc maior nō est vera. q2 q̄ūcūq3 de⁹ causet ī itellectu illi⁹ hoīs eq̄pollēs cōplacētie volūtatꝫ: accipiēdo ꝯplacētiā causalr. s. p illo effectu quē apta nata ē facere pfecta cōplacētia ī ipō intellectu. ex h̄ nō diminuit̄ miseria ꝛ odiū qd̄ ē in volūtate. supposito sp̄ q̄ volūtas nō pcipiat illd̄ qd̄ causatū est ī ipō itellectu. Et cū dicit̄ q̄ augeri pmittit oppositū ꝛc. dico q̄ tal' pmissio n̄ esset causal'. s3 solū casualis. Sic dicit̄ q̄ sorte currēte coruscauit. Eo ipō eñ q̄ volūtas nihil pcipet de causatꝫ ī ipō itellectu. iō malū ipi⁹ volūtatꝫ nec intēderet nec r̄mitteret̄ ex eo q̄ de⁹ causaret ī itellectu talē effectū q̄ eq̄polleret illi effectui q̄ posset ī itellectu causari ex pfecta cōplacētia volūtatꝫ.

Ad. 2. Et p h̄ p3 ad illud qd̄ dicit ꝯ pbatōē3. q2 ꝯcessis pmissis. seq̄t̄ necessario ꝯclo. s. q̄ de⁹ possit hm̄ōi eq̄pollēs causare ī ipō itellectu.

Processus circa p̄mā ꝯclonē in tercio p̄nci pio. Item ī tercio suo p̄ncipio iste venerabil' mgr̄ nitit̄ ifringere iā dictas meas r̄nsiones. Et p̄mo pcedit ꝯ p̄mā r̄nsionē dicēs. q̄ ex ꝯcessis ▮ me possit elench⁹ iferri ꝯ me. ꝛ p ꝯn̄s ꝯdictio. q2 elench⁹ ē syllogism⁹ ꝯ dictōis. vt p3. 1. elenchoꝝ.

Cōtra p̄mā r̄nsio nem. Cōcessi eñ ī p̄ma r̄nsione. q̄ de⁹ posset si vellet in volūtate illius hoīs causare pceptōē3 visiōis diuīe eēntie existētis ī eiusdē hoīs itellectu. Ex h̄ arguit sic. In q̄cūq3 ē clara dei visio cū3 eq̄pollēti pfecte cōplacētie volūtatꝫ. ī illo ē btitudo. S3 in h̄ dānato misero ē clara dei visio cū eq̄pollēti pfecte cōplacētie volūtatꝫ. stāte pceptōē hm̄ōi visiōis ī ei⁹ volūtate. g̃ ī isto dānato misero ē btitudo. S3 nihil est btitudo ī ipō nisi clara dei visio cū eq̄pollenti pfecte cōplacētie. g̃ cla[illegible] dei visio cū hm̄ōi eq̄pollēti ē btitudo ī isto dānato. stāte pceptōē illi⁹ visiōis ī sua volūtate. S3 p altera pte isti⁹ elenchi arguit̄ sic. Nll'a btitudo augm̄tat miseriā tristiciā ꝛ dolorē. S3 clara dei visio cū eq̄pollēti pfecte cōplacētie volūtatꝫ in h̄ dānato. stāte pceptōne hm̄ōi visiōis augmētat miseriā tristiciā ꝛ dolorē. Hāc dicit seq̄ ex r̄nsione mea. g̃ clara dei visio [illegible] eq̄pollēti pfecte cōplacētie volūtatꝫ ī h̄ dānato. stāte pceptōē hm̄ōi visionis in ei⁹ volūtate n̄ ē btitudo. Hec ꝯclusio ꝯdicit cōclusioni p̄oris sillogismi. g̃ videt̄ q̄ ex dictis meis inferat̄ elench⁹.

Respōsio. Ad istd̄ r̄ndeo q̄ ista ꝯdictio siue elench⁹ n̄ seq̄t̄ ex dictꝫ meis. Ad pbatōē3 nego minorē scdi syllogismi. Et cū3 dicit̄ q̄ illa minor sequat̄ ex r̄nsione mea. istd̄ n̄ est verꝫ. Ad cui⁹ itellectū ē aduertēdū q̄ volūtatē percipe aliqd̄ obiectū. est necessariū ꝯn̄s ad h̄ qd̄ ē volūtatē tristari vl' dolere d̄ obiecto. q2 obiectiue n̄ p̄t causari tristicia in volūtate. nisi volūtas pcipiat obiectū a q̄ obiectiue causat̄ hm̄ōi tristicia ī ipa volūtate. Est etiā istud ꝯn̄s incōuertibile cū3 isto añte. q2 eq̄ bn̄ seq̄t̄ ad delectari sic ad tristari. q2 sic volūtas nō p̄t obiectiue tristari de aliq̄. nisi aliq̄ mō pcipiat ipm̄. sic nec delectari. Cū igit̄ r̄nsio mea pcedat a destructōē isti⁹ ꝯn̄tis ad destructionē añtis. ideo pa3 meā r̄nsionē esse vera3 ꝛ rationabilē. maxie apud eū q̄ ꝯcedit destructionē illi⁹ ꝯn̄tis. q2 sic ꝯcedēs positōē3 antecedētis nccio h3 ꝯcedere positōē3 ꝯn̄tis. sic q̄cūq3 ꝯcedit destructōē3 ꝯn̄tis. ille nccio hab3 ꝯcedere destructōē3 añtis. q2 eq̄li nccitate seq̄tur destructio añtis ad destructōē3 ꝯn̄tis. sic positio ꝯn̄tis ad positōē3 añtis. vt p3 in lib. prioꝝ. S3 iste mgr̄ ꝯcedit destructōē3 necessarij ꝯn̄tis ad h̄ añs qd̄ est volūtatē dānati hoīs tristari ꝛ torq̄ri d̄ clara dei visione existēte ī suo itellectu. Cōcedit eñ q̄ de⁹ p̄t suspēdere volūtatē ne pcipiat illā visionē stāte huiusmodi visione ī suo itellectu. Qd̄ pa3 ex h̄ q̄ hucusq3 ī trib⁹ suis p̄ncipijs nūq3 negauit istud. nec vnq̄3 r̄ndit ad pbatōē3 ei⁹. g̃ neccario habet ꝯcedere destructōē3 añtis qd̄ ē n̄ torq̄ri vl' tristari volūtatē d̄ tali visione. stāte huiusmodi visione ī ipō itellectu. Ex his etiā p3 q̄ rōnabilit̄ negatur minorē illi⁹ scdi syllogismi quē adduxit iste mgr̄ p elencho inferēdo. q2 ī illa minori ex positōē ꝯn̄tis infert̄ positio añtis. puta ex pceptōē volūtatꝫ infert tristicia volūtatis. q̄lis illatio nunq̄3 valet gr̄a forme. vt oīs ver⁹ logic⁹ habet cōcedere. Nec etiā valet gr̄a materie. q2 q̄tus termini ꝯuertibiles mutuo se inferāt tā positiue q̄3 destructiue. sic eñ hō infert risibile. sic nō hō infert nō risibile. ꝛ ecōuerso. tn̄ qn̄ añs non ꝯuertit̄ cū ꝯseq̄nte. tūc nec gr̄a forme nec gr̄a materie ex positōē ꝯn̄tis licet inferre positōne3 añtis. S3 volūtatē pcipe obiectū est necessariū cōsequēs ad h̄ qd̄ est volūtatē tristari de obiecto ꝛ est incōuertibile cū eo. q2 sic iā dictū est. eq̄ bn̄ sequit̄ ad delectari de obiecto. sic ad tristari de eo. g̃ illa minor est negāda. Et cū dicit̄ q̄ ego ꝯcedo deū posse causare hm̄ōi pceptionē in ipa volūtate. dico q̄ verꝫ est. S3 cū hoc dixi q̄ q2 nō est nccē deū causare hm̄ōi pceptionē. ideo de⁹ p̄t visionē p̄dictā causare ī intellectu nll'a ex h̄ facta mutatōē in ipa volūtate. qd̄ ptinet ad p̄ncipale meū ppositum. ac sine augm̄to odij tristicie ꝛ doloris. qd̄ ē oppositū minoris illi⁹ ratōnis principalis. qua iste

mgr̄ primo ꝓbauit primã suã ꝯclusionē. quã minorē etiã tūc negaui. q̄n ad illã rationē re/spōdi. Cōtra secundã meã r̄nsionē arguit iste mgr̄ sic. Illa dicta sunt im̄ptinētia ex parte r̄ndentis quibꝰ ꝯcessis vl' negatꝫ nihilominꝰ stat rō ad quã r̄ndet. Sꝫ sic est in ꝓposito

Contra secundã responsionē.

1 qꝛ sic dicit iste mgr̄ ratō sua ꝓcessit ex quodã supposito qd̄ est verꝫ ꝯcesso vl' negato ꝙ deus possit suspēdere intellectū illiꝰ hoīs ne aliq̄d cognoscat d' odio ꝛ ceteris malis q̄ sunt in eiꝰ volūtate. Istud aūt suppositū est. ꝙ talis dānatꝰ odiēs deū habet cognitionē abstractiuã q̄ cognoscit aliq̄ modo ip̄m deū. ꝛ istud suppositū est necessariū. qꝛ sic incognita n̄ possumus diligere. vt ait beatꝰ augustinꝰ. sic nᶜ possumꝰ odire aliq̄d nisi ip̄m ad minꝰ cognoscamus cognitōe abstractiua. Supueniēte igitꝰ clara visione adhuc iste dānatꝰ habebit certitudinē odij q̄ odit ip̄m deū rōe cognitōis abstractiue q̄ cognoscit se odire deū. ꝛ p ꝯsequēs ista maior ꝓpositio qua dicere potest. deū sūme odis erit sibi necessario euidēs vl' euidēter nota. cuiꝰ oppositū ego dixi i respōsione scd̄a

2 P̄. dicitꝰ ꝙ ego posuerim ꝙ de potētia dei absoluta obiectū volūtatis p̄t effici p̄sens volūtati ꝛ ip̄aꝫ mouere p̄ter h̄ ꝙ sit cognitū. ꝛ p cōsequēs nec ad actū dilectōis nec ad actū odij necessario requiritꝰ cognitio necessitate taliter absoluta ꝙ p dei om̄ipotentiã absolutam nō possit oppositū fieri. Cōtra istud arguitꝰ sic Si istud esset verꝫ. tunc deꝰ imediate p seip̄m nō ꝯcurrēte aliq̄ alio in genere cause efficiētis posset in volūtate hoīs causare odiū dei. Istō aūt est impossibile. qd̄ ꝓbat iste mgr̄ ex triplici repugnãtia quã implicat istud ꝯsequens.

Quarꝫ repugnãtiarꝫ prima se tenet ex p̄te odij. Qꝛ nulla creatura rōnalis habēs odiū dei se habet sic se debet h̄re ad deū. Sꝫ oīs creatura q̄n se habet sic deꝰ facit eã se h̄re. tūc se habet ad deū sic debet se h̄re. ḡ p̄dicto casu posito talis hō n̄ haberet se ad deū sicut deberet se habere. qꝛ haberet i se odiū dei. ꝛ haberet se ad deū sicut deberet se h̄re. qꝛ tale odiū esset imediate a deo sine quocūqꝫ alio agēte. ꝛ p ꝯseq̄ns talis creatura se h̄ret sic deꝰ faceret eã se h̄re. hec aūt expsse ꝯtradicūt. ḡ ꝛc. Scd̄a repugnãtia ē ex p̄te bonitatꝭ diuie. Qꝛ om̄e opꝰ s̄m se malū magꝭ est imputandū ei qd̄ est totalr̄ agens q̄ȝ totaliter passiue se habēti respectu huiꝰ operis. Sꝫ odiū dei est opꝰ s̄m se malū. ꝛ si deus causaret odiū in volūtate dānati hoīs nullo alio agēte ꝯcurrēte. tūc deꝰ respectu illiꝰ odij esset totaliter agēs. ꝛ iste dānatꝰ esset solū patiēs ḡ hm̄ōi actꝰ magis esset imputandꝰ deo q̄ȝ illi dānato. qd̄ est ꝯtra diuinã bonitatē. ꝛ cōtra augustinū. lxxxiij. q̄stionū. q. xxiij. vbi ait ꝙ deo autore nemo fit deterior. Tercia repugnantia est ex p̄te liberi arbitrij. Qꝛ q̄cq̄d est in rōnali creatura a solo deo. h̄ nō est in eiꝰ potestate seu libero arbitrio. Sꝫ p̄dicto casu posito. tūc odiū esset i illo dānato a solo deo. ḡ n̄ esset in eiꝰ p̄tāte seu libero arbitrio. Sꝫ ecōtra om̄e peccatū est a libero arbitrio. qꝛ s̄m beatū augustinū. om̄e peccatū est volūtariū intãtū ꝙ si nō est volūtariū nō est peccatū

Ad primū nego minorē. qꝛ ꝯcessis q̄ posui. s. ꝙ intellectꝰ p dei potentiã suspendatꝰ ne aliq̄d cognoscat de malis existētibꝰ i illa puersa volūtate. tūc ille hō nequaqꝫ cognoscit se odire deū. dato ꝙ cognoscat deū ꝛ abstractiue ꝛ intuitiue. Vn̄ stāte illa suspēsione intellectꝰ ne cognoscat ea q̄ sunt i illa puersa volūtate. tūc q̄uis suppōatꝰ qd̄ ille supponit. s. ꝙ odiū p̄supponat cognitionē. ꝛ ꝙ iste damnatꝰ odiēs deum cognoscat deū. tn̄ cū h̄ stabit ꝙ nesciat se odire deū. qꝛ si sciret se odire deū. tūc cognosceret odium qd̄ est i sua volūtate q̄ odit deū. qd̄ ē ꝯtra suppositū. Ex q̄ p̄tꝫ ꝙ ꝯcesso eo qd̄ ego suppono. tūc soluta est illa rō. qꝛ maior q̄ ille dānatus diceret. deū sūme odis. nō esset euidēs in p̄spectu intellectꝰ sui. Nã illa ꝓpositio in suo intellectu esset ignota. Falsū etiã hic assumitꝰ cū dicitꝰ. ꝙ adhuc iste dānatꝰ habebit certitudinē odij q̄ odit deū. qꝛ p̄dicta suspēsione stāte. tūc nullã certitudinē haberet illiꝰ odij i sua cognitōne.

Respōsio Ad. 1.

Ad secundū si vellē fugere difficultatē possem dicere ꝙ q̄n dixi obiectuꝫ volūtatis absqꝫ cognitōe pura posse mouere voluntatē. hoc est intelligendū q̄ȝtū ad actū amoris. ꝛ nō q̄ȝtū ad actū odij. ꝛ tūc nll'a istarū repugnantiarꝫ esset ꝯtra me. Et ꝙ ita posuerim. patꝫ lib. i. dist. i. q. i. arti. iiij. vbi ꝓbaui ꝙ de absoluta dei potētia fieri p̄t ꝙ volūtas sit in actu fruitōis intellectu manēte suspēso ab actu cognitōis Tn̄ sustinēdo istã difficultatē possuꝫ negare ꝯsequentiã accipiēdo odiū s̄m ꝙ est peccatū. Ad cuiꝰ intellectū est aduertendū. ꝙ s̄m beatū augustinū. odiū s̄m ꝙ est peccatū nō habet causaꝫ efficientē sꝫ deficientē. Vn̄ sicut p nunc q̄n actꝰ odij causatꝰ mediante cognitōne. peccatū ꝛ defectuositas q̄ ē in illo actu nec in deū nec i intellectū reducitꝰ tanq̄ȝ in causã. nisi extēdendo nomē cause ad om̄e illud sine cuiꝰ assistētia nō ꝓcederet effectus. sꝫ sufficiēter reducitꝰ in solã voluntatē p ut abutitꝰ sua potestate seu libertate. Sic etiã

Ad. 2.

posito casu p̄dicto quāuis deus esset causa illius entitatis positiue que est i actu ipiꝰ odij. ⁊ hoc mediāte volūtate eliciēte hmōi actū. tn̄ deꝰ nō esset causa illiꝰ macule seu obliquitatis ānexe illi entitati. causalitas eīn̄ illiꝰ tūc sicut ⁊ nūc in solū abusum liberi arbitrij sufficiēter reduceret̄. ⁊ si aliquo modo reducit̄ in deū. h̄ solū essꝫ tanq̄ꝫ in causaꝫ sine qua nō. sicut etiā modo deꝰ oīs peccati p̄t dici causa sine qua nō. qꝛ oē peccatū p̄supponit aliquā entitatem positiuā. cuiꝰ deꝰ est causa. sine qua entitate liberꝝ arbitriū nō posset cōmittere peccatū.

Et his bene intellectis patet ꝙ non tenear respōdere ad illas tres rōnes. quibꝫ iste reuerendꝰ sociꝰ ⁊ mgr̄ ꝓbat falsitatē istiꝰ ɔseq̄ntis qꝛ etiā ego illud ɔsequēs reputo impossibile.

Tamē qꝛ aliqua assumit iste sociꝰ in istis rōnibꝫ q̄ reputat sequi ex meis dictis. que nō sequunt̄ ex eis. ideo respōdendo ad primū dico. ꝙ quāuis due p̄misse ꝓpositōes sint vere. tn̄ ex eis nō sequit̄ illud qđ infert. Nā p̄dicto casu posito: ille homo inq̄ꝫtū peccatū odij cōmitteret nō esset talis qualis deꝰ eū faceret eē. qꝛ hmōi peccatū tūc sicut ⁊ nūc nō esset a deo. sꝫ esset a sua ꝑuersa volūtate. Ad secundū dicendū ꝙ in minori supponit̄ falsuꝫ. qꝛ supponit̄ ꝙ deꝰ imediate causaret odiū in illiꝰ hominis volūtate nulla alia causa actiue ɔcurrente. ⁊ hoc est falsuꝫ. qꝛ illo casu posito. tūc illa peruersa voluntas nō haberet se pure passiue respectu ipsiꝰ odij. quin potiꝰ oīs actiuitas requisita respectu illiꝰ odij vt peccatū est. tūc reduceret̄ in illā malā voluntatē tantū et p̄cise. sicut etiā nūc reducit̄ in ipam. Ad tercium dicendū ꝙ minor est falsa. qꝛ p̄dicto casu posito. tūc illud odiū q̄ꝫtū ad entitatē positiuā que est in actu ipiꝰ esset a deo nō p̄cise sed essꝫ a deo mediāte volūtate hmōi actū imediate ⁊ sua sponte eliciēte. Sꝫ q̄ꝫtū ad peccatuꝫ ⁊ deformitatē existentē in illo actu. tunc nullatenus esset a deo. sꝫ a sola voluntate abutente sua libera potestate. Cōtra terciā meam respōsionē iste magister reducit ratōnē ad quā dedi illā responsionē hoc modo. Nihil se cōpatiēs cū summa miseria volūtatis equipollet vltimate cōplacentie volūtatis. Sꝫ qđ cū ex positū in intellectu damnati homīs se cōpatit̄ cū summa miseria volūtatis. ergo nihil positū in intellectu talis damnati potest eq̄pollere ꝑfecte cōplacētie voluntatis. Maioꝛ patet dupliciter Primo qꝛ beatifica cōplacentia excludit omnē miseriā ⁊ omnē deformitatem ab ipa volūtate. Secūdo qꝛ impossibile est hominē habentē hmōi cōplacentiā esse malū. Sꝫ manēte dei odio in ipa volūtate. tūc impossibile est hominē nō esse malū vl̄ esse bonū.

Cōtra terciā rn̄sionem.

Addit etiaꝫ hic iste mgr̄. ꝙ ratio quā adducit ꝓbandū deū posse hmōi eq̄pollēs causare in intellectu nō ɔcludit intentum. etiā ɔcessis ambabꝫ p̄missis. Ad primū respondeo ꝙ cōplacētia dupliciter p̄t accipi. Uno modo formaliter. ⁊ sic solū habet esse in volūtate. Alio modo causalit̄. ⁊ isto modo effectꝰ cōplacētie p̄t dici cōplacentia. Sicut etiā ipe phus in de sensu ⁊ sensato dicit. ꝙ odoꝛ est fumalis euaporatio. Qđ dictū q̄ꝫuis nō sit veꝝ p̄dicatōne formali. est tamē verū p̄dicatione causali. qꝛ fumalis euaporatio est causa odoris. Et isto secūdo modo accipiendo cōplacentiā. ipa cōplacentia ac etiā eq̄pollens cōplacentie potest esse in ipo intellectu. Et hoc modo in isto ꝓposito ego loquoꝛ de cōplacentia ⁊ đ equipollēti cōplacētie. vt euidenter patet ex dictis meis tam in prima positione q̄ꝫ etiā in respōsionibꝫ subsequentibꝫ.

Respōsio. *Ad.1.*

His p̄missis ad formā rōis respōdēdo. dico ꝙ maioꝛ nō est vera. qꝛ supposita suspēsione volūtatis a ꝑceptōe eoꝝ que sunt in intellectu. tūc equipollēs cōplacētie secūdo modo accepte causatū a deo in intellectu. cōpatit̄ se cū sūma miseria voluntatis. ⁊ cū actuali odio dei existēte in volūtate. Quia sicut dictū est supra isto casu posito: tūc nl̄la mutatio fieret in volūtate ꝓpter ea q̄ deus faceret in intellectu. eo ꝙ volūtas nō perciperet aliq̄d de his q̄ essent in intellectu. Ad primā ꝓbationē dicendū. ꝙ quāuis beatifica cōplacentia excludat omnē miseriā volūtatis. accipiendo cōplacentiā formaliter. tamē hoc nō est necesse accipiēdo cōplacentiā causaliter in suo eē eq̄pollenti. qꝛ suspensa volūtate ꝑ diuinā potentiam modo p̄dicto. tūc q̄ꝫuis deus causaret in intellectu effectū equipollentē illi effectui qui ex beatifica volūtatis cōplacētia causabilis ē in intellectu. qui effectꝰ vt p̄dixi dicit̄ cōplacētia p̄dicatione causali. tn̄ stāte iā dicta suspēsione. hmōi effectꝰ nō excluderet a voluntate aliquā miseriā Ad secundā ꝓbationē dicēdum ꝙ quāuis ille homo nō esset malꝰ i suo intellectu. tn̄ posset esse malꝰ in sua volūtate peruersa. de qua nihil tolleret iā dictꝰ effectus causatꝰ in intellectu. q̄ effectꝰ dicit̄ eq̄pollens cōplacētie causalit̄ dicte. vt patꝫ ex iā dictis.

Ad illud qđ addit ꝓbationē meā etiā ɔcessis p̄missis n̄ ɔcludere intentū. nego assūptā. quia ɔcessis istis p̄missis .s. ꝙ deꝰ p̄t imediate

Ad.2.

omnē effectū pducere p seipm. quē pt pduce/
re mediāte causa secūda in genere cause efficiē
tis. ꝛ ꝙ omē illud qd̄ deus mediāte cōplacētia
volūtatis facit in intellectu reducit̄ ad hmōi
cōplacentiā ſm gen⁹ cause efficiētis. tūc neces
sario sequit̄ hec ɔclusio. ſ. ꝙ de⁹ possit imedia
p seipm causare ī intellectu eq̄pollēs cōpla
centie causalit̄ dicte.

Processus circa p̄mā cōclōnē in q̄rto p̄nci/pio.

Itez in q̄rto suo p̄n/
cipio iste venerabil' collega impugnat r̄nsio/
nes p me iā p̄me assignatas. Et q2 ego dixi
ꝙ minor secūde ptis elenchi quē adduxit p/
cessit a positōe ɔsequētis ad positōez antece/
dentis. ideo nūc ostēdit iste mgr̄ ꝙ talis pces
sus in pposito q̄re materie sit bon⁹. dato ꝙ nō
valeat q̄re forme

Instantia

Et arguit sic. In causis p̄
cisis si affirmatio est causa affirmatōis. tūc ne
gatio est causa negatōis. ꝛ ecōuerso. Ista ptꝫ
p̄mo posterioꝝ. Sed p̄cisa causa q̄re iste dā/
nat⁹ odiēs deū nō torquet̄ ex glīa dei visi ē ne
gatio pceptōis illi⁹ visionis. Istā dicit se ha
bere ex mea r̄nsione. Ergo p̄cisa cā q̄re torque
tur ex glīa dei visi est pceptio eiusdē visionis

Respōsio

Ad istud dico ꝙ minor nō est v̄a. nec seq̄
tur illa minor ex r̄nsione mea. Q2 r̄ndēdo in/
stantijs isti⁹ mgr̄i quas fecit ī tercio suo p̄nci
pio. ego dixi incidēter q̄uis sup⁹ nō scripse/
rim. ꝙ si talis dānata volūtas pfecte pciperet
gloriā ꝛ bonitatē dei vt clare visi. tūc desisteret
ab omi odio actuali. q2 puꝝ bonū clare visuz
ꝛ apte monstratū volūtati volūtas nullaten⁹
p̄t odire. imo neccio ipm amaret amore natu/
rali. Circa pbationē isti⁹ ad p̄sens nō insi/
sto. q2 euidēter istud p̄t ɔcludi ex his q̄ dixi li

Instantia

bro primo dist. i. q. ij. arti. i. ꝛ arti. iij. Et q2
iste soci⁹ reuerend⁹ vidit hāc r̄nsionē sequi ex
p̄cedentibꝫ meis dictis. ideo arguit ɔtra eā sic
Sicut puro bono clare mōstrato alicui volū
tati impossibile est talē voluntatē elicere actū
odij vel tristicie circa ipm. sic puro bono clare
mōstrato alicui homini impossibile est ipsuz
elicere actū odij circa hmōi puꝝ bonū. Sed
clare videnti deū clare monstrat̄ puꝝ bonū. g̊
clare vidēs deū nullaten⁹ p̄t odire eū. Ista āt
ɔclusio ɔtradicit p̄me mee ɔclusioni. g̊ r̄nsio
ista nō p̄t stare cū ɔclōne mea. Maior ptꝫ. q2
eadē ratio impossibilitatꝭ est vtrobiqꝫ. ſ. clara
mōstratio puri boni. Minor etiā de se patet.

Respōsio

Rn̄deo ad maiorē ꝙ licet illa maior sit v̄a
supposito ꝙ volūtas illi⁹ hois nō sit suspensa
a pfecta pceptōe illi⁹ puri boni suo intellectui
clare mōstrati. si t̄n sua volūtas suspēsa fuerit
a pceptōe illi⁹ puri boni ſb ratōne qua puruz
bonū est. ꝛ eadē volūtas admittit̄ ad pceptio/
nē eiusdē boni ſb ratōe qua illud bonū distri/
ctus iudex est ɔdemnās illā voluntatē pp̄ter
ei⁹ iniq̄tatē. tūc ista maior nō est v̄a. q2 isto ca
su posito. tūc volūtas talis hois clare videtis
puꝝ bonū p̄t odire illud qd̄ est purū bonū. nō
ſb rōne puri boni: q2 sic nō pcipit ipm. ſꝫ ſb ra
tione iudicꝭ ɔdemnātis hmōi volūtatē. Sic
aūt est in pposito de ɔclusione mea. Igit̄ re
sponsio mea ī nll'o obuiat ɔclusioni mee. q2 re
spōsio mea pcedit de volūtate nō suspēsa ꝛ p/
cipiēte illud puꝝ bonū ſb rōe puri boni Eti
am p̄t dici ꝙ ɔcessis ambabꝫ p̄missis. tūc nō
pl⁹ habet̄ ī ɔclōne. nisi ꝙ clare vidēs deū n̄ p̄t
odire deū ſb rōne qua de⁹ est puꝝ bonū. Et h̄
ego ɔcedo. Ex h̄ t̄n nō habet̄ q̄n si illi⁹ hominis
volūtas pcipiat ipm deū ſb rōne iudicꝭ ɔdem
nantꝭ ꝛ puniētis. ꝛ nō ſb ratōne puri boni. q̄n
vt sic possit odire deū

Forte dicet̄ ꝙ istō nō **Instantia**
est possibile. ſ. ꝙ volūtas pcipiat obiectū ſb ra
tione dānantis qd̄ intellect⁹ cognoscit ſb rōe
puri boni. q2 puꝝ bonū nō p̄t apphendi vel p
cipi ſb rōne nocētis. ſꝫ ratō ɔdemnātis est rō
nocētis ꝛ destruētis.

Rn̄deo ꝙ dato ꝙ istō **Respōsio**
nō esset possibile istꝭ potētijs relictꝭ suo cōmu
ni cursui. t̄n est valde possibile ī ordīe ad potē
tiā dei. q̄ pl⁹ p̄t facere q̄ etiā nos possim⁹ intel
ligere. vt patꝫ p augu. in ep'la ad volusianū.

Ad cui⁹ intelligētia est aduertēdū. ꝙ q̄uis
ī creataꝝ reꝝ vniuersitate multa sint entia. tā
actiua q̄ passiua. t̄n nec actiua possunt agere.
nec passiua pati vl' recipe. nisi volūtatꝭ diuīe
virt⁹ ꝛ influētia assit vtrisqꝫ. Vn̄ si ī vno igne
ardētissimo eēnt mille corpa ad cōbustionez
optime disposita. t̄n nec ignis ī illa ageret. nec
illa actionē ignis recipent. nisi virt⁹ diuīe vo
luntatꝭ influeret igni ad agendū. ꝛ illis ad re
cipiēdū. Et si volūtas dei adesset respectu vni
us. ꝛ nō respectu alioꝝ. ignis ille ita cōbureret
vnū. ꝙ t̄n nō lederet vel cōbureret alia. Sic
appuit ī igne fornacꝭ. q̄ tres pueros existētes in
medio fornacꝭ ī nll'o penit⁹ lesit. ꝛ t̄n chaldeos
cōbussit q̄ extra fornacē steterunt. Cū igit̄
obiectū actiue se habeat respectu potētie cui⁹ ē
obiectū. igit̄ nisi assistat placitū volūtatꝭ diui
ne. tūc nullū obiectū q̄uiscūqꝫ sit p̄sens potē/
tie mouet ipāz potētiā. nec potētia recipiet ei⁹
motionē. Etiā si pl'a obiecta essent eq̄ p̄sen
tia alicui potētie. si placet deo ꝙ vnū moueat
potētiā ꝛ n̄ alteꝝ. tūc potētia mouebit̄ ab vno
ꝛ n̄ ab altero. Duobꝫ em̄ hoibꝫ eq̄ p̄sentialiter
stātibꝫ corā ocul' meis. si deo placuerit vnū vi
debo. ꝛ alteꝝ penit⁹ nō videbo. Et eadē rō est
d̄ pcibꝫ eiusdē obiecti. q2 si virt⁹ volūtatꝭ diui

ne coopat̃ vni digito illi⁹ hoīs corā ocul' meis
stātis ad mlťiplicādū speciē suā vsqȝ ad ocu/
lū meū. ⁊ n̄ alijs ptib⁊. ita viderē illū digitū.
ꝙ tñ nullā aliā ptē illi⁹ hoīs viderē. Dato etiā
ꝙ oēs ptes eq̄liter mlťiplicarēt species suas p
aerē vsqȝ ad oculū meū. ⁊ de⁹ n̄ influeret oculo
nisi p receptōne speciei vni⁹ minime ptis. ita
